PETRVS

SAVLNIER

604
Ch' 301

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

20383

Ex[?] . . . Roberti Berthier[?] Epi Damasci, suffrag. Lugdun.

MISSÆ EPISCOPALES

pro ſacris ordinibus conferendis

Secundum ritũ ſacroſanctę Romanę Eccleſię, ad longũ ⁊ ſine aliquo require: pro Pontifice, priuatim plane, ⁊ ſine cantu celebraturo: quibus etiã addit, Miſſa ferię quintę in cena Domini: cum conſecrationibus oleorum: ⁊ alijs cęremonijs eidem miſſę congruentibus: ſed ſolenniter ⁊ in cantu celebranda.

Quę omnia ita commode aptata apparent: vt etiam ab inexpertis quibuſq; facile pertractari poſſint.

BREVE COMPENDIVM DIVERSORVM CASVVM: *tam collationem, quam executionem ordinum Eccleſiaſticorum impedientium, Ex quamplurimis ſacrorum Canonum aliorumq; Doctorum locis: ad communem omnium claram intelligentiam & vtilitatem: in vnum collectorum,*

Opus ſanè tum Pontificibus ipſis: tum etiam eorum miniſtris perutile & commodum.

Indicem vero Miſſarum poſt vltimam paginam reperies.

Per R. P. D. Hier. Machabęum Caſtrenſium præſulem: ac pontificiæ Cappellæ Præfectum: ad plurimorum commoditatem, peraccuratè compilatum.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON

Ex Bibliotheca Majori PP. Carmelitarum Lugdunensium
4

L A

VENETIIS APVD IVNCTAS.
M. D. LXIII.

Digitized by Google

HIERONYMVS MACHABÆVS CASTRENSIVM EPISCOPVS,

AMPLISSIMO VIRO DOMINICO BOLANO PATRITIO VENETO, AC RELIGIOSISS. BRIXIANORVM EPISCOPO. S. P. D.

SAcrum ordinem ad ſpiritalem Eccleſiæ propagationem à ſummo ſacerdote Chriſto Deo inſtitutum, tantam in ſe noſti continere dignitatem præſul Ampliß. ut, cum cætera nouæ legis ſacramenta etiam à minoris ordinis ſacerdotibus diſpenſari conſueuerint (confirmationis ſacramento duntaxat excepto) hic quidem nõ niſi ab Epiſcopis conferri valeat. Tantæ molis eſt regale ſacerdotium procreare, ſacros fidelium Duces erigere; cæleſtis doni, diuinorumq; myſteriorum diſpenſatores & rectores inſtituere, eos profectò, quibus regni Dei myſteria noſſe ſit datum. Quamobrem, cùm chriſtianam religionem orthodoxæ fidei patres ſacris cæremonijs auxerint, ornauerintq; ; ne eis nudata, inculta, informis ac omni prorſus pulchritudine vacua videretur; nimirum chriſtianum Antiſtitem rem ſacram peracturum nunquam remotos ab exactiſsimo cultu cæremoniarum oculos habere decet, ne in grauem illam diuinam comminationem incidat, Maledictus qui negligenter facit opera Dei. Quapropter cum paſtoralis liber, quem Pontificalem vocant, ſacrorum ordinum formam contineat, & breui preſſoq; tractatu mandet, quo miſſæ loco inter celebrandum quiſq; ordo interponi debeat; neceſſe eſt ei, qui ſacros ordines conferre velit, vt quàm ſæpiſsime plurimis locorum interuallis, cæremoniarumq; varietatibus ipſius Miſſæ ordinem interrumpat. Quo fit, vt dum vltro citroq; folia Pontificalis, Miſſaliſq; libri verſare ſatagimus, facile in diuerſos interdumq; notabiles incidamus errores: neq; id forſan ſemper fit ſine aſtantium ſcandalo, & promouentis & promouendi periculo; quodq; ſæpe euenit ob rubricarum inuolucra; præſertim, cum noſtris ferè temporibus raro aut nunquam in cantu ſolenniq; ritu (Metropolitanas, magnasq; Eccleſias ſemper excipio) ſed priuatim, & legendo ſacri ordines conferantur. Vt tale igitur onus vitarem, hiſce tantum miſsis per ſacras ſanctiones ad ea peragenda ſtatutis, ipſorum ordinum ſeriem interſerere, easq; in vnum quaſi corpus redigere conatus ſum; eisq; tantummodo rubricas neceſſarias in locis opportunis vel addidi, vel explanaui. Quæ cum in libellum congeßiſſem, non equidem vt editioni Pontificalis libri manum apponerem, ac ſi de meo aliquid impudenter ingererem; ſed potius vt is memoriam iuuaret, cum ſacros ordines conferre vellem, Eccleſiæ meæ ſacrarium non egreſſurus. Tuo tamen iuſſu, & amicorum hortatu, perſuaſionibusq; impulſus, meamq; ipſe ſententiam mutare coactus, nolui alterius patrocinio in lucem edi, ac in ſacratiſsimorum Præſulum quaſi theatrum prodire, quàm tuo. Nam cum iamdiu compertum mihi eſſet, quantum in omni genere virtutis excelleres, & quàm ſapienter ac præclare Venetam rempu. maximus Senator, ampliſsimis quibusq; magiſtratibus domi foriſq; gerendis adminiſtraueris, auxeris, ornaueris, ſimulac uero (quẽadmodum de Diuo Ambroſio memoriæ proditũ eſt) ſummo Pont. expetente, & populis exoptantibus, è Brixianæ Ciuitatis Prætore nihil tale cogitans, eiuſdem Epiſcopus creatus fuiſti, cõmiſſum tibi gregem diligentiſsime atq; amantiſsime regere, paſcere, ac tueri cognouerim: & in hac deniq; ſacroſancta Tridentina ſynodo ſemper chriſtianæ reipu. ſaluti & dignitati ſtudere perſpexerim; Te virum plane ſingularem, & ad maxima quæq; negocia ac munera egregie obeunda ac gerenda aptum idoneumq; eſſe iudicaui. Quibus rebus adductus, te præter cæteros noſtri ordinis viros ſumme iamdudum obſeruare & diligere inſtitui. Tu vero, quæ tua eſt humanitas, mutua me beneuolentia complexus, multa ſigna dediſti, quibus facile intellexerim, honorem ac dignitatem meam non mediocri curæ tibi eſſe. Quo fit, vt quemadmodum ob tui cauſam omnia velle cogor, ita omnia præſtare cupiam. Vale.

Tridenti Kal. Maij. M. D. LXIII.

Digitized by Google

Miſſa pro Sabbatho quatuor temporum de Aduentu:

Est fris Roberti Benticlos Epi Damasci, suffraganei Lugduni

In quo fiunt ordinationes generales, cum ſacris ordinibus præinſertis.



ORDINANDORVM CONDITIONES.

PONTIFEX IN ſua Eccleſia volẽs eccleſiaſticos ordines conferre: ⁊ pro maiori cõmoditate miſſam plane ⁊ ſine cantu celebrare: quoniã collatio ordinũ eccleſiaſticoꝝ maxime eſt importantię: multa prius conſiderare debet, ⁊ videre, ne cui cito manus imponat: iuxta traditionẽ apoſtoli: ordinandorum conditiones et qualitates: ne vel indignis conferantur, vel vitio ſuſcipientium, ordinum dignitas minuatur.

DE EXAMINATIONE.

Quarta igitur quinta ⁊ ſexta ferijs dictum ſabbathum precedentibus: cõmittat examinationẽ ordinandoꝝ Archidiacono, vel Archipreſbytero ꝑ more eccleſię: ⁊ illis addat ſacerdotes timoratos, doctos, ⁊ prudẽtes: prout ſibi videbitur: vel ſi placet, ipſe examinationi interſit.

QVA ÆTATE PROMOVENDI.

Examinentur primo de ętate legitima; ſufficienti literatura, ⁊ moꝝ honeſtate. Non enim debet quis ad ſubdiaconatũ ordinari: niſi

niſi decimum octauum, neque ad diaconatum, niſi vigeſimū, nec ad preſbyteratū, niſi vigeſimū quintum ſuę ętatis annum attigerit.

DE TONSVRA.

Prima tonſura vero ⁊ minores ordines ante ſeptimū annuꝫ completum dari non debent.

DE LITERATVRA.

Quę ſufficiētia requiraſ in ſubdiacono ⁊ diacono.

Literatura in ſubdiaconatu ⁊ diaconatu mediocris ſufficit: vt ſaltim ſciat bene et expedite legere, ⁊ cōpetenter cantare: det operam grammaticalibus: ſciat ordinare officium, ⁊ habeat modū ac commoditatem illud dicendi ad quod obligatur. Neqꝫ debet ordinari, niſi videatur, ꝙ officiū commode dicere poſſit.

DE SVFFICIENTIA.

In ſacerdote autem promouendo: ſufficiens literatura requiritur. Sciat grammaticaꝫ, pręſertim ſi ſit ſecularis: quia illis cura animarum committi ſolet, quę ſine literis exerceri non poteſt.

DE NATALIBVS.

Examinentur etiam de Natalibus, quia illegitimi ſine diſpenſatione apoſtolica ad ſacros ordines promoueri non poſſunt. Ad minores tamen poſſunt ex diſpēſatione ſui epiſcopi ordinari.

DE DEFORMIBVS.

Diſcutiendi etiam ſunt de integritate membrorū: ne ſit in eis debilitas, deformitaſ vel impotētia: palpata, cōſiderata, ⁊ tota numerata eorum facie, oculis, auribus, naribus, manibus, ⁊ digitis eorum: ac pedibus ſi opus fuerit diſcalciatis: ne forte ſint lignei, ⁊ denique toto corpore conſiderato: ne ſint gibboſi, torti, vel nimis claudi.

QVI ORDINANDI.

Examinētur etiam de integritate carnis: ne ſint bigami, aut viduarum mariti.

DE TITVLO.

Itē de ordine in quo ſunt conſtituti: et quomodo, et a quo illum receperunt, ac de titulo ad quem ſunt promouendi. Nam ad Subdiaconatuꝫ ⁊ ſupra: non debet quis promoueri ſine titulo alicuius beneficij, vel ſaltem patrimonij ſufficientis.

QVALES ORDINANDI.

Deinde Pōtifex exponit omnibus quales oporteat eſſe ordinandos: per quatuordecim capitula regulę apoſtolicę ad Timotheum, quę vult, vt ordinādus ſit irreprehēſibilis, non pluriū vxorum vir, ſobrius, pudicus, ornatꝰ, prudens, hoſpitalis, doctor, non vinolētus, non percuſſor, ſed modeſtus, non litigioſus, non cupidus, ſed domui ſuę bene ꝓpoſitꝰ.

IMPEDIENTIA.

Exponit inſuper crimina: irregularitates ⁊ defectus: quorū quędā impediunt promouēdos: quędam vero deijciunt iam promotos, quos ipſi tenētur ante ordinationē ſuā explicare: maxime illos, qui executionē īpediunt: vt ſunt excōicatio: irregularitas, ac omne crimen enorme, ⁊ notoriū.

Digitized by Google

ADMONITIO.

Moneat igitur eos vt digne accedant ad ordinationes, puro corde, ⁊ conſcientia munda, confiteantur peccata ſua, et qui ad ſacros promouendi ſunt: ad communioneꝫ ſe parent: curent vt deinceps, ita viuant, ꝙ poſſint non ſolum pręeſſe ſed etiam prodeſſe: cum ad hoc eligantur, vt cęteris pręſint, ⁊ ſicut pręeminent dignitate: ita ⁊ ſanctitate pręfulgeant. Conſiderantes vnuſquiſqꝫ conſcientiam ſuam, et tutius eſſe in inferiori miniſterio cū bona conſcientia Deo ſeruire, ꝙꝫ lęſa conſcientia ad ſuperiora cōſcendere.

DE EPISCOPI DILIGENTIA.

Pontifex autem diligēter aduertat cum ordines confert, ne in expreſſione formarum, vel collatione inſtrumentorum ipſorū ordinuꝫ deficiat. Frequenter librū reſpiciat: videatqꝫ de parte in partem quid ſit acturus mature procedendo: aduiſet ordinandos et reſpiciat, ꝙ inſtrumenta in quibus character imprimitur, tangāt: neque confidat in miniſtris: ſed et ipſe attendat pręcipue circa ordinem ſacerdotij, ꝙ in calice ſit vinum cum aqua, et ſuper patenaꝫ hoſtia. Secretas autem moroſe, et fortiter dicat, vt ordinati ad ſacerdotium poſſint illas cū eo dicere: cum habeant non tamen de ſubſtantia, ſed ex conſuetudine concelebrare, et etiam verba conſecrationis proferre.

TEMPORA ORDINATIONVM

Tempora etiam ordinationuꝫ diligēter obſeruet: quę hęc ſunt. Sabbatha in omnibus quatuor temporibus: ſabbathū ante dñicā de paſſione, et ſabbathū ſctūm. Clericatus ſeu prima tonſura: quocunque die hora et loco, conferri poteſt.

MINORES ORDINES.

Minores vero ordines: poſſunt dari ſingulis dominicis ⁊ feſtiuis diebus vbicunqꝫ, in mane tamen. Vnus autem ſacer ordo cum prędictis minoribus, vel duo ſacri ordines eadem die vni perſonę conferri non poſſunt.

AD VNVM VEL AD PLVRES.

Aduertat quoque Pontifex, ꝙ ſi vnus tantum ſit per eum ad quęcunque ordinem promouendus: illum admoneat et alloquatur non in plurali vt textus dicit, ſed in ſingulari.

Si vero deſint promouēdi ad aliquem ordinem: poterit Pontifex illo ordine ꝑtermiſſo dimittendo ea, quę ſunt illius ordinis ad quem non eſt aliquem promoturus: miſſam proſequi: legendo tantum ea, quę ſunt de miſſa, vſqꝫ ad ordinem ad quem debet aliquem promouere.

Quomodo pcedere debent ſi deſint ꝓmouendi ad aliquē ordinem.

PRÆPARANDA EPISCOPO.

Demum ſi cum tempus ordinationis inſtat: a ſacriſta vel miniſtro ad hoc deputato: in eccleſia ſeu loco vbi ordinationes fieri debent: preparātur omnia, quę neceſſa-

Digitized by Google

ceſſaria ſunt pro miſſa Pontificali celebranda: et ordinibus conferendis: videlicet, Altare, faldiſtorium et credentia. Super altari vt moris eſt parato: erit crux in medio, ⁊ ad minus quatuor cãdelabra. Et ſuper medium altaris omnia paramenta Pontificalia coloris violacei pro Pontifice celebraturo: videlicet Manipulus, Planeta, Dalmatica, Tunicella, Stola, Crux pectoralis Cingulum, Alba, ⁊ Amictus.

SVPER CREDENTIAM.

Super credentiam vero mappa munda ornataꝫ, ſint duo cãdelabra cum luminaribus ardentibus: mitra, ſimplex annulus Põtificalis: chirothecę, ſandalia cuꝫ caligis, et baculus paſtoralis: calix cum corporali, ⁊ palla, et mappulis ſuis: hoſtiaria cum hoſtijs: ampullę cum vino et aqua, bacile cum buccali et manutergio, et gremiale.

NECESSARIA PRO ORdinibus conferendis.

Pro confirmandis in fronte: ſi aliqui ſunt ex promouẽdis, qui non ſint cõfirmati, parerẽ chriſma.

Pro tonſurandis: parentur forfices pro incidendis capillis, ⁊ bacile pro illis imponendis.

Pro quatuor minoribus parẽtur claues eccleſię: liber lectionum, ſiue eius loco breuiarium: liber exorciſmorum, ſeu Pontificalis vel Miſſalis: candelabrum cum cereo extincto: vrceolus, ſeu ampulle vacue. OMNIA

Pro ſubdiaconandis, parentur calix vacuus cum patena ſuperpoſita: vrceoli ſiue ampullę cũ vino ⁊ aqua: bacile cum manutergio, et liber epiſtolarum. Item hoſtię paruę pro ſufficientia ordinandorum ad ſacros ordines: qa omnes communicare debent.

Pro diaconandis: parētur liber euangeliorum.

Pro preſbyterandis parẽtur oleuꝫ cathecumenorum, calix, cũ vino ⁊ aqua: patena ⁊ hoſtia deſuper poſita: medulla panis, ⁊ bacile cuꝫ buccali et manutergio pro manibus abluendis.

PRAESENTANDI.

Hora igitur competenti ordinandi omnes debent ad locum ordinationis ſe pręſentare: in habitu et paramentis ordini ſuo conuenientibus, cum cãdelis accenſis in manibus: videlicet.

Ordinandi ad primam tonſuram: habeant ſuperpellicium ſuper brachio ſiniſtro: ⁊ candelam in manu dextra.

Ordinandi ad quatuor minores: ſint induti ſuperpellicio cuꝫ candela in manu dextra.

Ordinãdi ad ſubdiaconatuꝫ: ſint induti amictu, non tamen ſuper caput: alba et cingulo, et habeant manipulum in manu ſiniſtra: tunicellã ſuper brachio ſiniſtro, et candelam in manu dextra.

Ordinandi ad Diaconatum ſint induti amictu: alba, cingulo, ⁊ manipulo, ac ſtolam in ſiniſtra: ⁊ can-

Digitized by Google

et candelam in dextra manibus: et dalmaticam in brachio ſiniſtro teneant.

Ordinandi ad preſbyteratū: more diaconorum parentur: videlicet amictu, alba, cinctorio, ſtola, et manipulo tenentes planetas ſuper brachia complicatas: in manibus candelas: ac mappulas albas pro ligandiſ manibus. ¶ Et omnes cum a notario epiſcopi nominati fuerint: reſpondeant **Adſum.** Et accedant ad locum ordinationis ſecūdum ordinem deſcriptionis.

QVI ASSISTENTES.

¶ Adſint etiā ibi duo ex dignioribus canonicis: ſuperpellicijs ꝛ pluuialibus tempori congruentibus induti: quorū primus pontifici de libro ſeruiat: oſtendens ei, que eſt dicturuſ: alter ſeruit de baculo paſtorali. Item quatuor aut ſex Capellani ſuperpellicijs tantum induti: quorum vnus tobaleam ſericā ad collum habens de mitra ſeruit: alter librū ad dicendum orationes ꝛ alia tempore opportuno ante Pontificē tenet. Ceteri vero inſeruiunt in rebuſ opportunis. Conueniens etiam videtur: vt diaconus ꝛ ſubdiaconus omnibus paramentis induti: (qui debent eſſe duo ex canonicis) Pontifici celebraturo inſeruiant et miniſtrent: non tamen Euangelium et Epiſtolam dicturi.

¶ Omnibus igitur ſic preparatis: et miniſtris vt ſupra indutis: hora competenti Pontifex cappa lanea Pontificali: qua Prelati in romana curia in capella Pape vti conſueuerunt indutus: capellano caudam illius poſt eum deferente: venit ad eccleſiam, et accedens ante altare genuflexuſ ibidem orat dicens.

Pōtifex cappa lanea pontificali idutus venit ad eccl'iā.

ANTE ALTARE.

Introibo in domum tuam: in holocauſtiſ reddā tibi vota mea: que diſtinxerunt labia mea. Deinde vadit ad paratam ſibi ſedem ſeu ad faldiſtorium ad cornu epiſtole poſitum, ꝛ ibi aliquantulum quieſcit. Interim ſubdiaconus paratus ambabus manibus vſque ad faciem eleuatis: caligas et ſandalia velo tecta: portat ad Pontificēm: Tunc capellani omnes genuflexi: fimbrias cappe Pontificiſ circumcirca tenent: ꝛ ſubtus genuflectit vnus ex cubicularijs Pontificis: qui quotidiana calciamenta Pontifici exuit: et adiuuante Subdiacono, qui caligas et ſandalia portauit: Pontifici caligas ꝛ ſandalia induit.

Pont. ſedet i ſede ſua et paraſ oibus paranciu tis.

Ordo parādi epm.

Calige et ſandalia Pontifici iponuntur.

¶ Pontifex interim ſedens cuꝫ capellano aſſiſtente a ſiniſtris ſuis genuflexo: et librum leuante, et alternatim ſecum legente, dicit Antiphonā.

SEDENS DICIT.

Ne reminiſcaris domine delicta noſtra vel parentum noſtrorum neque vindictam ſumas de peccatis noſtris. Deinde proſequitur ſequentes pſalmos. ps. 83.

Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiſcit ⁊ deficit anima mea i atria domini.

Coꝛ meum ⁊ caro mea: exultauerunt in deum viuum.

Etenim paſſer inuenit ſibi domum: ⁊ turtur nidū, vbi reponat pullos ſuos.

Altaria tua domine virtutum: rex meus ⁊ deus meus.

Beati qui habitāt in domo tua domine: in ſecula ſeculoꝛum laudabunt te.

Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, aſcēſiones in coꝛde ſuo diſpoſuit in valle lachꝛymarum: in loco quem poſuit.

Etenim benedictionē dabit legiſlatoꝛ: ibunt de v̄tute in v̄tutē: videbitur deus deoꝛum in ſion.

Domine deus virtutum exaudi oꝛationē meam: auribus percipe deus Jacob.

Pꝛotectoꝛ noſter aſpice deus: ⁊ reſpice in faciem chꝛiſti tui.

Quia melioꝛ eſt dies vna i atrijs tuis: ſuper millia.

Elegi abiectus eſſe in domo dei mei: magis q̄ habitare in tabernaculis peccatoꝛum.

Quia miſericoꝛdiam ⁊ veritatē diligit deus: gratiam ⁊ gloꝛiam dabit dominus.

Non pꝛiuabit bonis eos, qui ambulant in innocētia: dñe virtutū beatus homo qui ſperat in te.

Gloꝛia. Sicut. Alius ps. 84.

BEnedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Jacob.

Remiſiſti iniquitatē plebis tuę: operuiſti omnia peccata eoꝛum.

Mitigaſti omnē iram tuā: auertiſti ab ira indignationis tuę.

Conuerte nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ auerte irā tuā a nobis.

Nunquid in ęternum iraſcēris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

Deus tu conuerſus viuificabis nos: ⁊ plebs tua lętabitur in te.

Oſtende nobis domine miſericoꝛdiam tuam: et ſalutare tuum da nobis.

Audiā quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.

Et ſuper ſanctos ſuos: ⁊ in eos qui conuertuntur ad coꝛ.

Veruntamē pꝛope timentes eū ſalutare ipſius: vt inhabitet gloꝛia in terra noſtra.

Miſericoꝛdia et veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia et pax oſculatę ſunt.

Veritas de terra oꝛta eſt: ⁊ iuſtitia de cęlo pꝛoſpexit.

Etenim dominus dabit benignitatē: ⁊ terra noſtra dabit fructum ſuum.

Iuſtitia ante eum ambulabit: ⁊ ponet in via greſſus ſuos.

Gloꝛia. Sicut. Alius ps. 85.

INclina domine aurem tuā ⁊ exaudi me: quoniā inops ⁊ pauper ſum ego.

Cuſtodi animam meā, quoniam ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuum Deus meus ſperantem in te.

Miſe

Digitized by Google

Miſerere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die: letifica animam ſerui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui.
Quoniam tu domine ſuauis et mitis ⁊ multe miſericordie: omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe orationem meam: et intende voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudiſti me.
Non eſt ſimilis tui in dijs domine: et non eſt ſecũdum opera tua.
Omnes gentes quaſcunque feciſti, venient et adorabunt coram te domine: et glorificabunt nomen tuum.
Quoniã magnus es tu, ⁊ faciẽs mirabilia: tu es deus ſolus.
Deduc me domine in via tua, et ingrediar in veritate tua: letetur cor meũ, vt timeat nomen tuum.
Cõfitebor tibi domine deus me⁹ in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomen tuum in eternum.
Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me: ⁊ eruiſti aĩam meam ex inferno inferiori.
Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me: et ſynagoga potentium queſierunt aĩam meã, ⁊ non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.
Et tu domine Deus miſerator, ⁊ miſericors: patiens ⁊ multe miſericordie ⁊ verax.
Reſpice in me ⁊ miſerere mei: da imperium tuum puero tuo: ⁊ ſaluum fac filium ancille tue.
Fac mecum ſignum in bonum vt videant qui oderunt me ⁊ confundantur: quoniam tu domine adiuuiſti me, ⁊ ꝯſolatus es me.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpũi ſctõ.
Sicut erat in. Alius pſ. 115.

Credidi propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.
Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam domino: pro omnibus que retribuit mihi.
Calicem ſalutaris accipiam: et nomen domini inuocabo.
Vota mea domino reddam, coram omni populo eius: precioſa in conſpectu domini, mors ſanctorum eius.
O domine, quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, et filius ancille tue.
Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, ⁊ nomẽ domini inuocabo.
Vota mea domino reddam, in conſpectu omnis populi eius: in atrijs domus domini, in medio tui Jeruſalem.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpũi ſctõ.
Sicut erat in. Alius pſalṁ. 129.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit.
Quia apud te propitiatio eſt: et propter legem tuam ſuſtinui te domine.

Suſti-

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in dño.
A cuſtodia matutina vſq; ad noctem: ſperet iſrael in domino.
Quia apud dominu; miſericordia: ⁊ copioſa apud eũ redẽptio.
Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpũi ſctõ.
Sicut. Deinde repetitur aña.
Ne reminiſcaris domine delicta noſtra vel parentum noſtrorum, neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Finitis pſalmis et antiphonis predictis: et caligis cum ſandalijs ſibi indutis: ſurgit Pontifex et detecto capite ſtans verſus altare dicit.

VERSVS AD ALTARE.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Ego dixi domine miſerere mei. ℟. Sana animam meam quia peccaui tibi. ℣. Conuertere domine aliquantulum. ℟. Et deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos. ℟. Quemadmodũ ſperauimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam. ℟. Et ſancti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me domine. ℟. Et ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Oremus. Oĩo.

Aures tuę pietatis mitiſſime Deus inclina precibus noſtris: ⁊ gratia ſancti ſpiritus illumina cor noſtrum: vt tuis myſterijs digne miniſtrare: teq; ęterna charitate diligere mereamur.

Alia oratio.

Deus cui oẽ cor patet, ⁊ omnis voluntas loquitur: et quem nullum latet ſecretum: purifica ꝑ infuſionem ſancti ſpiritus cogitationes cordis noſtri: vt te perfecte diligere et digne laudare mereamur.

Alia oratio

Ure igne ſancti ſpiritus renes noſtros ⁊ cor noſtrũ domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus: ⁊ mundo corde placeamus.

Alia oratio.

Mentes noſtras quęſumus domine paraclitus, qui a te procedit illuminet, et inducat in omnem ſicut tuus promiſit filius veritatem.

Alia oratio.

Adſit nobis quęſumus domine virtus ſpirit⁹ ſancti: quę ⁊ corda nr̃a clementer expurget, ⁊ ab oĩbus tueat̃ aduerſis. Oĩo.

Deus qui corda fideliũ ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, ⁊ de eius ſemper cõſolatione gaudere. Item oratio.

Conſcientias noſtras quęſumus domine viſitando purifica, vt veniens dominus noſter Jeſus Chriſtus filius tuus, paratam ſibi in nobis inueniat manſionem: Qui tecum viuit et regnat i vnitate ſpiritus ſancti de⁹: per

per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Tum dicit Pontifex.

CAlcia me dn̄e caligas iocunditatis, et corrobora genua mee debilitatis: vt indefeſſus valeam per ſemitam mandatorum tuoꝝ ad te peruenire. Alia oro.

CAlcia domine pedes meos in preparationez euangelij pacis: ⁊ protege me in velamento alarum tuarum. Demum dicit.

EXue me domine veterē hominem cum moribus ⁊ actibus ſuis: ⁊ indue me nouum hominem: qui ſecundum deuz creatus eſt in iuſtitia ⁊ ſanctitate veritatis. Deinde his dictis: exuitur a ſcutiferis cappa: tum orās dicit.

AD MANVS LAVANDAS.

DA domine virtutem manibus meis: ad abſtergēdum omnem maculaz immundam: vt ſine pollutione mentis et corporis valeam tibi ſeruire.

Inde ſedens lauat manus: quas cum loturus eſt: dignior ex miniſtris laicis portat in dextra manu buccale aque cum mātili deſuper plicato: et ſiniſtra manu peluim: et aſſiſtens Capellanus extrahit annulos Pōtifici ſi ſit opus, atque eos ſeruat. Ille autem, qui aquam portauit: corā Pontifice genu flectit: et primum infundit aliquantulum aque ſuper labium peluis: et eam pregustat. Interiz duo ex Capellanis hinc et inde genuflexi: mantile quod ille apportauit accipientes: extēſum tenent ante genua Pontificis. Tunc ille infundit aquā, Capellano aſſiſtente, manus ad peluim apponente: et lauat manus ac abſtergit.

¶ Surgit deinde Pontifex: et faldiſtorium aliquantuluz retrahitur, et a Capellanis portantur paramenta hoc ordine. Poſt ſandalia, que vt prefertur Pontifici ſunt impoſita, amictus, alba, cingulum, crux pectoralis, ſtola, tunicella, dalmatica, chirothece, planeta, pallium, ſpinule (ſi pallio vti poſſit) mitra, annulus Pontificalis, et gremiale. Interim Pontifex dicit.

Pōt. ſtās paraf omnibus paramentis.

AD AMICTVM.

POne domine galeaz ſalutis in capite meo, ad expugnandas omnes diabolicas fraudes: inimicorum omnium verſutias ſuperando.

¶ Quo dicto, Diaconus a dextra, ⁊ Subdiaconus a ſiniſtra ſtātes: accipiunt paramenta ſucceſſiue de manibus Capellanorum ea apportantium: ⁊ Pontificem induunt. Et primum amictum accipientes: quiſque a parte ſua cum oſculandum Pontifici tradunt. Tum ſupra caput Pontifici ponunt: deinde illum declinant ad collum, diligenterqꝫ obturant collaria veſtium: circūcirca honeſte aptātes, et cordulas poſt tergum ducentes, eas ad corpus reducunt et ligant. Quo facto dicit Pontifex.

AD ALBAM.

Dealba me domine, & a delicto meo munda me, vt cum his, qui ſtolas ſuas dealbauerũt in ſanguine agni: gaudijs perfruar ſempiternis.

Deinde accipientes albam imponunt Pontifici, & diligẽter aptãt circa collum, & manicas ac humeros. Deinde dicit Pontifex.

AD CINGVLVM.

Precinge me domine cingulo fidei, et virtute caſtitatis lumbos meos: et extingue in eis humores libidinis, vt iugiter maneat in me vigor totius caſtitatis.

Accipiunt deinde cingulum et a tergo incipientes cingunt: et ante corpus ligant: eleuatamq; albam circuncirca: ita vt honeſte dependeat: tegat veſtes & equaliter fluat. Tum dicit Pontifex.

AD CRVCEM.

Munire digneris me domine Jeſu Chriſte ab omnibus inſidijs inimicorum omniũ: ſigno ſanctiſſimę Crucis tuę, ac cõcedere digneris mihi indigno ſeruo tuo: vt ſicut hanc Crucem ſanctorum tuorum reliquijs refertam ante pectus meum teneo ſic ſemper mente retineam, & memoriam paſſionis, et ſanctorum victorias martyrum.

Diaconus deinde crucem pectoralem accipit: et eam prius oſculandam Pontifici offert: tum imponit eius collo, ita vt ante pectus dependeat. Deinde dicit Pontifex.

AD STOLAM.

Redde mihi domine obſecro ſtolam immortalitatis, quã perdidi in pręuaricatione primi parentis: et quãuis indignus accedere pręſumo ad tuum ſacrum myſterium cum hoc ornamento: pręſta, vt in eodem in perpetuũ merear letari.

Stolam deinde accipiunt Diaconus, & Subdiaconus, quiſq; a latere ſuo: et Diaconus eam circa medium porrigit Pontifici oſculandam: tum eius collo impon unt, vt fluat ante pectus: non tamen eam tranſuerſent in modũ crucis: ſed recte pendere ſinant, neque permittant eam collũ tangere: ſed pars, quę in medio eſt aliquantulum fluat retro. Deinde dicit Pontifex.

AD TVNICELLAM.

Tunica iocunditatis, et indumento letitie induat me dominus. Tunicellam deinde Põtifici imponũt circa collum, & manus, diligenter aptantes. Deinde Pontifex dicit.

AD DALMATICAM.

Indue me domine indumento ſalutis: et veſtimento letitię, & dalmatica iuſtitie: circunda me ſemper. Eodẽ modo induitur dalmatica, et aptatur. Tum dicit Pontifex.

AD CHIROTHECAS.

Circũda domine manus meas munditia noui hominis, qui de cęlo deſcendit: vt quemadmodum Jacob dilect⁹ tuus pel-

liculis

Digitized by Google

ſiculis hędorũ opertis manibus
paternam benedictionem obla
to patri cibo potuqꝫ gratiſſimo
impètrauit: ſic,et oblata per ma
nus noſtras ſalutari hoſtia, gra
tię tuę benedictionem merear.
Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filium tuum: qui in ſi
militudinem carnis peccati pro
nobis obtulit ſemetipſum.
Sedet deinde Pontifex, et Dia
conus dextram, Subdiaconus ſi
niſtraꝫ chirothecas ei immittũt:
manus eius primo exoſculantes:
deinde ſurgit Pont. ⁊ orãs dicit.

AD PLANETAM.

Domine, qui dixiſti iugum
meuꝫ ſuaue eſt, ⁊ onus meũ
leue: pręſta, vt illud portare ſic va
leã, ꝙ poſſim conſequi tuã grãm.
Tum planetam ei imponunt: et
qſqꝫ a latere ſuo a brachijs ad hu
meros reducit, ⁊ diligẽter aptat
ne ipediat aliquo modo brachia.

Ordo imponendi palliũ patriarchę, vel archiepiſcopo.

¶ Si Pontifex fuerit Patriar
cha, aut Archiepiſcopꝰ, aut alias
ex priuilegio pallio vti poſſit: in
collatione ſacrorũ ordinum ſem
per debet eo vti. Et poſtq̃ȝ indu
tus eſt planeta: portatur palliũ
ab vno ex capellanis ambabꝰ ma
nibus eleuatum, complicatum ſi
mul, ⁊ coopertũ velo: Diaconus
illud accipiens, ſiniſtram manum
ad dextram pallij crucem: dextrã
vero manum ad ſiniſtram cruceꝫ
pallij habens: et crucem, quę in
medio eſt, oſculandam porrigit
Pontifici: adiuuante Subdiaco
no, qui ſiniſtrã pallij partem acci
pit: Diaconus partem, quę a ter
go dependere debet ſiniſtra ma
nu eleuans: illud ſuper humeros
Põtifici imponit: ita, vt pars pal
lij dupla ſuper ſiniſtrum humerũ
locetur, et aptetur pallium dili
gẽter, vt humeros ęqualiter am
biat: et eleuationem brachiorum
non impediat. Inde alius Ca
pellanus portat ſpinulas tres gẽ
matas: quarum pulchriorẽ Dia
conus accipiens infigit cruci an
teriori in pectore exiſtenti: aliam
in cruce ſiniſtri humeri: tertiam
alius, vel ipſe Diaconus in cruce
poſteriori. Spinulę autẽ ſunt in
figendę, vt quęlibet tertio tran
ſeat per crucem, tamen non per
foret pallium, ⁊ nullo modo acu
men tangat planetam: ⁊ gemma,
quę in capite ſpinulę eſt: ſit a dex
tra parte infigentis. Aptato pal
lio, aptatur rurſus planeta circa
brachia, et circa collum extrahi
tur ante et retro. Tũ ſurgit Pon
tifex, ⁊ orans dicit.

AD MITRAM.

Mitram domine, ⁊ ſalutis ga
leam impone capiti meo, vt
cõtra antiqui hoſtis: omniumqꝫ
inimicorum meorum inſidias in
offenſus euadam. Sedet Pon
tifex poſt hęc, ⁊ Diaconꝰ accipiẽs
mitrã de manu Capellani, q̄ illaꝫ
cũ mappa ſeruat: imponit capiti
Põtificis: Subdiacono pẽdẽtes
vittas eleuãte. Deĩn dicit Pont.

AD ANVLVM.

Cordis et corporis mei do
mine digitos virtute deco

ra:

ra: et ſeptiformis ſpiritus ſanctificatione emunda.

Portatur deinde anulus Pontificalis, quem Capellanus aſſiſtens manu dextra Pontificis, prius oſculatur: eius digito anulari imponit. Deinde dicit pro manipulo quẽ poſtea accipit ad altare.

AD MANIPVLVM.

MErear precor domine manipulum portare mente flebili: vt cum exultatione portionem accipiam cum iuſtis.

Poſtremo ponitur ei gremiale ſuper gremium.

¶ Pontifex igitur ſic paratꝰ aliquantulum quieſcit: demum ſurgit, ⁊ baculum paſtoralem in ſiniſtra manu tenens, accedit ad gradus altaris, vbi aliquantulum cruci caput inclinat, et aſcẽdit ad ſuperiorem gradum ſiue planũ: ⁊ ibi in medio ſuper faldiſtorium ſedens: vertens renes altari, baculum ſimiliter tenens: ordinandos ante cũ genuflexos: ⁊ in modum coronę diſpoſitos abſoluit publice ad cautelã a vinculo excommunicationis: ⁊ cęteris quatenus ſecundum deum, ⁊ canonicas ſanctiones poteſt: ſuper omni irregularitate diſpẽſat in hac forma, videlicet.

DOminus noſter Ieſus chriſtus, qui beato Petro apoſtolo ſuo collatis clauibus regni cęleſtis: dedit poteſtatem ligandi atq; ſoluendi: ipſe vos abſoluat, ⁊ nos authoritate eiuſdem, ⁊ ordinaria qua fungimur abſoluimus vos ab omni ſententia excommunicationis, ſuſpẽſionis, et interdicti: ⁊ reſtituimus vos ſanctis ſacramentis eccleſię, communioni ⁊ vnitati fidelium: ⁊ diſpenſamus vobiſcum ſuper irregularitate, ſiue irregularitatibus: ſi quam, vel ſi quas contraxiſtis: et habilitamꝰ vos executioni ordinum ⁊ officiorum veſtrorum: inquantum de iure nobis conceditur ⁊ permittitur: vt ſitis abſoluti hic, ⁊ ante tribunal eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti: habeatiſq; vitam ęternam, ⁊ viuatis in ſecula ſeculorum: amen. In nomine patris ⁊ filij, ⁊ ſpũs ſci. Amẽ.

Demum archidiaconus publice interrogat ordinandos, ſi ſint aliqui, qui non ſint in fronte confirmati: q̃a nõ debent ad ordinationem accedere: niſi prius confirmentur. Et ſi aliqui erunt confirmandi: tum extrahuntur Pontifici, anuli, ⁊ chirothecę, et lauat manus. Poſtea ſurgit, et mitra depoſita, iunctis ante pectus manibus: confirmandis iam genua flectentibus: et ſimiliter iunctis ante pectus manibus, dicit.

SPiritus ſanctus ſuperueniat in vos, et virtꝰ altiſſimi cuſtodiat vos a pctis. ℟. Amen.

Deinde ſignans ſe manu dextra: a frõte ad pectꝰ ſigno crucis, dicit.

℣. Adiutorium noſtrũ in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Domine exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus

ad

Digitized by Google

ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Tunc extenſis manibus verſus confirmandos, dicit. Oremus.

Omnipotés ſempiterne deus, qui regenerare dignatus es hos famulos tuos ex aqua & ſpiritu ſancto: quibus dediſti eis remiſſionem omnium peccatorum, emitte in eos ſeptiformem ſpiritum tuum ſanctu paraclitum de celis. ℟. Amé. Spiritum ſapientię & intellectus. ℟. Amen. Spiritum conſilij & fortitudinis. ℟. Amen. Spiritum ſciétię & pietatis. ℟. Amen. Adimple eos ſpiritu timoris tui, et conſigna eos ſigno cru✠cis Chriſti in vitam propitiatus ęternam, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Deinde Pontifex cum mitra ſedens ſuper faldiſtoriu prędictū: inquirit ſigillatim de nomine cuiuſlibet conſignandi ſibi per patrinum flexis genibus pręſentati, & ſummitate pollicis dextrę manus chriſmate intincta, facit crucé in fronte illius dicés. Johannes vel Petre, vel quouis nomine nuncupetur. Signo te ſigno cru✠cis, & confirmo te chriſmate ſalutis. In nomine patris✠ & filij✠ & ſpiritus ſancti✠ vt replearis eodem ſpiritu ſancto et habeas vitam ęternam. ℟. Amen.

Producit ſignum crucis in frontem illius dum dicit Signo te ſigno crucis. Deinde det ſibi leuiter alapam ſuper genam dicens. Pax tecum.

Omnibus taliter cóſignatis: Pontifex tergit cum mica panis & lauat cum aqua pollicem & manus ſuper aliquā peluim, & aqua lotionis cū pane fundatur in fontibus vel in piſcinam ſacrarij. Deinde Pontifex ſedés dicit aā.

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis a templo ſancto tuo, qđ eſt i Jeruſalé. ℣. Gloria patri. ℣. Sicut erat. Et repetit aā. Cóſirma hoc deus. Pontifex ſurgit, & ſtans verſus ad altare: mitra depoſita dicit. ℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuū da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Sine mitra.

Deinde iunctis ante pectus manibus, & oibus confirmatis deuote genua flectétibus dicit. Oremus.

Deus, qui apoſtolis tuis ſanctum dediſti ſpiritum, & per eos eorumq; ſucceſſores ceteris fidelibus tradendum eſſe voluiſti: reſpice propitius ad humilitatis noſtrę famulatum: & pręſta, vt eorum corda, quorum frontes ſacro chriſmate deliniuimus, & ſigno ſancte Crucis ſignauimus: idem ſpiritus ſanctus in eis ſuperueniens, templum glorię ſuę di-

Digitized by Google

dignanter inhabitãdo perficiat. Qui cum patre ꝛ eodem ſpiritu ſancto viuis ꝛ regnas deus in ſecla ſeculoꝝ. ℟. Amẽ. Deinde dicit.

Ecce ſic benedicetur omnis homo, qui timet dominum.

Et vertens ſe ad confirmatos faciẽs ſignum crucis ſuꝑ eos, dicit.

Bene ✠ dicat vos dominus ex ſion, vt videatis bona Jeruſalem omnibus diebus vitę veſtrę, et habeatis vitam ęternam. ℟. Amen.

Expedita confirmatione, (ſi facienda ſit) Pontifex accipit chirothecas ꝛ anulos, vel ſi non ſint aliqui confirmandi: facta abſolutione vt ſupra: ſedens ibidem cũ mitra palam per vnum ex ſuis monet omnes ordinandos eiſq; ſub his ꝟbis interdicit: videlicet.

ADMONITIO AD ORDINANDOS.

Reuerendus in Chriſto pater et dominus, dominus. N. Dei ꝛ apoſtolicę ſedis gratia epiſcopus. N. ſub excommunicationis latę ſententię pęna, mandat ꝛ pręcipit omnibus, ꝛ ſingulis pro ſuſcipiendis ordinibus hic pręſentibus, ne quis forſan eoꝛũ irregularis aut alias a iure vel ab homine excommunicatus, interdictus, ſuſpenſus, ſpurius, infamis, aut a iure prohibitus, ſiue ex aliena dioceſi oriundus ſine licentia ſui Epiſcopi, aut non deſcriptus examinatus, approbatus, ꝛ nominatus, vllo pacto audeat ad ſuſcipiendos ordines accedere. Et quod nullus ex ordinatis diſcedat: niſi miſſa finita, et benedictione Pontificis accepta.

Supraſcriptum mandatũ interdicti: ſi generaliter omnibus ordinandis, ſemel lectum, ꝛ intimatum fuerit: nõ eſt amplius repetendum. Nam ideo ante quẽlibet ordinem citatur legendum: ſi forte non eſſent aliqui ordinandi, niſi ad illum ordinem.

Lecto mandato Pontifex ſurgit, amouetur faldiſtorium, ꝛ deſcendens ad gradus altaris, deponit mitram: deinde incipit confeſſionem, ꝛ cũ dicit. Indulgentiam. ꝛc. accipit manipulum. Finita confeſſione oſculatur altare in medio, ꝛ textum euangelij ad ſiniſtram: et accedens ad cornu epiſtolę altaris, incipit Introitum.

Digitized by Google

SABBATHO QVATVOR temporum Aduentus.

Ad Miſſam. Introitus.



Veni et oſtende nobis faciem tuam domine, qui ſedes ſuper cherubim, ꝛ ſalui erimus. Ps. Qui regis iſrael intende, qui deducis velut ouem Joſeph. ℣. Gloria patri. Et repetitur Introitus. Veni et oſtende nobis. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.

PRO CLERICIS.

Ponitur faldiſtorium ante medium altaris: et Pontifex accipiens Mitram: ibi ſedet renibus altari verſis. Et Archidiaconus vocat ordinandos dicens.



Accedant, qui ordinādi ſunt ad primam tonſuram. Et mox notarius ſingulos nominatim legit. Et quilibet nominatus reſpondet. Adſum domine. Quibus ante altare coram Pontifice in faldiſtorio cum mitra ſedente genu flexis. Legitur mandatum interdicti: vt ſupra. fol. 8. Reuerendus in Chriſto pr. ꝛc. Quo facto, ſurgit Pontifex, et ſtans cum mitra dicit. Verſus. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ꝛ terram. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et vſque in ſeculum.

Oremus dilectiſſimi fratres: dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: pro his famulis ſuis, qui ad deponendas comas capitum ſuorum pro eius amore feſtinant: vt donet eis ſpiritum ſanctum: qui habitum religionis in

eis perpetuo conſeruet: ⁊ a mundi impedimento ac ſeculari deſiderio corda eorum defendat: vt ſicut immutantur in vultibus, ita dextera manus eius virtutis tribuat eis incrementa: et ab omni cęcitate ſpirituali, ⁊ humana: oculos eorum aperiat: et ęternę gratię lumen eis concedat. Qui viuit et regnat cum Deo patre: in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorũ.

Sedet cũ mitra ⁊ cũ aſſiſtente dicit añ. et pſal. ſeqñ.

Poſt hęc ſedet Pontifex, et legit antiphonam, et pſalmum. Añ. Tu es domine, qui reſtitues hęreditatem meam mihi. Pſalmus. 15.

Conſerua me domine, quoniam ſperaui in te: dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui ſunt in terra eius: mirificauit omnes volũtates meas in eis.

Multiplicatę ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Et repetit antiphonã. Tu es domine qui reſtitues hęreditatem meam mihi.

Pōtifex incidit ſũmitates capillorũ in quinq; locis.

Deinde Pontifex cum forficibus incidit vnicuique extremitates capillorum in quatuor locis: videlicet, in fronte, in occipitio: et ad vtranque aurem: deinde in medio capitis tres crines capillorum ſiue cincinnos: et in bacile deponit, et quilibet cum tondetur, dicit.



Quilibet cũ tondet dicit. Dñs pars.

Dominus pars hęreditatis meę ⁊ calicis mei: tu es qui reſtitues hęreditatem meã mihi.

Omnibus tõſis Pont. ſine mitra ſtans verſus ad eos dicit orationem.

Omnibus tonſis mitra depoſita ſurgit Pontifex, et ſtans verſus ad illos dicit. Oremus.

Preſta quęſumus omnipotens Deus: vt hi famuli tui, quorum hodie comas capitum pro amore diuino depoſuimus: in tua dilectione perpetuo maneant: et eos ſine macula gratia tua in ſempiternum cuſtodias. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Tum Pontifex accepta mitra ſedet, ⁊ dicit antipho. ⁊ pſalmum ſequentes alternatim cũ aſſiſtente.

Hi accipient benedictionem a domino, et miſericordiam a deo ſalutari ſuo: quia hęc eſt generatio quęrentium dominum. Pſalmus. 23.

Domini eſt terra et plenitudo eius: orbis terrarum, et vniuerſi, qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: et ſuper flumina pręparauit eum.

Quis aſcendet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

Inno-

Digitized by Google

Innocens manibus, et mundo corde: qui nõ accepit in vano animam ſuam: nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionẽ a domino: et miſericordiam a deo ſalutari ſuo.

Hęc eſt generatio quęrentium eum: quęrentiũ faciẽ dei Jacob.

Attollite portas principes veſtras, ⁊ eleuamini portę ęternales: ⁊ introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię? dominus fortis, ⁊ potẽs: dominus potens in prelio.

Attollite portas principes vr̃as: ⁊ eleuamini portę ęternales, ⁊ introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię? dñs virtutum ipſe eſt rex glorię.

Gloria pr̃i, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſctõ. Sicut erat in principio, ⁊ nũc, et ſemper, ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amẽ.

Deinde repetit totã antiphonã.

Hi accipient benedictionẽ a domino, ⁊ miſericordiam a deo ſalutari ſuo: quia hęc eſt generatio quęrentium dominum.

Finita añ. Põt. ſtãs ſine mitra cõuerſus ad altare, dicit Oremus. Miniſtri dicũt Flectam⁹ genua, ⁊ ep̃s conuerſus ad tonſos genuflexos, dicit oꝛonẽ ſup eos.

Pontifex ſine mitra ſurgit, et ad altare conuerſus dicit. Oremus.

Flectamus genua. ℟. Leuate.

Et mox ad tonſos genu flexos verſus Pontifex dicit.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, ⁊ hos famulos tuos, bene ✠ dicere dignare: quibus in tuo nomine ſancto, habitum ſanctę religionis impo nimus: vt te largiente, ⁊ deuoti in eccleſia tua perſiſtere: ⁊ vitam percipere mereantur ęternam. Per chr̃m dñm nr̃m. ℟. Amen.

Cum Pontifex ſedet cum mitra, ⁊ accipiens in manum ſuperpellicium dicit ſingulis.



Ep̃s ſedẽs cũ mitra iponit ſingulis ſupꝑpelliciũ dicens: Induat. Idẽ ſup ſingulos repetens.

Induat te dominus nouum hominem: qui ſecundum deum creatus eſt in iuſtitia, ⁊ ſanctitate veritatis. Et mox imponit illud ſeriatim cuilibet: repetendo, Induat te dominus. ⁊c. immittens vſque ad ſcapulas, et immediate trahens: ſi vnum tantum ſit ſuperpellicium: ſicq; facit vſque ad vltimum, qui eo totaliter induitur. Si vero quiſq; ſuũ ſuperpellicium habeat ſinguli totaliter induũtur. Quo expedito ſine mitra ſurgit Pontifex, ⁊ verſus ad illos dicit. Oremus.

Omnipotens ſempiterne de⁹ propitiare peccatis noſtris: et ab omni ſeruitute ſecularis habitus hos famulos tuos emunda: vt dum ignominiam ſecularis habitus deponunt: tua ſemper in ęuum gratia perfruantur, et ſicut ſimilitudinem coronę tuę eos geſtare facimus in capitibus: ſic tua virtute hęreditatem tuam ſubſequi mereantur ęternam in co-

cordibus. Per dominũ noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuũ: qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Eps ſedẽs cuȝ mitra admonet illos, q̃ facti ſunt de foro eccl'ię qualr viuere debeant.

Deinde ſedens cum mitra: admonet eos ſub his verbis dicens.

Filij chariſſimi animaduertere debetis, ꝙ hodie de foro eccleſię facti eſtis: ⁊ priuilegia clericalia ſortiti eſtis. Cauete igitur ne propter culpas veſtras illa perdatis, ⁊ habitu honeſto: boniſq; moribus ac operibus Deo placere ſtudeatis. Quod ipſe vobis agere concedat: per ſpirituȝ ſanctum ſuum. Amen.

Ordinati ad locum ſuum redeũt.

Tum ſuggerẽte Archidiacono: ordinati redeunt ad loca ſua.

Poſt hęc ſurgit Pontifex depoſita mitra, verſus ad altare in cornu epiſtolę dicit. Oremus: Flectam⁹ ge. ℟. Leuate. Orõ.

Sine mitra cõuerſus ad altare dicit primã Collectam ⁊ primaȝ lectionẽȝ miſſę.

Deus, qui conſpicis, quia ex noſtra prauitate affligimur: concede propitius, vt ex tua viſitatione conſolemur. Qui viuis, ⁊ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Lectio Iſaię pphete. ca. 19.

In diebus illis. Clamabunt ad dominum a facie tribulantis, et mittet eis ſaluatorem, ⁊ propugnatorem, qui liberet eos. Et cognoſcetur domin⁹ ab ęgypto, et cognoſcent ęgyptij dominum in die illa. Et colent eum in hoſtijs, ⁊ muneribus: ⁊ vota vouebunt domino, ⁊ ſoluẽt. Et percutiet dominus ęgyptum plaga, ⁊ ſanabit eam: ⁊ reuertentur ad dominum, ⁊ placabitur eis. Et ſanabit eos dominus deus noſter.

PRO OSTIARIIS.

Parentur claues Eccleſię.

Pontifex accepta mitra accedit ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet renibus altari verſis. Et Archidiaconus vocat ordinandos dicens.

Eps iterũ dicit ne q̃s nõ examinat⁹ accedat ad ordines.

Accedant, qui ordinãdi ſunt ad officium oſtiariorũ. Et mox notarius ſingulos nominatiȝ legit. Et q̃libet reſpõdet. Adſum dñe. Omnibus in ſuperpellicijs cum candelis in manibus coraȝ Pontifice genuflexis. Legitur mandatum interdicti, vt ſupra. fol. 8.

Reuerendus in Chriſto pr̃. ⁊c.

Deinde Pontifex inſtruit, ⁊ admonet illos dicens.

Eps inſtruit ⁊ admõet oſtiarios quod ſit eoȝ officium.

Suſcepturi filij chariſſimi officium oſtiariorum: videte, quę in domo dei agere debeatis: oſtiariuȝ oportet percutere cymbalum ⁊ campanam: aperire eccleſiam, ⁊ ſacrarium: ⁊ librum aperire ei, qui prędicat. Prouidete igitur, ne per negligẽtiam vr̃am illarum rerum, quę intra eccleſiã ſunt, aliquid depereat: certiſq; horis domum Dei aperiatis fidelibus: ⁊ ſemper claudatis infidelibus. Studete etiam, vt ſicut materialibus clauibus eccleſiam viſibilem aperitis, et clauditis: ſic et inuiſibilem domum Dei: corda ſcilicet fidelium: dictis ⁊ exemplis

Digitized by Google

plis veſtris: claudatis diabolo: ⁊ aperiatis deo: vt diuina verba, quę audierint, corde retineant, et opere compleant: quod in vobis dominus perficiat per miſericordiam ſuam.

CLAVES CONSIGNAT.

Deinde Pontifex claues Eccleſię de manibus miniſtri recipiens, illas manu dextera tenens et illis oſtendens dicit.



Ordinād⁹ tangit claues. Et in hoc imprimitur character.

SIc agite quaſi reddituri deo rationem pro his rebus, quę his clauibus recluduntur.

Et mox cuilibet eorum ad ſe accedenti: et manu dextera tangenti tradit ſeriatim claues ipſas. Poſt hęc Archidiaconus ducit eos ad oſtium eccleſię, et facit illos claudere et aperire. Tradit etiam eis funes campanarum, faciens eos campanas pulſare: deinde reducit illos ad Pontificem: quibus coram Pontifice genua flectentibus, ſtans cum mitra Pontifex verſus ad ipſos ordinatos dicit.

Cum mitra ſtādo.

DEum patrem omnipotentem fratres chariſſimi ſuppliciter deprecemur: vt hos famulos ſuos bene ✠ dicere dignetur: quos in officio oſtiariorum eligere dignatus eſt: vt ſit eis fideliſſima cura in domo dei diebus ⁊ noctibus: ad diſtinctionem certarum horarum ad inuocandum nomē domini Jeſu chriſti: adiuuante eodem domino noſtro Jeſu Chriſto: qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit et regnat de⁹. Per oīa ſecula ſeculorum.

Cum mitra depoſita ſtans Pontifex et conuerſus ad altare dicit.

Oremus. Flectamus genua. — Sine mitra.

℟. Leuate. Et ſtatim reuerſus ad illos genu flexos ſtans ſine mitra dicit.

DOmine ſancte, pater omnipotens, ęterne Deus: bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos in officium oſtiariorum: vt inter ianitores eccleſię tuę, tuo pareant obſequio: et inter electos tuos partem tuę mereantur habere mercedis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per oīa ſecula ſeculorum. Amē.

Poſt hęc ordinati ſuggerente Archidiacono redeant ad loca ſua.

Ordinati ad locum ſuum redeūt.

¶ Pontifex ad altare cōuerſus: in cornu epiſtolę dicit. Graduale.

Ep̄s ad altare cōuerſus dicit Gradua. ⁊ collectā, ⁊ ſecūdam lectionem miſſę.

ASummo cęlo egreſſio eius: et occurſus eius vſque ad ſummum eius. ℣. Cęli enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Oremus. Flectamus genua.

℟. Leuate. Oratio.

Digitized by Google

Concede queſum⁹ omnipotens deus: vt qui ſub peccati iugo ex vetuſta ſeruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Per eundē dn̄m noſtrū Jeſum Chriſtū filium tuū: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſcti deus, Per oia ſecula ſclo℞. ℟. Amen.

Lectio Yſaie pphete. ca. 35

Hec dicit dn̄s. Letabitur deſerta ⁊ inuia: ⁊ exultabit ſolitudo: ⁊ florebit quaſi liliū. Germinans germinabit, ⁊ exultabit letabunda, ⁊ laudans. Gloria libani data eſt ei: decor carmeli, et ſaron. Ipſi videbunt gloriam domini, ⁊ decorem dei noſtri. Confortate manus diſſolutas, et genua debilia roborate. Dicite puſillanimis: confortamini, ⁊ nolite timere. Ecce deus noſter vltionē adducet retributionis: Deus ipſe veniet, ⁊ ſaluabit nos. Tūc aperientur oculi cecorū, ⁊ aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, ⁊ aperta erit lingua mutorū: Quia ſciſſe ſunt in deſerto aque, ⁊ torrentes in ſolitudine. Et que erat arida in ſtagnum: ⁊ ſitiens in fontes aqua℞. Ait dominus omnipotens.

PRO LECTORIBVS: paretur liber lectionum.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet cum mitra: ⁊ lectores vocantur p Archidiaconum hoc modo.

Accedant, qui ordinādi ſunt ad officiū lectorū. Et mox nominant per notariū: vt ſupra dictum eſt: quibus coram Pontifice, cum candelis in manibus genuflexis, legitur mādatum interdicti: vt ſ. fol. 8. Reuerendus in chro p. ⁊c. Deinde Pontifex admonet eos, ⁊ inſtruit dicens.

Eps interdicit eis ne qs non examinatus accedat ad ordines.

Electi fratres chariſſimi, vt ſitis lectores in domo Dei noſtri: officium veſtrum agnoſcite, ⁊ implete. Potēs eſt enim deus vt augeat vobis gratiam perfectionis eterne. Lectorem ſiquidē oportet legere ea, que predicat: ⁊ lectiones cantare: et benedicere panem, ⁊ omnes fructus nouos. Studete igitur verba dei: vcʒ lectiones ſacras: diſtincte, ⁊ aperte ad intelligentiam, ⁊ edificationē fidelium: abſq; omni mendacio falſitatis proferre: ne veritas diuinarum lectionum: incuria veſtra, ad inſtructionem audientiū, corrumpatur. Quod autem ore legitis, corde credatis, atque opere compleatis: quatenus auditores veſtros, verbo pariter, et exemplo veſtro docere poſſitis. Ideoq; dum legitis: in alto loco eccleſie ſtate: vt ab omnibus videamini, ⁊ audiamini: figurantes poſitione corporali: vos in alto virtutum gradu, debere conuerſari: quatenus cunctis a quibus audimini, et videmini: celeſtis vite formam prebeatis: quod in vobis Deus impleat per gratiam ſuam.

Admonitio ad ordinādos.

LIBRVM TRADIT.

Deinde Pontifex accipiens ⁊ tenens in manibus, ⁊ eis oſtendēs codicem ſiue lectionariū, de quo lecturi ſunt dicit.



Porrigit lectionarium.

Accipite ⁊ eſtote verbi Dei relatores: habituri ſi fideliter, ⁊ vtiliter impleueritis officiū veſtrum: partem cum his, qui verbum dei bene miniſtrauerunt ab initio. Et mox ſucceſſiue cuilibet ad eum accedēti, ⁊ manu dextera tangenti tradit librū ipſum tangendum. Quibus expeditis: Pontifex ſtans cū mitra verſus ad eos genuflexos, dicit.

Et i hoc actu ipri mif charater huius ordinis.

Stat cum mitra.

Oremus dilectiſſimi: Deum patrem omnipotentem, vt ſuper hos famulos ſuos, quos in ordine lectorū dignatur aſſumere: bene✠dictionem ſuā clementer infundat: quatenus diſtincte legant, que in eccleſia Dei legenda ſunt: ⁊ eadem operibus impleant. Per dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtum filium ſuum: qui cum eo viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum.

Deponit mitram.

Tum Pontifex mitra depoſita, ſtans conuerſus ad altare, dicit.

Oremꝰ. Flectamꝰ ge. ℟. Leuate. Deinde conuerſus ad ordinatos genuflexos dicit ſine mitra.

Domine ſancte, pater oipotens, eterne Deus: bene✠dicere dignare hos famulos tuos in officio lectorū: vt aſſiduitate lectionum inſtructi ſint atque ordinati: ⁊ agenda dicant, ⁊ dicta opere compleant: vt in vtroq; ſancte eccleſie, exemplo ſanctitatis ſue conſulant. Per dn̄m nr̄m Ieſum Chriſtū filium tuū: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſcti deus. Per oia ſcl'a ſeculorū. ℟. Amen.

Tum ordinati ſuggerēte Archidiacono redeunt ad loca ſua.

Ordinati redeūt ad loca ſua.

¶ Pontifex ad altare cōuerſus: in cornu epiſtole dicit. Graduale.

Cōuerſus ad altare dicit Gra. Collect. ⁊ tertiam lectio. miſſe.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum, et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. ℣. A ſummo celo egreſſio eiꝰ, ⁊ occurſus eius vſque ad ſummum eius. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Indignos nos q̄s dn̄e famulos tuos, quos actionis ꝓprie culpa contriſtat: vnigeniti filij tui aduentu letifica. Per eundem dn̄m nr̄m Ieſum Chriſtum filiū tuū: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per oia ſcl'a ſeculorū. ℟. Amen.

Lectio Iſaie prophete. ca. 40.

Hec dicit dn̄s. Super montē excelſum aſcende tu, q euangelizas ſion. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem. Exalta: noli timere, dic ciuitatibus iude. Ecce Deus

Digitized by Google

veſter: ecce dñs deus in fortitudine veniet: ⁊ brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cũ eo, ⁊ opus illius coram ipſo. Sicut paſtor gregẽ ſuum paſcet, in brachio ſuo ꝯgregabit agnos: ⁊ in ſinu ſuo leuabit eos dñs deus nr̃.

PRO EXORCISTIS.

Paretur liber exorciſmorũ: ſiue liber Pontificalis vel Miſſalis:

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet cum Mitra. Et exorciſtę vocantur per Archidiaconum.

Exorciſtę vocantur.

Accedant, qui ordinandi ſunt ad officium exorciſtarum. Et ipſi ſigillatim nominant per notariũ, vt prius dictũ eſt. Quibus corã Pontifice cum candelis in manibus genuflexis. Legitur mandatum interdicti, vt ſupra. folio. 8.

Reuerendus in Chr̃o pater, ⁊c.

Epĩs interdicit ne quis nõ examinatꝰ accedat ad ordinem.

Quo facto: Pontifex admonet et inſtruit eos dicens.

Exorciſtas genuflexos admonet et inſtruit.

Exorciſtarum officium.

Ordinandi fratres in officiũ exorciſtarum: debetis noſcere quid ſuſcipitis. Exorciſtã etenim oportet abijcere dęmones, ⁊ dicere populo: vt qui non cõmunicat det locum: ⁊ aquam in miniſterio fundere. Accipitis itaq; poteſtatem imponendi manũ ſuper energumenos, ⁊ per impoſitionẽ veſtrę manus: gratia ſpũs ſancti, ⁊ verbis exorciſmi: pelluntur ſpiritus imũdi a corporibꝰ obſeſſis. Studete igitur, vt ſicut a corporibus aliorũ dęmones expellitis: ita a mẽtibus ⁊ corporibus veſtris: omnẽ immunditiam, ⁊ nequitiam eijciatis: ne illis ſuccũbatis: quos ab alijs veſtro miniſterio effugatis. Diſcite per officium veſtrum vitijs imperare: ne in moribꝰ veſtris, aliquid ſui iuris inimicus valeat vendicare. Tunc etenim recte in alijs dęmonibus imperabitis: cum prius in vobis, eorum multimodã nequitiã ſuperatis. Quod vobis dñs agere concedat per ſpiritum ſuum ſanctum.

Poſt hęc Pontifex accipiens et tenẽs in manibus librum, in quo exorciſmi ſcripti ſunt: vel Pontificalem ſeu Miſſalem, et eis illum oſtendens dicit.

Preſentat librũ.



Accipite, ⁊ commendate memorię: ⁊ habete poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos, ſiue baptizatos, ſiue cathecumenos. Et mox cuilibet appropinquãti ſibi, ⁊ manu dextra tangenti tradit ſucceſſiue librũ ipſum. Poſtea vero omnibus deuote genuflexis, Põtifex cum Mitra ſtans dicit.

Et hoc actu ipſimit character huius ordinis.

Deum patrem omnipotentem fratres chariſſimi ſupplices deprecemur: vt hos famulos ſuos bene ✠ dicere dignetur in offi-

Sine mitra.

Digitized by Google

in officium exorciſtarum: vt ſint ſpirituales imperatores ad abijciendos demones de corporibus obſeſſis: cum omni nequitia eorum multiformi: per vnigenitum filiū ſuum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Qui ſecum viuit et regnat Deus, in vnitate ſpirit⁹ ſancti. Per omnia ſecula ſeculorum.

Tum conuerſus ad altare depoſita Mitra dicit. Oremus.

Flectamus genua. ℟. Leuate.

Et mox conuerſus ad ordinandos genuflexos dicit.

Domine ſancte, pater omnipotens, eterne deus: bene✠dicere dignare hos famulos tuos in officium exorciſtarum: vt per impoſitionem manuū ſuarū, et oris officium: poteſtatē et imperium habeāt ſpirituū immundorum, nequitiam, per verbū Chriſti filij tui dñi noſtri coercendi, atque pbabiles ſint medici eccleſię tuę: gratia curationū: virtuteq; cęleſti confirmati. Per eundem dñm nrm Jeſum Chriſtum filiū tuū: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorū. ℟. Amē.

Ordinati redeūt ad loca ſua. Poſt hęc ſuggerēte Archidiacono, ordinati redeunt ad loca ſua.

Pont. dicit Orat. et collectā, et quartā lectionem miſſe. Pontifex ad altare conuerſus in cornu epiſtolę dicit. Graduale

Domine Deus virtutum conuerte nos, et oſtende faciem tuam, et ſalui erimus.

℣. Excita domine potentiam tuam et veni: vt ſaluos facias nos. Oremus.

Flectam⁹ ge. ℟. Le. Oro.

Preſta q̄s oīpotens deus: vt filij tui ventura ſolennitas: et preſentis nobis vitę remedia conferat: et premia ęterna concedat. Per eundem dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuū: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Lectio Jſaię prophetę. ca. 45.

Hec dicit dñs chriſto meo Cyro: cuius apprehēdi dexterā, vt ſubijciam ante faciē eius gentes, et dorſa regum vertam: Et aperiam coram eo ianuas, et portę non claudentur. Ego ante te ibo, et glorioſos terrę humiliabo. Portas ęreas conterā: et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi theſauros abſconditos: et archana ſecretorum: vt ſcias, qa ego dominus: qui voco nomen tuum deus Jſrael. Propter Jacob ſeruum meum: et Jſrael electum meum. Et vocaui te nomine tuo: aſſimilaui te, et non cognouiſti me. Ego dominus, et non eſt amplius: extra me non eſt Deus. Accinxi te, et non cognouiſti me: vt ſciant hi, qui ab ortu Solis: et qui ab occidente: quoniam abſq; me non eſt deus. Ego dominus: et non eſt alter. Formans lucem, et creans tenebras: faciens pacem, et creans malum. Ego dominus faciens omnia hęc. Rorate cęli deſuper, et nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, et germinet ſaluatorē. Et iuſtitia oriatur ſimul. Ego dominus creaui eum.

PRO

PRO ACOLYTIS.

Parentur candelabrum cum cereo extincto, ⁊ vrceolus vacu⁹ ſeu ampulla pro vino p̄ ſacramento.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet cum Mitra. Acolyti vero vocantur per Archidiaconum.

Acolyti vocātur p̄ Archidiaconum.

Accedant qui ordinandi ſunt ad officium acolytorū. Et mox nominantur per notariū, vt ſupra. Quibus coram Pontifice cū cādelis in manibus genuflexis: Legit mandatū interdicti: vt ſ. fo. 8.

Reuerendus in Chriſto pr. ⁊c.

Quo facto Pōtifex ſedēs cū mitra: admonet ⁊ iſtruit eos dicēs.

Acolytos admonet, ⁊ inſtruit.

Suſcepturi chariſſimi acolytorū officium: penſate, quod ſuſcipitis. Acolytū etenim oportet ceroferariū ferre: luminaria eccleſię accendere: vinū ⁊ aquam ad euchariſtiā, ſeu ad miniſteriū ſanguinis chriſti miniſtrare. Studete igitur ſuſceptum officiū digne implere. Non enim deo placere poteritis: ſi lucem deo manibus pręferentes: operibus tenebrarū inſeruiatis: ⁊ per hoc alijs exempla perfidię prębeatis. Sed ſicut veritas dicit. Luceat lux veſtra coram hoībus: vt videāt opera veſtra bona, ⁊ glorificent patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Et ſicut apoſtolus Paulus ait. In medio nationis prauę atq; peruerſę poſiti: lucete ſicut luminaria in mundo: verbum vitę continentes. Sint ergo lumbi veſtri pręcincti, et lucernę ardentes in manib⁹ veſtris, vt filij lucis ſitis: abijciatis opera tenebrarū: et induamini arma lucis. Fuiſtis enim aliquando tenebrę: nunc autem lux in dño, vt filij lucis ambulate. Quę ſit vero iſta lux, quę tātopere eluceat. Apoſtolus ipſe demonſtrat ſubdens. Fructus enim lucis eſt: ī omni bonitate, ⁊ iuſtitia, ⁊ veritate. Eſtote igitur ſoliciti in omni iuſtitia, bonitate, ⁊ veritate: vt, ⁊ vos, ⁊ alios, ⁊ dei eccleſiā illuminetis. Tūc etenim in dei ſacrificio digne vinum ſuggeretis, ⁊ aquā: ſi vos ipſi deo ſacrificium per caſtam vitam, ⁊ bona opera, oblati fueritis. Quod vobis dñs concedat per miſericordiam ſuā.

Mat. 5. Ad phi/lip. 2. Luc. 12. Ephes. 5. Roma. 13. Ephes. 5. Ephes. 5.

Poſt hęc Pontifex accipit ⁊ tradit cuilibet candelabrū cum candela extincta: quod ſinguli ſucceſſiue manu dextera tāgant: cōmuniter omnib⁹ dicente Pontifice.

Candelabrū cū cādela tradit: in hoc actu ipſi imprimit character huius ordinis.



Accipite ceroferarium cum cereo: ⁊ ſciatis vos ad accēdenda eccleſię luminaria mancipatos in nomine dñi. Tūc accipit ⁊ tradit eis vrceolū vacuum, quē ſimiliter oēs tangere debent ſucceſſiue dicens cōmuniter oībus.

Tradit vrceolum.

Acci

Digitized by Google

Accipite urceolum ad ſugge
rendū vinū ⁊ aquā in eucha
riſtiā ſanguinis chꝛi. In noīe dñi.
Poſtea eis genuflexis permanen
tibus, Pontifex ſtans cum mi/
tra verſus ad eos dicit.
Stans cū mitra verſus ad ordinandos. Deum patrem omnipotentē
fratres chariſſimi ſupplici/
ter deprecemur: vt hos famulos
ſuos bene ✠ dicere dignetur in
ordine acolytorum: quatenus lu
men viſibile manibus preferētes:
lumen quoq; ſpirituale moribus
prebeant: adiuuante domino no
ſtro Jeſu Chriſto. Qui cum eo ⁊
ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat de⁹:
Per omnia ſecula ſeculorum.
Sine mitra. Tum Pontifex ad altare ſe con/
uertens depoſita mitra ſtās dicit.
Oremus. Flectam⁹ genua. ℟.
Leuate. Et mox Pōtifex cōuer/
ſus ad ordinādos genuflexos dic.
Domine ſancte, pater omni/
potēs, eterne deus: qui per
Jeſum Chriſtum filium tuū do/
minum noſtrū, ⁊ apoſtolos eius
in hunc mundum lumen clarita/
tis tue miſiſti: quiq; vt mortis no
Collo. 2. ſtre antiquū aboleres chirogra/
phum: glorioſiſſime illum crucis
vexillo affigi, atque ſanguinem ⁊
Johā. 19. aquam ex latere illius pro ſalute
generis humani effluere voluiſti:
bene ✠ dicere ⁊ ſanctifi ✠ care
dignare hos famulos tuos, in of
ficium acolytorum: vt ad accenden/
dum lumen eccleſie tue, ⁊ ad ſug/
gerendum vinum ⁊ aquā, ad con
ficiendum ſanguinem chriſti filij
tui, in offerenda euchariſtia: ſan/
ctis altaribus tuis fideliter ſub/
miniſtrent. Accende dñe mentes
eorum, ⁊ corda ad amorē gratie
tue: vt illuminati vultu ſplendo/
ris tui: fideliter tibi in tua ſancta
eccleſia deſeruiant. Per eundem
Chriſtum dominum noſtrū. ℟.
Amen. Alia bñdictio. Oremus.
Domine ſancte, pater omni/ Exo. 25. ⁊ 27.
potens, eterne deus, qui ad
Moyſen ⁊ Aaron locutus es, vt
accenderentur lucerne in taber/
naculo teſtimonij: bene ✠ dicere
⁊ ſancti ✠ ficare dignare hos fa/
mulos tuos: vt ſint acolyti i eccle/
ſia tua. Per Chrm dñm nrm. ℟.
Amen. Alia bñdictio. Oremus.
Omnipotēs ſempiterne de⁹,
fons lucis et origo bonita/
tis: qui per Jeſum Chriſtū filiū
tuum lumen verum: mundum il/
luminaſti, eiuſq; paſſionis myſte/
rio redemiſti: bene ✠ dicere di/
gnare hos famulos tuos, quos
in officio acolytorum conſecramus,
poſcentes clementiam tuam, vt
eorum mentes ⁊ lumine ſcientie
tue illuſtres, ⁊ pietatis tue rore ir/
riges: vt ita acceptum miniſteriū
te auxiliante peragant: quod ad
eternam remunerationē perue/
nire mereantur. Per eundē chri/
ſtum dominum noſtrū. ℟. Amē.
Poſt hec ſuggerente Archidiaco Ordinati redeūt ad loca ſua.
no ordinati redeunt ad loca ſua.
¶ Pontifex ad altare cōuerſus:
i cornu epiſtole dicit. Graduale.
Excita domine potentiam tuam ⁊ veni: Pont. dicit Grad. Collectā. ⁊ quintas lectiones.
vt ſaluos facias nos. ℣. Qui regis iſrael
intende, qui deducis velut ouem Joſeph:
qui

Digitized by Google

qui ſedes ſuper cherubim: appare coram ephraim, beniamin, ⁊ manaſſe. Oremus. Flectamus ge. R. Leuate. Oro.

PReces populi tui queſumus domine clementer exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pietatis tue viſitatione conſolemur. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus: Per omnia ſecula ſeculorum. R. Amen.

Lectio Danielis prophete. ca. 3.

IN diebus illis. Angelus domini deſcendit cum Azaria ⁊ ſocijs eius in fornacem: ⁊ excuſſit flammam ignis de fornace, ⁊ fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem: ⁊ incendit quos repperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis, qui eam incendebant. Illos autem non tetigit omnino ignis, neq; contriſtauit, nec quicq; moleſtie intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant, ⁊ glorificabant, et benedicebant deum in fornace dicentes.

PRO SVBDIACONIS.

Parentur calix vacuus cum patena ſuperpoſita: vrceoli cum vino ⁊ aqua: bacile cum manutergio, ⁊ liber epiſtolarum.

POntifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet cum mitra: ⁊ Archidiaconus verſus ad ordinandos dicit.

Archidiaconus vocat ordinandos.

ACcedant qui ordinandi ſunt Subdiaconi. Et notarius vnumquemq; illorum vocat dicens. Iohannes Philippi ad titulum talis eccleſie. Petrus michaelis ad titulum patrimonij ſui. Frater Paulus iacobi profeſſus ordinis N. ad titulum paupertatis. Et ſic de alijs: ⁊ quilibet vocatus dicit. Adſum domine. Et accedit verſus Epiſcopum.

Ordinandus in ſubdiaconum qualiter debeat eſſe paratus.

Debet autem quilibet ordinandorum in Subdiaconum indutus eſſe amictu, non tamen ſuper caput alba et cingulo: habere manipulum in manu ſiniſtra. Tunicellam ſuper brachio ſiniſtro ⁊ candelam in manu dextra. Omnibus autem in ſubdiaconos ordinandis: competenti ſpatio coram Pontifice ſtantibus: Pontifex cum mitra ſedens: admonet eos dicens.

Admonet ſubdiaconos.

FRatres dilectiſſimi, ad ſacrum Subdiaconatus ordinem promouendi: iterum atq; iterum conſiderare debetis attente, quod onus hodie vltro appetitis. Hactenus enim liberi eſtis: licetq; vobis pro arbitrio ad ſecularia vota tranſire: quod, ſi hunc ordinem ſuſceperitis: amplius non licebit a propoſito reſilire: ſed deo cui ſeruire regnare eſt, perpetuo famulari, et caſtitatem illo adiuuante ſeruare oportebit: atq; in eccleſie miniſterio ſemper eſſe mancipatos: proinde dum tempus eſt cogitate: ⁊ ſi in ſancto propoſito pſeuerare placet: in nomine domini huc accedite.

Legitur mandatum interdicti.

Illis tunc accedentibus, ⁊ coram Pontifice genuflexis legitur mandatum interdicti, vt ſupra. fol. 8.

Reuerendus in Chr̄o pater, &c.

Quo facto Archidiacon⁹ vocat ceteros ordinandos dicens.

Accedant q̄ ordinandi ſunt Diaconi, & Preſbyteri. Quibus accedentib⁹ Archidiaconus ordinat eos, videlicet Diaconandos paratos. Amictu, alba, cīgulo, & manipulo: ſtolam in manu ſiniſtra, & dalmaticam ſuper brachium ſiniſtrum, & cādelam in manu dextra tenentes: cōtra cornu epiſtolę altaris, faciebus altari verſis. Et Preſbyterandos paratos. Amictu, alba, cingulo, manipulo, ſtola, in modum diaconi, caſulam, ſiue planetam ſuper brachium ſiniſtrum: & panniculum ſiue mappulam: albam in ſiniſtra, & candelam manu dextra tenentes: contra faciem Pontificis, ad medium altaris: faciebus ſimiliter altari verſis. Quib⁹ ſic ordinatis. Pontifex mitram in capite tenens accumbit ibidem ſuper faldiſtoriū: et omnes ordinandi in locis ſuis ſuper tapetia proſternuntur ad terram: miniſtri vero, & alij aſtantes genuflectunt. Et Pontifex incipit Litaniam miniſtris & Capellanis reſpondentibus.

Ordinādi debēt eſſe parati.

Epūs pcūbit cū mitra ſup faldiſtoriū, & dicit Letaniam.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cęlis deus: miſerere nobis.
Fili redemptor mundi deus: miſerere nobis.
Spiritus ſancte deus: miſerere nobis.
Sancta trinitas vnus deus: miſerere nobis.
Sancta Maria: ora pro nobis.
Sancta dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines orate.
Omnes ſancti angeli et archangeli orate.
Sancte Johannes baptiſta or.
Omnes ſancti patriarchę & prophetę orate pro nobis.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Andrea ora.
Sancte Jacobe ora.
Sancte Johannes ora.
Sancte Luca ora.
Sancte Marce ora.
Omnes ſancti apoſtoli & euangeliſtę orate.
Omnes ſancti diſcipuli domini orate pro nobis.
Omnes ſancti innocētes orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora.
Sancti Fabiane & Sebaſtiane, orate pro nobis.
Omnes ſancti martyres orate.
Sancte Sylueſter ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Ambroſi ora.
Sancte Auguſtine ora.
Sancte Hieronyme ora.

Sancte

Digitized by Google

Sancte Martine ora.
Sancte Nicolae ora.
Omnes ſancti pontifices ⁊ confeſſores orate.
Omnes ſancti doctores orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Bernarde ora.
Sancte Antoni ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Franciſce ora.
Omnes ſancti monachi et Eremitę orate.
Omnes ſancti ſacerdotes ⁊ leuitę orate.
Sancta Maria Magdalena. ora pro nobis.
Sancta Agatha ora.
Sancta Lucia ora.
Sancta Cecilia ora.
Sancta Catharina ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Margarita ora.
Omnes ſanctę virgines et viduę orate:
Omnes ſancti ⁊ ſanctę dei orate.
Propitius eſto: parce nobis domine.
Ab omni malo: libera nos dñe.
Ab ira ⁊ odio ⁊ omni mala voluntate: libera nos domine.
Ab inſidijs diaboli: libera.
A fulgure ⁊ tempeſtate: libera.
A morte perpetua: libera.
Per miſterium ſanctę incarnationis tuę: libera.
Per aduentum tuum: libera.
Per natiuitatem tuam: libera.
Per baptiſmum ⁊ ſanctum ieiunium tuum: libera.
Per crucē ⁊ paſſionē tuam: libe.
Per mortem ⁊ ſepulturā tuā: li.
Per glorioſam reſurrectionem tuam: libera.
Per admirabilem aſcenſionem tuam: libera.
Per aduētuʒ ſpiritus ſancti paracliti: libera.
In die iudicij: libera.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas: te rogamus.
Ut nobis indulgeas: te rog.
Ut pacem nobis dones: te rog.
Ut eccleſiam tuam regere, defendere, ⁊ cōſeruare digneris: te.
Ut domnum apoſtolicum ⁊ oēs eccleſiaſticos ordines in ſancta religiōe ꝯſeruare digne. te ro.
Ut noſmetipſos i tuo ſctō ſeruitio conſeruare digneris: te.
Ut regibus ⁊ principibus chriſtianis, pacem ⁊ veram concordiam largiri digneris: te rog.
Ut cunctū populū chriſtianum ꝑcioſo ſanguine tuo redēptuʒ conſeruare digneris: te rog.
Ut mentes noſtras ad cęleſtia deſideria erigas: te rog.
Ut animas noſtras ⁊ parentuʒ noſtrorum ab ęterna damnatione eripias: te rog.
Ut omnibuſ benefactoribuſ noſtris ſempiterna bona retribuas: te rogamus.
Ut omnibus fidelibus viuis et defunctis vitā ⁊ requiem ęternam concedere digneris: te rogamus audi nos.
Ut obſequiuʒ ſeruitutis noſtrę tibi rationabile facias: te rog.

Surgit

Surgit Pontifex cum mitra ab accubitu: et ſe ad ordinandos vertens: et baculum paſtoralem in ſiniſtra manu tenens: ordinandis proſtratis manentibus dicit.

Ut hos electos bene ✠ dicere digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Secundo dicit.

Ut hos electos bene ✠ dicere et ſancti ✠ ficare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Tertio dicit.

Ut hos electos bene ✠ dicere, ſancti ✠ ficare, et cõſe ✠ crare digneris. ℟. Te rogam⁹ audi nos.

Cum iterum ſuper faldiſtoriũ accũbit, et perficiens litaniam dicit.

Ut nos exaudire digneris: te rogamus audi nos.

Fili dei te rogamus.

Agnus dei, q tollis peccata mũdi: parce nobis domine.

Agnus dei, q tollis peccata mũdi: exaudi nos domine.

Agnus dei, q tollis peccata mundi: miſerere nobis.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pontifex ab accubitu ſurgẽs cũ mitra ſedet ſuper faldiſtoriũ ibi ante medium altaris: et Archidiaconus dicit alta voce.

Recedant in partem, qui ordinandi ſunt diaconi, et presbyteri. Quibus ad aliquem locum idoneum vnde Pontificem celebrantem videre poſſint trãſeuntibus: et ad ordinationem ſubdiaconorũ, qui in presbyterio remanſerũt proceditur. Illis nanque coram Pontifice per ordinem in modũ coronę genuflexis: Pontifex eos inſtruit, et admonet dicens. *Admonet ſubdiaconos genuflexos.*

Adepturi fratres chariſſimi officium ſubdiaconatus: ſedulo attendite, quale miniſteriũ vobis traditur. Subdiaconum enim oportet aquam ad miniſterium altaris pręparare. Diacono miniſtrare: pallas altaris et corporalia abluere: calicem, et patenam in vſum ſacrificij eidẽ offerre. Oblationes, quę veniũt in altari: panes propoſitionis vocantur. De ipſis oblationibus tantũ debet poni in altari: quantũ poſſit populo ſufficere: ne aliqd putredinis in ſacrario remaneat. Pallę quę ſunt in ſubſtratorio altaris: in alio vaſe debent lauari: et in alio corporales pallę. Ubi autem corporales pallę lotę fuerint: nullum aliud linteamen debet lauari: ipſaqꝫ lotionis aqua, in baptiſterium debet mergi. Studete itaqꝫ vt iſta viſibilia miniſteria, q̃ diximus: nitide et diligentiſſime complentes: inuiſibilia hor exẽplo perficiatis. Altare quidem Sanctę eccleſię: ipſe eſt Chriſtus: teſte Johanne, qui in apocalypſi ſua: altare aureum ſe vidiſſe perhibet: ſtare ante thronũ: in quo, et per quem oblationes fidelium deo patri conſecrãtur. Cuius altaris pallę, et corporalia: ſunt mẽbra Chriſti, ſcilicet fideles dei: quibus dominus quaſi veſtimentis precio-

Officium ſubdiaconorum. *Apoc. 8.* *Iſa. 59.*

precioſis circundatur: vt ait pſal/
Pſal. 92. miſta. Dominus regnauit deco/
rem indutus eſt. Beatus quoqꝫ
Apoc. 1. Johannes in apocalypſi: vidit fi/
lium hominis pręcinctum zona
aurea, id eſt ſanctorum caterua:
Si itaqꝫ humana fragilitate con/
tingat in aliquo fideles macula/
ri: pręhenda eſt a vobis aqua cę/
leſtis doctrinę: qua purificati, ad
ornamentum altaris, et cultum
Quales debẽt eſſe ſubdiaconi. diuini ſacrificij redeant. Eſtote
ergo tales, qui ſacrificijs diuinis
et Eccleſię Dei: hoc eſt corpori
Chriſti: digne ſeruire valeatis:
in vera, et catholica fide fundati:
Rom. 4. quoniam, vt ait apoſtolus. Om/
ne quod non eſt ex fide: peccatuꝫ
eſt, ſciſmaticum eſt, et extra vni/
tatem eccleſię eſt. Et ideo ſi vſqꝫ
nunc fuiſtis tardi ad eccleſiam: ⁊
ámodo debetis eſſe aſſidui. Si
vſque nunc ſomnolenti: ámodo
vigiles. Si vſque nunc ebrioſi:
ámodo ſobrij. Si vſque nunc in/
honeſti: ámodo caſti. Quod ip/
ſe vobis pręſtare dignetur: qui
viuit et regnat Deus in ſecula
ſeculorum.

Tradit calicẽ ⁊ reliqua. Deinde Pontifex de manu mini/
ſtri accipit, et tradit cuilibet ſuc/
ceſſiue: calicem vacuum cum pa/
tena ſuperpoſita. Et Archidia/
conus: vrceolos cũ vino ⁊ aqua,
ac bacile cum manutergio, quę
omnia ſigillatim ordinandi ma/
nibus tangunt: primo calicem:
deinde alia, et iterum vt prius ge/
nuflectunt. Quo facto Ponti/
fex, dicit.



Videte cuiuſmodi miniſte/
rium vobis traditur. Ideo
vos admoneo: vt ita vos exhibea/
tis, quod Deo placere poſſitis.

Poſtea ſurgit Pōtifex, ⁊ verſus
ad populũ, ſtans cum mitra, dicit. Stãs cũ mitra dicit.

Oremus deũ patrem, ac do/
minum nr̃m fratres chariſ/
ſimi: vt ſuper hos ſeruos ſuos,
quos ad ſubdiaconatus officiuꝫ
vocare dignat⁹ eſt: infundat be/
nedictionẽ ſuam ⁊ gratiam: vt in
conſpectu eius fideliter ſeruien/
tes: prędeſtinata ſanctis prę mia
conſequant. Adiuuante dño nr̃o
Jeſu chro: q cũ eo ⁊ ſpũ ſctõ viuit
⁊ regnat deus: p oĩa ſclá ſeculoꝝ.

Tum depoſita mitra: conuerſus
ad altare Pōtifex dicit. Oremꝰ. Sine mitra ad altare cõuerſus dicit.
Flectamus genua. ℟. Leuate.
Et mox Pōtifex verſus ad ordinã/
dos genuflexos dicit ſine mitra.

Domine ſancte, pater omni/
potens, ęterne Deus: bene
✠ dicere dignare hos famulos
tuos, quos ad ſubdiaconat⁹ offi/
cium eligere dignatus es: vt eos
in ſacrario tuo ſancto ſtrenuos:
ſolicitoſqꝫ cęleſtis militię iſtituas
excubitores: ſanctiſqꝫ altaribus
tuis fideliter ſubminiſtrent, ⁊ re/
quieſcat

quieſcat ſuper eos ſpirit⁹ ſapientię, ⁊ intellectus: ſpiritus conſilij, ⁊ fortitudinis: ſpiritus ſcientię, ⁊ pietatis: ⁊ repleas eos ſpiritu timoris tui, ⁊ eos in miniſterio diuino confirmes: vt obedientes facto, atq; dicto parētes, tuam gratiam conſequantur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Sedet cū mitra, et amictum cuilibet ſu per caput imponit, dicens.

Tum Pontifex ſedens accepta mitra: amictum qui in collo ordinandorum iacet: imponit ſuper caput ſingulis, dicens.

Accipe amictum per quē deſignaṫ caſtigatio vocis. In noīe patris, ⁊ filij, ⁊ ſpūs ſancti.

Manipulū iponit i brachio ſiniſtro.

Tum immittit in ſiniſtro brachio manipulum cuilibet dicens.

Accipe manipulum, per quē deſignantur fructus bonorum operum. In nomine patris, et filij, et ſpiritus ſancti.

Jmponit cuilibet tunicellā.

Poſt hęc induit quēlibet tunicā: ⁊ ſi tm̄ vnica ſit: immittit illā cuilibet ſolum vſque ad ſcapulas, ac retrahens, eam poſteriori totaliter induit; dicens cuilibet.

Jſa. 61.

Induat te domin⁹ veſtimento ſalutis, et tunica iuſtitię. Jn noīe patris, et filij, ⁊ ſpūs ſcti.

Dat librū epiſtolaꝝ ſingulis.

Poſtea accipit, et tradit omnibus librum epiſtolarum: manu dextera ipſum ſimul tangentibus, dicens.

Accipite librum epiſtolarum, et habete poteſtatem legendi eas in eccleſia ſancta dei, tam pro viuis, quam pro defunctis. Jn nomine patris, et filij, et ſpiritus ſancti.

Ordinati redeūt ad loca ſua.

Omnibus expeditis ſuggerente Archidiacono: ordinati redeunt ad loca ſua.

Pont. depoſita mitra in cornu eplę dicit hymnū et reliqua de miſſa.

Tum Pōtifex depoſita mitra ſurgit, ⁊ conuerſus ad altare: in cornu epiſtolę, dicit Hymnum.

Benedictus es domine deus patrū noſtrorū. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. ℣. Et benedictum nomen glorię tuę, quod eſt ſanctum. ℟. Et laudabile, ⁊ glorioſum in ſecula. ℣. Benedictus es in templo ſancto glorię tuę. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. ℣. Benedictus es ſuper thronum ſanctum regni tui. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. ℣. Benedictus es ſuper ſceptrum diuinitatis tuę. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. ℣. Benedictus es, qui ſedes ſuper cherubim intuens abyſſos. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. ℣. Benedictus es, qui ambulas ſuper pennas ventorum, et ſuper vndas maris. ℟. Et laudabilis, et glorioſus in ſecula. ℣. Benedicant te omnes angeli et ſancti tui. ℟. Et laudent te, et glorificent in ſecula. ℣. Benedicant te cęli, terra, mare, et omnia quę in eis ſunt. ℟. Et laudent te, et glorificent, in ſecula. ℣. Gloria patri, et filio, et ſpiritui ſancto. ℟. Et laudabili, ⁊ glorioſo in ſecula. ℣. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper; ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen. ℟. Et laudabili, ⁊ glorioſo in ſecula. ℣. Benedictus es domine deus patrum noſtrorum. ℟. Et laudabilis, et glorioſus in ſecula.

Pontifex oſculatur altare in medio, et verſus ad populum, dicit. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Et verſus ad altare, dicit. Oremus. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Sequitur.

Exaudi quęſumus domine ſupplicum preces, et deuoto tibi pectore famulantes, perpetua defenſione cuſtodi: vt nullis perſecutionibus impediti, liberam eruitutem tuis ſemper exhibeamus officijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum angelo nuntiante carnem ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis, vt qui vere eam genitricem Dei credimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur.

Eccleſię tuę quęſumus domine preces placatus admitte, vt deſtructis aduerſitatibus et erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Reſpon. Amen.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes. ca. 2.

Fratres. Rogamus vos per aduentum domini noſtri Jeſu Chriſti, et noſtrę congregationis in ipſum: vt non cito moueamini a veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per epiſtolam tanquam per nos miſſam: quaſi inſtet dies domini: ne quis vos ſeducat vllo modo: quoniam niſi venerit diſceſſio primum, et reuelatus fuerit homo peccati: filius perditionis, qui aduerſatur, et extollitur ſupra omne, quod dicitur deus, aut quod colitur: ita, vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit deus. Non retinetis, quod cum adhuc eſſem apud vos, hęc dicebam vobis? Et nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore. Nam myſterium iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus quem dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui, et deſtruet illuſtratione aduentus ſui.

PRO DIACONIS.

Paretur liber euangeliorum.

Pontifex accipit mitram, accedit ad faldiſtorium ante medium altaris, et ibi ſedet: promouendi vero ad ordinem Diaconatus, per Archidiaconum vocantur.

Accedant qui ordinandi ſunt ad Diaconatum.

Et

Et mox ſigillatim nominantur per notarium: nulla tamen facta de titulo mentione. Eis igitur amictu, alba, cingulo, et manipulo paratis, ac ſtolam in ſiniſtra, et candelam in dextera manibus, ac dalmaticam ſuper brachium ſiniſtrum tenentibus: et in modum coronę in presbyterio coraꝫ Pontifice diſpoſitis, et genu flexis: Legitur mandatum interdicti, vt ſupra. fol. 8. Reuerendus in Chriſto pater, ⁊ dominus. ⁊c.

Archidiaconus offert epō ordinandos ad diaconatum.

Quo facto Archidiaconus offerens illos Pontifici, dicit.

Reuerende pater: poſtulat ſancta mater eccleſia catholica: vt hos pręſentes Subdiaconos, ad onus diaconij ordinetis.

Pontifex interrogat, dicens.

Scis illos dignos eſſe?

Reſpondet Archidiaconus.

Quantum humana fragilitas noſſe ſinit. Et ſcio, et teſtificor ipſos dignos eſſe ad hui⁹ on⁹ officij.

Et Pontifex dicit. Deo gratias.

Sedet cū mitra.

Et cum mitra ſedens, clero annunciat, dicens.

Auxiliante domino deo ſaluatore noſtro Ieſu chriſto: eligimus hos pręſentes ſubdiaconos, ad ordinem diaconij. Si quis habet aliquid contra illos, pro deo, ⁊ propter deum cum fiducia exeat, et dicat. Veruntamen memor ſit conditionis ſuę.

Epſ facit aliqua mora, proſequitur.

Et facta aliquali mora conuertens ſermonem ſuū ad ordinandos Pontifex inſtruit, et admonet eos, dicens.

Prouehendi dilectiſſimi filij ad leuiticum ordinem: cogitate magnopere, ad quātum gradum eccleſię aſcenditis. Diaconum enim oportet miniſtrare ad altare, baptizare, et prędicare. Sane in veteri lege ex duodecim vna trib⁹ Leui electa eſt, quę ſpeciali deuotione tabernaculo dei: eiuſque ſacrificijs ritu perpetuo deſeruiret. Tantaque dignitas ipſi conceſſa eſt, quod nullus niſi ex eius ſtirpe ad diuinum illum cultum, atque officium miniſtraturus aſſurgeret: adeo vt grandi quodam priuilegio hęreditatis, ex tribu domini eſſe mereretur, ⁊ dici. Quorum hodie chariſſimi filij, ⁊ nomen, ⁊ officium tenetis: quia in miniſterium tabernaculi teſtimonij, ideſt eccleſię Dei: eligimini in Leuitico officio, quę ſemper in procinctu poſita, inceſſabili pugna contra inimicos dimicat. Unde ait apoſtolus. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, et ſanguinem: ſed aduerſus principes et poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, cōtra ſpiritualia nequitię tela in cęleſtibus, quā eccleſiam Dei veluti tabernaculū portare ⁊ munire debetiſ: ornatu ſancto, prędicatu diuino, exemplo perfecto, Leui quippe interpretatur additus, ſiue aſſumptus: et vos filij, qui ab hęreditate paterna nomen accipitis: eſtote aſſumpti a carnalibus deſiderijs: a terrenis concupiſcentijs, quę mili tant

Officia diaconoꝝ. — Num. 3. — Diaconi tenēt locū Leuitarū. — Ephes. 6. — Quales debēt eſſe Diaconi. — 1. Pet. 3.

tant aduerſus animam: eſtote ni
tidi, mundi, puri, caſti, ſicut decet
miniſtros Chriſti, ⁊ diſpenſato
1. Cor. 4. res miniſteriorum Dei: vt digne
addamini ad numerum eccleſia
ſtici gradus: vt hereditas, ⁊ trib⁹
1. Cor. 4. amabilis domini eſſe mereamini.
Et quia comminiſtri ⁊ coopera
tores eſtis corporis et ſanguinis
domini: eſtote ab omni illecebra
carnis alieni. Sicut ait ſcriptura.
Iſa. 52. Mundamini, qui fertis vaſa do
mini. Cogitate beatum Stepha
Act. 7. num, merito pręcipuę caſtitatis:
ab apoſtolis ad officiū iſtud ele
ctum. Curate vt quibus euange
lium ore annuntiatis: viuis ope
Num. 1. ribus exponatis, vt de vobis di
Rom. 10. catur. Beati pedes euangelizan
tium pacem: euangelizantiū bo
Ephes. 6. na: habete pedes veſtros calcia
tos: ſanctorum exemplis, in pręparatione euāgelij pacis. Quod
vobis dn̄s cōcedat p grām ſuā.

Hic leguntur Litanię ſi non ſint factę ordinationes ſubdiaconorum.

¶ Nota ꝙ hic leguntur Litanię ſuper diaconandos, ſi non ſint factę ordinationes ſubdiaconorū. Quas require ſupra. fol. 15. in ordinatione ſubdiaconorum, ⁊ eundem modum ſeruabis. Deinde Pontifex ſedens cum mitra: intelligibili voce alloquitur populum dicens: ordinandis genuflexis manentibus.

Eps ſedēs cū mitra populū alloquitur.

Commune votum cōmunis oratio proſequatur: vt hi, q totius eccleſię prece ad diaconatus miniſterium pręparantur: leuiticę benedictionis ordine clareſcant, ⁊ ſpirituali conuerſatione pręfulgentes, gratia ſanctificationis eluceſcant: pręſtante domino noſtro Jeſu Chriſto: qui cum patre, et ſpiritu ſancto viuit et regnat Deus in ſecula ſeculorum.

Deinde ſurgens cum mitra Pontifex: ſtans verſus ad ordinandos, dicit alta voce.

Eps ſtans cū mitra verſus ad ordinandos dicit alta voce.

Oremus dilectiſſimi Deum patrem omnipotentem: vt ſuper hos famulos ſuos, quos ad ſacrum ordinem diaconatus aſſumere dignatus eſt: benedictionis ſuę gratiam clementer effundat: eiſqꝫ cōſecrationis indulte, propitius dona conſeruet: et preces noſtras clementer exaudiat: vt quę noſtro gerenda ſunt miniſterio, ſuo benigno pſequatur auxilio: ⁊ quos ſacris myſterijs exequendis: pro noſtra intelligentia credimus offerendos, ſibi faciat eſſe gratos, ⁊ ſua benedictione ſanctificet, ⁊ confirmet: vt predeſtinata ſanctis pręmia conſequantur. Per vnigenitum filium ſuum dominū noſtrum Jeſum Chriſtum: qui cum eo ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat Deus.

Deinde depoſita mitra extenſis manibus ante pectus, dicit.

Sine mitra.

Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſū corda. ℟. Habemus ad dn̄m. ℣. Grās agam⁹ dn̄o deo noſtro. ℟. Dignum ⁊ iuſtum eſt.

Vere dignum ⁊ iuſtum eſt: ęquū et ſalutare. Nos tibi ſemper et vbiqꝫ gratias agere: domine ſancte

cte, pater omnipotẽs, eterne deꝰ. Honorum dator ordinumq́ꝫ diſtributor atque officiorum diſpoſitor, qui in te manens innouas omnia ⁊ cuncta diſponis: per verbum virtutem ſapientiamq́ꝫ tuã Jeſum Chriſtũ filium tuum dominũ nr̃m, ſempiterna prouidentia preparans: ⁊ ſingulis qbuſq́ꝫ tẽporibus aptãda diſpẽſas. Cuius corpuſ eccleſiã videlicet tuã: celeſtium gratiarum varietate diſtinctam, ſuorumq́ꝫ connexam diſtinctione membrorum: per legẽ mirabilem totius cõpaginis vnitam: in augmentum tẽpli tui creſcere dilatariq́ꝫ largiriſ: ſacri muneris ſeruitutem: trinis gradibus miniſtrorum nomini tuo militare conſtituens: electis ab initio Leui filijſ, qui in myſticis operationibus domus tuę fidelibuſ excubijs permanentes: hereditatem benedictionis eternę: ſorte perpetua poſſiderent. Super hos quoque famulos tuos queſumuſ domine placatus intende, quos tuis ſacris altaribus ſeruituros in officium diaconatꝰ ſuppliciter dedicamus. Et nos quidem tanquam homines, diuini ſenſus, ⁊ ſummę rationis ignari: horum vitam quãtum poſſumus exiſtimamus. Te autem domine, quę nobis ſunt ignota non tranſeunt: te occulta non fallunt. Tu cognitor ſecretorum, et ſcrutator es cordium. Tu horum vitam celeſti poteris examinare iudicio, quo ſemper pręuales, et admiſſa purgare: et ea, quę ſunt agenda concedere.

¶ Hic ſolus Pontifex manum dexteram extendẽs, ponit ſuper caput cuilibet ordinando: ⁊ nullus alius, quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecrantur, dicens ſingulis.

Solꝰ Pontifex ipõit manuꝫ ſup caput cuilibet ordinãdo, dicẽs ſingulis. Accipe. ⁊c.

DEXTERAM EXTENDIT.

Accipe ſpiritum ſanctuꝫ, ad robur, ⁊ ad reſiſtendum diabolo, et tentationibus eius. In nomine domini.

Poſtea proſequitur extenſam tenens manum dexteram vſque ad finem prefationis.

Emitte in eos queſumus domine ſpiritum ſanctuꝫ, quo in opus miniſterij tui fideliter exequendi: ſeptiformis gratię tuę munere roborentur. Abũdet in eis totius forma virtutis, authoritas, modeſtia, pudor conſtans, innocentię puritas, et ſpiritualis obſeruantia diſciplinę. In moribus eorum pręcepta tua fulgeant: et ſuę caſtitatis exemplo imitationem ſancta plebs acquirat: et bonum conſcientię teſtimonium pręferentes: in Chriſto firmi, et ſtabiles perſeuerent: dignisque ſucceſſibus de inferiori gradu per gratiam tuam, potiora capere mereãtur. Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtuꝫ filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdeꝫ ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Digitized by Google

Sedēs cū mitra ipo/nit cuili/bet ſup ſi/niſtrū hu/merū ſtolā.

Poſt hec Pontifex ſedēs cū mitra, cuilibet ordinādo ante ſe genuflexo ſtolam, quā ſinguli in manu habēt imponit ſucceſſiue ſup humerum ſiniſtrū, dicēs ſingulis.

Accipe ſtolam ✠ candidam de manu dei: ipſe miniſterium tuum: potens enim eſt dñs, vt augeat tibi gratiā ſuam. Qui viuit et regnat in ſecula ſeculorum.

Faciens ſup quēlibet eoꝝ ſignū crucis: ⁊ miniſtri reflectēt capita ſtolę, ⁊ alligēt ſub brachio dextro.

¶ Poſt hec Pontifex accipiens dalmaticā: induit ea quēlibet ſucceſſiue vſq ad humeros: mox eā retrahēdo vſq ad vltimū: quem ea totaliter induit: ⁊ hoc ſi vna tātū ſit dalmatica. Si vero quilibet ſuam habet: tunc ſingulos ſua totaliter induit, dicens cuilibet.

Induit eū dalma/tica.

Induat te dñs veſtimento ſalutis, ⁊ circundet te ſemper indumento letitię: in nomine dñi.

Tradit li/brū euāge/lij: in hoc actu ipri/mit chara/cter huius ordinis.

Poſtremo Pontifex tenens librum euāgeliorum: tradit illum communiter omnibus coram ſe genuflexis, ⁊ manu dextra ſimul ipſum tangentibus, dicens.



Accipite poteſtatem legendi euangelium in Eccleſia Dei: tam pro viuis, quam pro defunctis: in nomine domini.

Stās ſine mitra, ad altare con/uerſus di/cit Orem⁹ ⁊ vertit ſe ad ordina/tos.

Quo facto Pōtifex deponit mitram, ſurgit, ⁊ ad altare conuerſus, dicit. Oremus. Flectamus genua. Et miniſtri. Leuate. Et verſus ſe ad ordinatos: ſtās dicit.

Exaudi domine preces noſtras, ⁊ ſuper hos famulos tuos ſpiritum tuę bene✠dictionis infunde: vt cęleſti munere ditati, ⁊ tuę maieſtatis gratiam poſſint acquirere, et bene viuendi alijs exemplum prębére. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

Domine ſancte, pater ſpei, fidei, gratię, ⁊ profectuum remunerator: qui in cęleſtibus, et terrenis: angelorum miniſterijs vbique diſpoſitis: per omnia elementa voluntatis tuę diffundis effectum: hos quoque famulos tuos ſpiritali dignare illuſtrare effectu: vt tuis obſequijs expediti, ſanctis altaribus tuis miniſtraturi: puri accreſcant, et indulgentia tua puriores, eo gradu, quo apoſtoli tui in ſeptenario numero, beatum Stephanum ducem Act.6.
ac pręuium ſpiritu ſancto authore elegerūt, digni exiſtant, ac virtutibus vniuerſis, quib⁹ tibi ſeruire oportet inſtructi, tibi complaceant. Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuū: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Tum

Digitized by Google

Ordinati redeũt ad loca ſua.

Tum ſuggerente Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

¶ Pontifex conuerſus ad altare in cornu epiſtolę, dicit primum et ſecundum verſum tractus: videlicet. Tractus.

Ponti. ſine mitra i cornu epiſtolę, dicit primum ⁊ ſcdm verſuz tract⁹.

Qui regis Iſrael intende, qui deducis velut oues Joſeph. ℣. Qui ſedes ſup cherubim appare corã ephraim, beniamin, ⁊ manaſſe.

PRO PRESBYTERIS.

Pontifex accipit mitram: accedit ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: ⁊ ibi ſedet, ⁊ procedit ad ordinationem presbyterorum. Pro quibus ordinandis parentur oleum cathecumenorum. Calix cum vino, et aqua. Patena et hoſtia deſuper poſita. Medulla panis, ⁊ Bacile cũ buccali pro manibus abluẽdis, quas ſinguli ad ſuas mappulas extergunt. Deinde Archidiaconus vocat ordinandos voce intelligibili dicens.

Sedet cũ mitra pro ordinatiõe pſbyterorum.

Preparãda p ordinandis.

Archidiaconus vocat ordinãdos.

Accedant, qui ordinãdi ſunt ad ordinem preſbyteratus. Et mox nominatim leguntur per notarium pro vt ſupra dictum eſt: nulla tamen de titulo facta mentione. Tunc illi more diaconorum parati. Amictu, alba, cinctorio, ſtola, et manipulo: tenentes planetas ſuper brachia complicatas, et in manibus candelas, ac mappulas albas pro ligandis manibus ad ordinatorem accedunt: et coram eo ſe in modum coronę diſponunt.



Omnibus ergo ordine diſpoſitis ⁊ genuflexis: legitur mandatum interdicti, vt ſupra. folio. 8.

Reuerendus in Chriſto pater, ⁊ dominus. ⁊c. Quo lecto Archidiaconus preſentat ordinandos Pontifici, dicens.

Archidiaconus pręſẽtat ordinãdos.

Reuerende pater, Poſtulat ſancta mater eccleſia catholica: vt hos pręſentes Diaconos ad onus presbyterij ordinetis. Et Pontifex interrogat, dicens. Scis illos dignos eſſe? Reſpondet Archidiaconus.

Quantum humana fragilitas noſſe ſinit: ⁊ ſcio ⁊ teſtificor ipſos dignos eſſe ad huius on⁹ officij. Pontifex dicit. Deo gratias. Tum annuntiat clero et populo iuxta ſtatutum Carthaginenſis concilij: ſedens cũ mitra ⁊ dicẽs.

Eps annũciat clero, ⁊ pplo ſiqs habet aliqd ↄtra ordinãdos

Quoniaz dilectiſſimi fratres: rectori nauis, et nauigio deferendis: eadem eſt vel ſecuritatis ratio, vel communis timoris, par eorum debet eſſe ſententia, quorum cauſa communis exiſtit. Neque enim fuit fruſtra a patribus inſtitutum: vt de electione illorum, qui ad regimen altaris adhibendi ſunt: cõſulatur, ⁊ populus,

quia ꝛ de vita ꝛ cõuerſatione pꝛę-
ſentandi, ꝙ nõnunꝗ̃ ignoꝛatur a
pluribꝰ, ſcitur a paucis: ꝛ neceſſe
eſt, vt facilius ei quis obedientiã
exhibeat oꝛdinato: cui aſſenſum
pꝛębuerit oꝛdinando. Hoꝝ ſiqui
dem diaconoꝝ in pꝛeſbyteros au
xiliante dño oꝛdinandoꝝ cõuer-
ſatio: quantũ mihi videtur pꝛo-
bata ꝛ deo placita exiſtit: ꝛ digna
(vt arbitroꝛ) eccleſiaſtici honoꝛis
augmẽto. Sed ne vnum foꝛtaſſe
vel paucos, aut decipiat aſſenſio,
vel fallat affectio: ſententia eſt ex-
petenda multoꝝ. Itaqꝫ qd de eoꝝ
actibus, aut moꝛibꝰ noueritis: qd
de merito ſentiatis: libera voce
pandatis, ꝛ his teſtimoniũ ſacer-
dotij: magis pꝛo merito, ꝙ̃ affe-
ctione aliqua tribuatis. Si quis
igitur habet aliquid cõtra illos:
pꝛo deo, ꝛ pꝛopter deum cũ fidu
cia exeat, et dicat. Ueruntamen
memoꝛ ſit conditionis ſuę.

Inſtruit oꝛdinãdos

Poſtea Pontifex facta aliquali
mora, conuertens ſermonem ſuũ
ad oꝛdinandos, inſtruit, ꝛ admo-
net eos, dicens.

CONſecrandi fratres chariſ-
ſimi in pꝛeſbyteratꝰ officiũ,
illud digne ſuſcipere atqꝫ ſuſce-
ptum laudabiliter exequi ſtudea
tis. Sacerdotem etenim opoꝛtet

Officium ſacerdotis quale ſit.

offerre: benedicere, pꝛęeſſe, pꝛędi
care, ꝛ baptizare. Cum magno
quippe timoꝛe, ad tantũ gradũ
aſcendendum eſt, atqꝫ prouidẽ-
dũ: vt cęleſti ſapientia, pꝛobi mo-
res, ꝛ diuturna iuſtitię obſerua-
tio: ad id electos cõmendet. Un-
de dñs pꝛęcipiens Moyſi: vt ſe-
ptuaginta viros de vniuerſo Iſ-
rael in adiutoꝛium ſuũ eligeret: e
quibus ſpiritus ſancti dona diui
deret, ſuggeſſit: quos tu noſti, Num. 10
quod renes populi ſunt. Uos ſi
quidem, in ſeptuaginta viris, ꝛ ſe-
nibus ſignati eſtis: ſi per ſpiritũ
ſeptifoꝛmem decalogum legis cu
ſtodientes: pꝛobi ꝛ maturi in ſciẽ-
tia ſimiliter, ꝛ opere eritis. Sub
eodem quoqꝫ miſterio, ꝛ eãdem
figura: in nouo teſtamento domi
nus ſeptuaginta duos elegit: at- Luc. 10
que binos ante ſe in p̄dicationẽ
miſit, vt doceret verbo ſimul, et
facto: miniſtros eccleſię ſuę, fide,
et opere debere eſſe perfectos,
ſeu geminę dilectionis: Dei ſcili-
cet ꝛ pꝛoximi virtute fundatos.
Tales itaque eſſe ſtudeatis, vt in
adiutoꝛium Moyſi, et duodecim
apoſtoloꝛum, epiſcopoꝛum, vide-
licet catholicoꝛum, qui per Moy
ſen et apoſtolos figurantur: di-
gne per gratiam Dei eligi valea-
tis. Hac certe mira varietate ec-
cleſia ſancta circũdatur, oꝛnatur,
ꝛ regitur: cum alij in ea pontifi-
ces: alij minoꝛis oꝛdinis Sacer-
dotes, Diaconi ꝛ Subdiaconi di
uerſoꝛum oꝛdinum viri cõſecran
tur: ꝛ ex multis, ꝛ alternę digni-
tatis membꝛis vnum coꝛpus chꝛi
ſti efficitur. Itaque dilectiſſimi
fratres, quos ad noſtrum adiu-
toꝛium: fratrum noſtroꝛum arbi
trium conſecrandos elegit: ſer-
uate in moꝛibus veſtris caſtę et
ſanctę vitę integritatem. Agno-
ſcite,

Digitized by Google

ſcite, quod agitis. Imitamini, qđ tractatis: quatenus mortis dominicę myſteriū celebrantes: mortificare membra veſtra a vitijs et concupiſcentijs omnibus procuretis. Sit doctrina veſtra ſpiritualis medicina populo Dei. Sit odor vitę veſtrę delectamentum eccleſię Chriſti: vt prędicatione atque exemplo ędificetis domū, id eſt familiā Dei: quatenus nec nos de veſtra promotione, neq; vos de tāti officij ſuſceptione dānari a domino: ſed remunerari potiꝰ mereamur. Quod ipſe nobis concedat per gratiam ſuam. ℟. Amen.

Coll. 4.

¶ Nota q̄ hic leguntur Litanię ſuper Preſbyterandos, ſi nō ſint facte ordinationes ſubdiaconorum vel diaconorū, quas require ſupra. folio. 15. in ordinatione Subdiaconi: et eundem modum ſeruabis.

Hic legūtur Litanię ſup̄ preſbyterandis: ſi non ſint facte ordinationes ſubdiaconorū vel diaconorum.



POſt hęc ſurgunt omnes, et preſbyterādis coram Pontifice binis, ⁊ binis ſucceſſiue genuflectentibus: Pontifex ſtans ibidem ante faldiſtorium cum mitra, ⁊ nulla oratione premiſſa, imponit ſimul vtranq; manum ſuper caput cuiuſlibet ordinandi ſucceſſiue nihil dicens. Idem faciūt poſt eum omnes ſacerdotes ibidem preſentes. Quo facto, tam Pontifex q̄ Sacerdotes tenent manus dexteras extenſas ſuper illos. Et Pontifex ſtans cum mitra, dicit.

Stās ſine mitra impoñit vtrāq; manū ſup caput ordinandi. Idē faciūt oēs ſacerdotes pñſentes.

OREmus dilectiſſimi Deum patrem omnipotentem: vt ſuper hos famulos ſuos, quos ad preſbyterij munus elegit: cęleſtia dona multiplicet, ⁊ quod eiꝰ dignatione ſuſcipiunt: ipſius conſequantur auxilio. Per Chriſtū dominum noſtrum. ℟. Amen.

Pontifex depoſita mitra conuerſus ad altare, dicit. Oremus. Flectamus genua. Et miniſtri. Leuate. Et mox verſus ad ordinandos, dicit.

Stat ſine mitra.

EXaudi nos quęſumꝰ domine deus noſter, ⁊ ſuper hos famulos tuos benedictionē ſancti ſpiritus, ⁊ gratię ſacerdotalis infunde virtutē: vt, quos tuę pietatis aſpectibus offerimus conſecrādos: perpetua muneris tui largitate proſequaris. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium ſuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus. Tum extenſis manibus ante pectus, dicit.

PEr omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſū corda. ℟. Habemus ad dn̄m. ℣. Grās agamꝰ dn̄o deo noſtro. ℟. Dignum ⁊ iuſtum eſt.

Vere

Digitized by Google

Vere dignuꝫ ⁊ iuſtum eſt: ęquũ ⁊ ſalutare. Nos tibi ſemꝑ ⁊ vbiq; gratias agere: domine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus, honorum dator ⁊ diſtributor oium dignitatum: per queꝫ proficiunt vniuerſa, per qué cuncta firmantur: amplificatis ſemper i melius rationabilis naturę incremétis: ꝑ ordinem cógrua ratione diſpoſitũ. Unde, ⁊ ſacerdotales grad⁹ atq; officia leuitarum ſacramétis myſticis inſtituta creuerunt: vt cum Pontifices ſummos regendis populis pręfeciſſes: ad eoruꝫ ſocietatis ⁊ operis adiumentum: ſequentis ordinis viros, ⁊ ſecundę dignitatis eligeres. Sic et in erémo per ſeptuaginta virorum prudentum mentes: Moyſi ſpiritum propagaſti, quibus ille adiutorib⁹ vſus, in populo innumerabiles multitudines facile gubernaret. Sic ⁊ in Eleazaro ⁊ Ithamar filijs Aaron paternę plenitudinis abũdantiam transfudiſti: vt ad hoſtias ſalutares, et frequentioris officij ſacramentum, miniſteriuꝫ ſufficeret ſacerdotũ. Hac prouidétia domine apoſtolis filij tui, doctores fidei comites addidiſti, quibus illi orbem totũ ſecundis prędicationibus impleuerunt. Qua propter infirmitati quoque noſtrę domine quęſumus, hęc adiumenta largire: qui quanto fragiliores ſumus: tanto his pluribus indigem⁹. Da quęſumus omnipotés Deus, in hos famulos tuos preſbyterij dignitatem: innoua in viſceribus eorum ſpiritum ſanctitatis, et acceptum a te Deus: ſecundi meriti munus obtineant, cenſuramque moruꝫ exemplo ſuę conuerſationis inſinuent. Sint próuidi cooperatores ordinis noſtri: eluceat in eis totius forma iuſtitię: vt bonam rationem diſpenſationis ſibi creditę redditurí, ęternę beatitudinis pręmia conſequantur. Per eundé dñm noſtruꝫ Ieſum Chriſtum filium tuum: qui tecuꝫ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Pontifex ſedet accepta mitra, et reflectit orarium, ſiue ſtolam ab húmero ſiniſtro cuiuſlibet: capiens partem, quę retropendet, et imponens ſuper dextrum humerum, aptat eam ante pectus in modum crucis ſingulis, dicés. — Sedet cũ mitra, ⁊ reflecit ſtolam.

STOLAM APTAT.

Accipe iugum domini: iugum enim eius ſuaue eſt: ⁊ onus eius leue. — Mat. 16.

Poſtea imponit cuilibet ſucceſſiue caſulam vſque ad ſcapulas, quam quilibet teneat ſuper humeros complicatam: a parte anteriori deorſum dependentem, ſingulis dicens. — Imponit caſulaꝫ vſq; ad ſcapulas.

CASVLAM PONIT.

Accipe veſtem ſacerdotalé, per quam charitas intelligitur: potens eſt enim dominus augere tibi charitateꝫ, ⁊ opus perfectuꝫ. ℟. Deo gratias. Surgit Pontifex ſine mitra, et dicit.

Deus

Deus ſanctificationum omnium author, cuius vera cõſecratio: plenaq; benedictio eſt. Tu domine ſuper hos famulos tuos, quos preſbyterij honore dedicamus: munus tuę bene ✠ dictionis infunde, vt grauitate actuum, et cenſura viuendi: probēt ſe eſſe ſeniores, his inſtituti diſciplinis, quas Tito, ⁊ Timotheo (1. Thes. 3. Ad Tit. 1.) Paulus expoſuit: vt in lege tua die ac nocte, omniq; tempore meditantes, quod legerint credant: quod crediderint, doceāt: quod docuerint imitentur: iuſtitiam, conſtantiam, miſericordiam, fortitudinem, cęteraſq; virtutes in ſe oſtendant: exemplo prębeant, ammonitione confirment, ac purum ⁊ immaculatū miniſterij ſui donum cuſtodiāt, ⁊ in obſequiū plebis tuę panem ⁊ vinum in corpus et ſanguinem filij tui, immaculata benedictione trāſformēt: et inuiolabili charitate, in virum (Ephes. 4.) perfectum, et in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti: in die iuſti, et ęterni iudicij: conſcientia pura: fide plena: ſpiritu ſancto pleni perſoluant. Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſcti de⁹: p oia ſcl'a ſclo2. ℟. Amen.

(Sine mitra flexis genib⁹ dicit.) Tunc Pontifex ad altare conuerſus: flexis genib⁹ incipit hym.

Veni creator ſpiritus: mentes tuorum viſita: imple ſuperna grã, quę tu creaſti pectora.

Surgit Pōtifex ſedet in faldiſtorio cum mitra, ⁊ dū proſequitur (Sedet cū mitra.) hymnū, extrahuntur ei anuli, ⁊ chirothecę, reponuntur ſibi anuli, ⁊ imponit ei gremiale ſiue mappula ſuper gremium. Et ſinguli ordinati coram eo genuflectunt.

Qui paraclitus diceris: donum dei altiſſimi: fons viuus, ignis, charitas, ⁊ ſpiritalis vnctio.

Tu ſeptiformis munere: dextrę dei tu digitus: tu rite promiſſum patris: ſermone ditans guttura.

Accende lumen ſenſibus: infunde amorem cordibus: infirma noſtri corporis: vtute firmās ppeti.

Hoſtem repellas longius: pacemq; dones protinus: ductore ſic te pręuio, vitemus oẽ noxium.

Per te ſciamus da patrem: noſcamus atq; filium: te vtriuſque ſpiritū, credamus omni tēpore.

Gloria patri domino: natoque qui a mortuis, ſurrexit ac paraclito, in ſeculorum ſecula. Amen.

Pontifex cum oleo cathecumenorum vngit vnicuiq; ambas manus ſimul iunctas: in modum crucis producendo cum pollice ſuo dextro in dictum oleū intincto, duas lineas: videlicet a pollice dextrę manus vſque ad indicem ſiniſtrum, ⁊ a pollice ſiniſtro, vſque ad indicem dextrum: vngendo mox totaliter palmas: dū quemlibet vngit, dicens.

MANVS VNGIT.

Conſecrare, ⁊ ſanctificare digneris domine manus iſtas: per iſtam vnctionem, et noſtram bene ✠ dictionem.

Pon-

Producit ſignũ crucis ſup manus vngẽdo.

Pontifex producit manu dextra ſignuꝫ crucis ſuper manus illius quem ordinat, ꝛ proſequitur. **Ut quęcunqꝫ benedixerint benedicantur: et quęcunqꝫ conſecrauerit: conſecrentur ꝛ ſanctificentur in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti.** Et quilibet ordinanduſ reſpondet. **Amen.**

Claudit man⁹ cuilibet.

Unus ex miniſtris Pōti. man⁹ cuiuſqꝫ inũcti pãniculo alligat.

Tunc Pontifex claudit ſeu iungit man⁹ cuilibet ſucceſſiue, quaſ ſic conſecratas aliquis miniſtrorum Pontificis albo panniculo lineo ſimul: videlicet dextram ſuper ſiniſtram alligat: ꝛ mox vnuſquiſqꝫ ad ordinem ſuum redit, et ſic clauſas, ꝛ alligatas manus tenet. Omnium manibus vnctis et conſecratis: Pontifex manus lauat, ꝛ tergit: tuꝫ tradit cuilibet ſucceſſiue calicẽ cũ vino ꝛ aqua: ꝛ patenam ſuperpoſitam cuꝫ hoſtia: ꝛ ipſi illa accipiunt inter indices ꝛ medios digitos, ac cuppam calicis, ꝛ patenam ſimul tangunt Pontifice ſingulis dicente.

Pont. lauat man⁹.

Tradit calicẽ cũ patena, hoſtia, vino, ꝛ aqua. Et in hoc actu imprimit character huius ordinis.



CALICEM CVM VINO.

Accipe poteſtatẽ offerre ſacrificiũ Deo: miſſamqꝫ celebrare, tam pro viuis, quaꝫ pro defunctis: in nomine domini.

His peractis Pōtifex lauat manus cum medulla panis: ſimiliter ꝛ ordinati Sacerdotes lauãt manus ſuas cum medulla panis, et aqua bene mũdant, ac extergũt mappulis illis, quibus erant ligatę: et aqua ablutionis huiuſmodi proiicitur in ſacrarium.

Pont. lauat man⁹. ꝛ ordinati ſacerdotes lauant manus.

Pōtifex manibus lotis deponit mitram: ſurgit, et amouetur faldiſtorium, et ad altare conuerſuſ in cornu epiſtolę, dicit vltimum verſum tractus. ℣.

Sine mitra in cornu epl'ę legit vltimũ verſum tractus.

Excita domine potentiam tuam, ꝛ veni: vt ſaluos facias nos.

Tum Capellanus aſſiſtens portat librum ad cornu euangelij, et Pontifex ſtans ante mediũ altaris: iunctis manib⁹, dicit ſecrete.

Munda cor meum ac labia mea omnipotens deus, qui labia Iſaię prophetę calculo mũdaſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare mundare, vt ſanctum euangelium tuuꝫ digne valeam nunciare. Per Chriſtuꝫ dominum noſtrum. Amen.

Deinde dicit eodeꝫ modo ſtans.

Dominus ſit in corde meo et in labijs meis, vt digne ꝛ competenter annunciem euangelium ſuũ.

Et verſus ad cornu euãgelij iunctis manib⁹ dicit itelligibili voce.

Dominus vobiſcum. ℟. **Et cum ſpiritu tuo.** ſignat ſe in fronte ore et pectore, dicens.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam. ℟. **Gloria tibi domine.** Luc. cap. 3.

Anno

Digitized by Google

Anno quintodecimo impe-rij Tiberij Ceſaris, procu-rante Pontio Pilato iudeā: te-trarcha autem galileę Herode: Philippo autem fratre eius te-trarcha, itureę, et trachonitidis regionis: ⁊ liſania abilinę tetrar-cha, ſub principibuſ ſacerdotum Anna ⁊ Caypha: factum eſt ver-bum domini ſuper Johannē Za-charię filium in deſerto. Et venit in omnem regionē iordanis prę-dicans baptiſmum penitentię in remiſſionem peccatorū, ſicut ſcri-ptum eſt in libro ſermonū Iſaię prophetę. Uox clamantiſ in deſer-to: parate viam domini, rectas fa-cite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur, ⁊ omnis mons, ⁊ col-lis humiliabitur, et erunt praua in directa, ⁊ aſpera ī vias planas. Et videbit oīs caro ſalutare dei.

Pontifex deoſculatur textū euangelij ⁊ altare, ac verſus ad populum, dicit. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Et iterum verſus ad altare, dicit. Oremus. Offertorium. Exulta ſatiſ filia ſion: prędica filia Jeruſalem: ecce rex tuus venit tibi ſanctus ⁊ ſaluator.

CANDELAS OFFERVNT.

Ponitur faldiſtorium ante medium altariſ: ⁊ Pontifex accepta mitra ibi ſedet, ⁊ omnes ordinati accedunt bini ⁊ bini, et coram eo genuflexi: offerūt illi ſingulos cereos, ſiue ſingulas candelas, et oſculantur eius manum: primo preſbyteri: tum Diaconi, ſucceſſiue alij ſuo ordine. Accepto ſingulorum offertorio: extrahunt anuli Pontifici, ⁊ lauat manus: quibus abſterſis reaſſumit anulos, ⁊ ſurgit, ac tollitur faldiſtorium ⁊ mitra. Interim preſbyteri ordinati, retro Pontificem, vel hinc ⁊ inde vbi magiſ commodum erit: in terra genuflexi, habeāt libros Miſſales coram ſe, ſuper ſcabellis, ſeu bancis ordinatis, vbi commode dicere poſſint cum Pontifice ſecretas, ⁊ omnia alia de miſſa: prout dicit Pontifex. Qui tamen bene aduertat, ꝙ ſecretas moroſe dicat, ⁊ aliquantulum alte: ita, vt ordinati Sacerdotes poſſint ſecum omnia dicere, ⁊ prę ſertim verba conſecrationiſ, quę dici debent eodē momēto ꝑ ordinatos, quo dicunt̄ ꝑ Pontificē.

Omēs ordinati cuiuſlibet ordinis offerūt ſingulas cādelas accenſas.

Ordinati ſacerdotes teneant libros miſſales ante ſe.

Demum Pontifex verſuſ ad altare offert patenam cum hoſtia, et alijs particulis pro numero ordinatorum, dicens.

Pont. moroſe dicat ſecretas, ⁊ aliquantulū alte.

Suſcipe ſancte, pater omnipotens, ęterne deus, hāc immaculatam hoſtiam, quam ego indign⁹ famulus tuuſ offero tibi deo meo viuo ⁊ vero: pro innumerabilibus peccatis, ⁊ offenſionibus, et negligentijs meis, et pro omnibus circunſtantibus: ſed ⁊ pro omnibus fidelibus chriſtianis, viuis atq; defunctis: vt mihi, ⁊ illis proficiat ad ſalutem in vitam ęternam. Amen.

Quādo mittit aquā ī calicē, dicit.

Deus, qui humanę ſubſtantię dignitatem mirabiliter condidiſti, ⁊ mirabilius reformaſti:

Digitized by Google

ſti: da nobis per huius aquę ⁊ vini myſteriū, eius diuinitatis eſſe conſortes: qui humanitatis noſtrę fieri dignatus eſt particeps Jeſus Chriſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſci deus. Per oia ſecula ſeculorum. Amē.

Deinde offert calicem, dicens.

Offerimus tibi domine calicem ſalutaris, tuam deprecantes clementiam: vt in conſpectu diuinę maieſtatis tuę, pro noſtra ⁊ pro totius mundi ſalute, cū odore ſuauitatis aſcendat. Amē.

Deinde dicit orationem.

In ſpiritu humilitatis, et in animo cōtrito ſuſcipiamur a te domine: et ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie: vt placeat tibi domine deus.

Sequitur oratio ſuper hoſtiam et calicem cum ſigno crucis.

Veni ſanctificator omnipotens ęterne Deus: bene ✠ dic hoc ſacrificium tuo ſancto nomini preparatum.

Cū mitra lauat manus.

Pontifex accepta mitra accedit ad cornu epiſtolę, et ſtans lauat manus, dicens.

Lauabo inter innocentes manus meas, et circundabo altare tuum domine.

Vt audiam vocē laudis: ⁊ enarrem vniuerſa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domuē tuę: et locum habitationis glorię tuę.

Ne perdas cum impijs deus animam meam: et cum viris ſanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me, et miſerere mei.

Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicam te domine.

Gloria pri, ⁊ filio, ⁊ ſpūi ſancto.

Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculor. Amē.

Sine mitra.

Pontifex depoſita mitra inclinat ſe ante medium altaris, et dicit hanc orationem.

Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationem, quam tibi offerimus: ob memoriam paſſionis, reſurrectionis, ⁊ aſcenſionis Jeſu Chriſti domini noſtri, et in honore beatę Marię ſemper virginis, ⁊ beati Johannis Baptiſtę, ⁊ ſanctorum apoſtolorum Petri ⁊ Pauli, ⁊ iſtorum, ⁊ omnium ſanctorum: vt illis proficiat ad honorem: nobis autem ad ſalutem, et illi pro nobis itercedere dignentur in cęlis: quorum memoriam facimus in terris. Per Chriſtū dominum noſtrum. Amen.

Erigens ſe deoſculatur altare, ⁊ vertens ſe ad populum, dicat.

Orate fratres, vt meū ac veſtrum ſacrificium acceptabile fiat apud deū patrē oipotentē.

Circunſtantes reſpondeant.

Suſcipiat dominus ſacrificium de manibus tuis: ad laudem ⁊ gloriā nominis ſui, ad vtilitatem quoque noſtrā, totiuſq; eccle-

Digitized by Google

ecclesię suę sanctę. Amen.

Deinde Pontifex iterum cōuersus ad altare, extensis manibus ante pect⁹, dicit seq̄ntes secretas.

SAcrificijs pręsentibus quęsumus domine placatus intende: vt ⁊ deuotioni nostrę proficiant ⁊ saluti. Tuis quęsumus domine operare mysterijs: vt hęc munera dignis tibi mentibus offeramus. Per dominū nostrum Jesum Christum filium tuū: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti Deus: per omnia secula seculo⁊. Amen. Secreta.

IN mentibus nostris quęsumus domine verę fidei sacramenta confirma: vt qui conceptū de virgine, deum verum ⁊ hominem confitemur: per eiusdem salutiferę resurrectionis potentiā, ad ęternam mereamur peruenire lętitiam. Secreta.

PRotege nos quęsumus domine tuis mysterijs seruientes, vt diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur ⁊ mente. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti Deus.


Deinde intelligibili voce dicit Pręfationem manibus extensis.

Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursū corda. ℟. Habemus ad dn̄m. ℣. Gratias agam⁹ dn̄o deo nostro. ℟. Dignum ⁊ iustum est.

Vere dignum ⁊ iustum est: ęquū et salutare. Nos tibi semper et vbiq; gratias agere: domine sancte, pater oīpotens, ęterne deus, p Christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Cęli cęlorumq; virtutes ac beata seraphim, socia exultatione concelebrant. Cū quibus ⁊ nostras voces vt admitti iubeas deprecamur: supplici confessione dicētes. Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus deus sabaoth. Pleni sunt cęli et terra gloria tua. Hosanna i excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini. Hosanna in excelsis.

Inclinatus Pontifex coram altari iunctis manibus sequentem dicit Canonem.

Digitized by Google



Digitized by Google

















Te igit̃ clementiſſime pater, per Jeſuʒ Chriſtum filium tuum dominum noſtrum, ſupplices rogamus ac petimus. Hic oſculatur altare deide erectis manibus dicit. vti accepta habeas ⁊ benedicas. Hic ter ſignet tam ſuper hoſtiã quam ſup calicẽ. Hęc ✠ dona, hęc ✠ munera, hęc ✠ ſctã ſacrificia illibata: in primis, quę tibi offerim⁹ pro eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, ⁊ regere digneris: toto orbe terrarum, vna cum famulo tuo Papa noſtro. N. ⁊ me indigno ſeruo tuo et omnibus orthodoxis, atque catholicę ⁊ apoſtolicę fidei cultoribus.

Commemoratio pro viuis.

Memento dñe famulorum famularumq; tuarum. N. ⁊ omnium cir-









cunſtantiũ, quoꝝ tibi fides cognita eſt ⁊ nota deuotio, pro qbus tibi offerim⁹, vel q tibi offerũt hoc ſacrificium laudis: pro ſe, ſuiſque oibus, pro redemptione aiarum ſuarũ, pro ſpe ſalutis ⁊ incolumitatis ſuę: tibiq; reddũt vota ſua, ęterno deo viuo et vero. Oratio.

Communicãtes ⁊ memoriã venerantes. In primis glorioſę ſemperq; vginis Marię genitricis dei, ⁊ dñi nři Jeſu chriſti. Sed ⁊ beatoꝝ aplõꝝ ac martyrũ tuoꝝ Petri ⁊ Pauli, Andreę, Jacobi, Johãnis, Thomę, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis, et Thadei, Lini, Cleti, Clemẽtis, Sixti, Cornelij, Cipriani, Laurẽtij, Chriſogoni, Johãnis et Pauli, Coſmę et Damiani: et oiũ ſanctoꝝ tuoꝝ, quorũ meritis precibuſq; concedas: vt i oibus ꝓtectionis tuę muniamur auxilio. Per eundẽ Chriſtũ dñm nřm. Amen. Infra actionẽ.

Hanc igitur oblationẽ ſeruitutis nřę, ſed ⁊ cũctę familię tuę q̃s domine: vt placatus accipias: dieſq; noſtros in tua pace diſponas, atq; ab ęterna dãnatione nos eripi, ⁊ in electorum tuoꝝ iubeas grege numerari. Per Chřm dñm nřm. Amen. Oratio.

Quam oblationem tu deus in omnibus queſumus. Hic ſignet ter tã ſup hoſtiam q̃ ſup calicẽ dicens. bene ✠ dictã, aſcri ✠ ptã, ra ✠ tã, rationabilẽ, acceptabilẽq; facere digneris, vt nobis Hic ſup hoſtiam ſemẽ ſignet, ⁊ ſup calicem ſemel dicens. Cor ✠ pus, ⁊ ſan ✠ guis fiat dilectiſſimi filij tui domini noſtri Jeſu Chriſti. Hic accipit hoſtiam in manibus, et eleuatis ſurſum oculis benedicit eam, dicens.

Qui pridię q̃ pateret, accepit panẽ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: ⁊ eleuatis oculis in cęlum, ad te deũ patrẽ ſuũ oipotentem, tibi grãs agens, bene ✠ dixit, fregit, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ mãducate ex hoc omnes.

Hoc eſt eniʒ corpus meum.

Hic corp⁹ chři leuat adeo vt a'circũſtantib⁹ poſſit videri. Et depoſita hoſtia, calicem manibus accipiẽs, gratias agẽs bñdicit, dicẽs:

Simili modo poſtq; cęnatuʒ eſt, accipiens ⁊ hunc preclarum calicẽ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: Item tibi gratias agens: bene ✠ dixit, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes.

Hic eſt eniʒ calix ſanguinis mei: noui et ęterni teſtamẽti: myſteriuʒ fidei: qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in remiſſionem peccatoꝝ.

Hęc

Digitized by Google

Hęc quotienſcunq; feceritis in mei memoriam facietis.

Hic deponit calicem: deinde dicit.

Unde ⁊ memores dñe nos ſerui tui, ſed et plebs tua ſancta, Chriſti filij tui domini noſtri: tam beatę paſſionis, nec non et ab inferis reſurrectionis: ſed et in cęlos glorioſę aſcenſionis, offerimus pręclarę maieſtati tuę de tuis donis ac datis.

Hic ter ſignet ſuper corpꝰ ⁊ ſanguinem: et deinde ſuper corpus ſemel, ⁊ itidem ſuper ſanguinem, dicens. Hoſtiam ✠ puram, hoſtiam ✠ ſanctam, hoſtiam ✠ immaculatam, panē ✠ ſanctū vitę ęternę, ⁊ calicem ✠ ſalutis perpetuę.

Supra quę propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, et accepta habere, ſicuti accepta habere dignatꝰ es munera pueri tui iuſti Abel, ⁊ ſacrificiū patriarchę noſtri Abrahę, ⁊ qđ tibi obtulit ſummꝰ ſacerdos tuꝰ Melchiſedech: ſanctū ſacrificiū imaculatā hoſtiam. Hic inclinet ſe, ⁊ dicat.

Supplices te rogamus omnipotens deus: iube hęc perferri per manꝰ ſancti angeli tui, in ſublime altare tuum, in conſpectu diuinę maieſtatis tuę. Hic erigit ſe et oſculato altari dicit. Ut quotquot ex hac altaris participatione ſacroſanctum filij tui. Hic ſuper hoſtiam et deinde ſuper calicem ſignet dicens. Cor ✠ pꝰ ⁊ ſan ✠ guinē ſumpſerimꝰ. Hic ſe ipſum ſignet, dicens. omni bene ✠ dictione celeſti, ⁊ gratia repleamur. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis.

Memento etiā dñe famulorū famularūq; tuarum. N. qui nos pręceſſerunt cum ſigno fidei, ⁊ dormiunt in ſomno pacis: ipſis domine ⁊ oībus in Chriſto quieſcētibus, locum refrigerij lucis ⁊ pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundem Chriſtū dñm nr̄m. Amē. Hic percutiat pectus ſuū, aliquantulum altius dicens.

Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis, de multitudine miſerationū tuarū ſperantibus, partem aliquam et ſocietatē donare digneris, cum tuis ſanctis apoſtolis ⁊ martyribus, cum Iohanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexādro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anaſtaſia. Et omnibus ſanctis tuis: intra quorum nos conſortium, non ęſtimator meriti, ſed venię queſumꝰ largitor admitte. Per chriſtū dominū nr̄m.

Per quem hęc omnia domine ſemper bona creas. Hic ſignet ter tam ſuper hoſtiam quam ſuper calicem, dicens. ſancti ✠ ficas, viui ✠ ficas, bene ✠ dicis ⁊ pſtas nobis. Hic diſcooperiat calicem, ⁊ accepta hoſtia, ter cum ea ſignet ſuper ſanguinē, dicens. Per ip ✠ ſum, ⁊ cū ip ✠ ſo, ⁊ in ip ✠ ſo. Hic cum ipſa hoſtia bis inter ſe, et calicem ſignet dicens. eſt tibi deo patri ✠ oīpotenti, in vni-

Digitized by Google

vnitate ſpiritus ✠ ſancti, omnis honor ⁊ gloria. Hic cuꝫ dextera manu hoſtiam tenens: calicē dein de erigat cuꝫ vtraqꝫ manu, dicēs. Per oia ſcl'a ſeculoꝝ. ℟. Amen. Hic reponit hoſtiam, et calicem ipſum cooperit, dicēs. Oremus. Preceptis ſalutaribus moniti, ⁊ diuina inſtitutione formati, audemus dicere. Pater noſter, qui es in celis, ſanctificetur nomen tuū. Adueniat regnum tuuꝫ. Fiat volūtas tua: ſicut in celo ⁊ in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: Et dimitte nobis debita noſtra; ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. Amen. Deinde dicit.

Libera nos q̄s dn̄e ab omnibus malis, preteritis, preſentibus, ⁊ futuris: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa ſemꝑ virgine dei genitrice Maria, ⁊ beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqꝫ Andrea, ⁊ omnibus ſanctis: da propitius pacem in diebus noſtris, vt ope miſericordie tue adiuti, ⁊ a peccato ſimus ſemper liberi, ⁊ ab omni perturbatione ſecuri. Hic accipit patenam dextera manu, ⁊ cuꝫ ea ſe ſignat: ⁊ candē ſubmittens hoſtie: ponit hoſtiam in patena, ⁊ diſcooperto calice reuerenter hoſtiam per mediū ſuper calicē frāgit, dicens. Per eundeꝫ dn̄m nr̄m Jeſuꝫ chriſtū filiū tuū. Et mediam partem quā dextera tenet: ponit in patena. Et de illa quam tenet in ſiniſtra, frāgit particulam, ⁊ medie parti que eſt in patena adiungit, dicens. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Reliquā vero partem dextera ſuper calicem tenens Pontifex, calice deinde parꝫ eleuato dicit. Per omnia ſecula ſeculoruꝫ. ℟. Amen. Hic calice depoſito, ter cuꝫ particula illa ſignat ſuper calicem tantū dicens. Pax ✠ dn̄i ſit ✠ ſemper vobiſ ✠ cum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Hic ponat particulam hoſtie in ſanguine, dicens.

Fiat cōmixtio ⁊ conſecratio corporis ⁊ ſanguinis dn̄i nr̄i Jeſu chri: accipientibus nobis in vitā eternā. Amen. Deinde dicit.

Agnus dei qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.
Agnus dei q tollis peccata mundi: miſerere nobis.
Agnus dei q tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

Hic inclinat ſe ante corpus Domini, dicens.

Domine Jeſu chriſte, qui dixiſti apoſtolis tuis: pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: ne reſpicias peccata mea, ſed fidē eccleſie tue: eamqꝫ ſecundum voluntatem tuam pacificare, ⁊ coadunare digneris. Qui viuis ⁊ regnas Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Pontifex oſculatur altare, et dat primo ex ſingulis ordinatis cuiuſlibet ordinis ad euꝫ ſucceſſiue accedenti, ⁊ altare prius ad dextraꝫ

Pontifex dat pacem primo ex ſingulis ordinatis.

Pon-

Digitized by Google

Pótificis deoſculáti, pacé dicés. Pax tecum. Cui ille reſpondet. Et cũ ſpiritu tuo. Et quilibet illoꝝ dat ſequenti ſui ordinis ſecũ ordinato, ꝛ ille alteri, ꝛ ſic vſqꝫ ad vltimũ ꝯtinuat: ſi aũt ordinatoꝝ paruus ſit numerus. Pótifex poterit dare pacé ſingulis. Quibus peractis Pontifex iterũ inclinatus ante corpus Chriſti, dicit.

Accepta pace ab epõ: quilibet dat pacé ſequẽti ſui ordinis ſecum ordinati.

Domine Jeſu chriſte, fili dei viui, qui ex volũtate patris cooperante ſpiritu ſancto: ꝑ mortem tuam mundum viuificaſti: libera me per hoc ſacrum corp⁹ et ſanguinem tuum, ab oíbus iniqtatibus meis, ꝛ vniuerſis malis, ꝛ fac me tuis ſemꝑ inhęrere mandatis: ꝛ a te nunqꝫ ſeparari permittas. Qui cum eodem deo patre, ꝛ ſpiritu ſctó viuis ꝛ regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

Perceptio corporis tui dñe Jeſu chriſte, quod ego indignus ſumere pręſumo, non mihi proueniat in iudiciũ ꝛ cõdemnationé, ſed ꝓ tua pietate ꝓſit mihi ad tutamentũ mẽtis ꝛ corporis, ꝛ ad medelá ꝑcipiendá. Qui viuis ꝛ regnas cũ deo pře i vnitate ſpũs ſcti deus. Per oía ſecula ſeculoꝝ. Hic accipit patenam cum corpore Chriſti: et cum maxima humilitate et reuerentia, dicit.

Panem cęleſtem accipiam, ꝛ nomen domini inuocabo. Hic percutiat pectus ſuum, ter dicens.

Domine non ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ, ſed tantũ dic verbo ꝛ ſanabit aía mea.

Hic ſumat corpus reuerenter, ſignans ſe illo dicens.

Corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat animam meam in vitam ęternam. Amen. Hic poſtea ſi quid remanſerit in patena, cum digito reponit in calicem: ꝛ cum reuerẽtia deinde accipit calicem ipſum, dicens.

Quid retribuam dño, pro oíbus quę retribuit mihi. Calicem ſalutaris accipiam, ꝛ nomé domini inuocabo. Laudãs inuocabo dominũ, ꝛ ab inimicis meis ſaluus ero. Hic ſumat ſanguinem, ſignans ſe ipſo, dicens.

Sanguis dñi nři Jeſu chriſti, cuſtodiat aíam meá in vitaꝫ ęterná. Amé. Et priuſqꝫ digitos abluat, accedunt ante altare oés ad ſacros ordines ꝓmoti. Primo pſbyteri: deinde diaconi, tandem ſubdiaconi, qbus ordinate diſpoſitis ꝛ genuflexis. Pontifex facta reuerẽtia ſacraméto, ꝛ aliquantulũ verſus cornu euãgelij ſe retrahés, ad eos ſe conuertit: ꝛ ſinguli ex diaconis ꝛ ſubdiaconis dicũt ſubmiſſa voce. Confiteor deo omnipotenti. ꝛc. Et Pontifex ſtãs capite detecto, verſus ad eos, dicit intelligibili voce.

Ordinati oés genuflectũt ante Pótificem.

Pont. vertit ſe ad ordinatos detecto capite.

Diaconi ꝛ ſubdiaconi tm̃ faciunt ꝯfeſſionem.

Pontifex ſine mitra abſoluit Diaconos ꝛ Subdiaconos tm̃.

Miſereatur veſtri oipotés deus, ꝛ dimiſſis oíb⁹ pctis vřis ꝑducat vos ad vitá ęterná. ℟. amẽ.

Indulgentiá, abſolutioné, ꝛ remiſſioné pctóꝝ vřoꝝ tribuat vobis oipotés ꝛ miſericors dñs. ℟. Amé. Et manu dextra ſignũ crucis ſuꝑ eos communiter ꝓducit.

Digitized by Google

¶ Preſbyteri ante cõionez non dicunt cõfeſſionẽ, neq; datur eis abſolutio, quia concelebrat Põtifici: preterea ſi non ſunt alij ordinati: confeſſio ⁊ abſolutio p̃dicte omittunt. Tũ accedunt ad ſupremum graduz altaris bini ⁊ bini. Pontifex vero verſus ad altare facit reuerentiam ſacramento, et ponit plures hoſtias cõſecratas ſuper patenã, quaz ori cuiuſlibet cõmunicandi ſub ponit: ⁊ ſingulos communicat, cuilibet dicens.

Cõmunicat oẽs ordinatos, incipiẽs a ſacerdotib⁹.

Corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat te, et perducat in vitam eternam.

Quilibet reſpondet. **Amen.**

Et priuſq̃ cõionez ſumat: manũ Pontificis hoſtiam tenentẽ oſculat. Unus miniſtroꝝ Pontificis ſtat iuxta cornu epiſtole altaris, calicẽ habens: non illũ cum quo Põtifex celebrauit, ſed alium cũ vino, ⁊ mappulã mundã in manibus, ad quem ſinguli cõicati accedunt, ⁊ ſe purificant, os extergũt, ⁊ ad partem ſe locant. Omnibus communicatis Põtifex extergit patenam ſuper calicem ſuum, et ſuper eum digitos abluit: ſumit ablutionem dicens.

Pontifex cõicat ſe oẽs.

Quod ore ſumpſim⁹ dñe, pura mente capiamus, ⁊ de munere tẽporali, fiat nobis remediũ ſempiternũ. Corpus tuum dñe, qd̃ ſumpſi, ⁊ ſanguis quẽ potaui adhereat viſceribus meis ⁊ p̃ſta: vt in me non remaneat ſcelerum macula, quẽ pura ⁊ ſctã refecerũt ſacramenta. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo p̃re in vnitate ſpũs ſci deus: Per omnia ſecula ſeculorum.

Deide accipit mitrã ⁊ lauat man⁹.

Pont. cũ mitra lauat man⁹.

¶ Pontifex lotis manib⁹ mitra depoſita, ſtãs in cornu epiſtole altaris, verſus ad illud, dicit infraſcriptum R̃ſum. Quod quidem omittit cuz reliq̃s, q̃ ſequunt vſq; ad cõionem excluſiue: ſi non ordinauit aliquẽ ad p̃ſbyteratũ. R̃.

Sine mitra.

Jam non dicã vos ſeruos ſed amicos meos, quia omnia cognouiſtis que operatus ſum in medio veſtri halelu. Accipite ſpiritum ſanctum in vobis paraclitum. Ille eſt quem pater mittet vobis haleluiah. V. Uos amici mei eſtis ſi feceritis que ego p̃cipio vobis. Accipite ſpiritum ſanctum in vobis paraclitum. V. Gloria patri, ⁊ filio ſpiritu ſancto. Ille eſt quem pater mittet vobis haleluiah.

Johã. 15.

Johã. 15.

Dicto rñſorio: Pontifex accepta mitra, vertit ſe ad ordinatos Sacerdotes, qui ante altare coram ipſo ſtãtes, ſimul profitentur fidẽ, quam predicaturi ſunt, dicentes.

Cũ mitra dicit ſymbolũ apoſtoloꝝ.

Credo in deum, patrẽ oipotentem creatorẽ celi ⁊ terre. Et in Jeſum Chriſtũ filium eius vnicum dñm nrm. Qui cõceptus eſt de ſpũ ſancto, natus ex Maria v̓gine. Paſſus ſub pontio Pilato crucifixus mortu⁹ ⁊ ſepultus. Deſcendit ad inferos tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcẽdit ad celos ſedet ad dexteram Dei patris omnipotẽtis. Inde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Credo in ſpiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicam. Sanctoꝝ communionem, Remiſſionem

Digitized by Google

nem peccatorū. Carnis reſurre/ctionē. Et vitā ęternam. Amen.

Quo finito Pontifex cū mitra ſe/dēs ſupra faldiſtoriū ante mediū altaris: īponit ambas man⁹ ſup capita ſingulorū, coram eo genu/flectentium, dicens cuilibet.

Sedēs cū mitra am/bas man⁹ ſup capita imponit.

MANVS SVPER CAPVT.

Accipe ſpūm ſctūm: quorū re/miſeris pctā remittunt eis, et quorū retinueris retenta ſunt.

Deinde explicās caſulam, quam vnuſquiſque habet ſuper hume/ros complicatam: induit illā quē/libet, ſingulis dicens.

Sedēs cū mitra ex/plicat ca/ſulā plica/tā, et induit quēlibet.

Stola innocētię induat te dñs.

Et mox vnuſquiſque iterum ad Pontificē accedit, et genuflexus ponit man⁹ ſuas iunctas, iter ma/nus Pontificis, dicētis cuilibet.

Promittis mihi et ſucceſſori/bus meis reuerentiā et obe/diētiā? Et ille rñdet. Promitto.

Si vero Pōtifex nō eſt ſu⁹ dioceſa/n⁹ ſeu ordinari⁹, dicit ſingulis cū man⁹ eorū iter ſuas tenet, vt pfert.

Promittis Pontifici ordina/rio tuo pro tempore exiſten/ti, reuerentiam et obedientiam? Et ille reſpondet. Promitto.

Tū Pōtifex tenēs man⁹ illius in/ter ſuas: oſculat vnūquēq; dicēs.

Pax domini ſit ſemper tecum. Et ille reſpondet. Amen.

Dat ſin/gulis pa/cem.

His expletis, et oibus ad ordinē ſuum reuerſis: Pontifex ſedens cum mitra, dicit ad eos ſtantes,

Quia res, quam tractaturi eſtis: ſatis periculoſa eſt fra/tres chariſſimi, moneo vos dili/gēter, vt honeſte totius miſſę or/dinem, et hoſtię conſecrationem, et fractionem atq; cōmunionem: ab alijs iam doctis ſacerdotibus diſcatis: priuſquam ad celebran/dum miſſam accedatis.

Poſt hęc Pontifex depoſita mi/tra ſurgit, et amoto faldiſtorio cō/uertitur ad altare: et in cornu epi/ſtolę dicit communionem.

Depoſita mitra pſe/quitur miſ/ſam.

Ordinati Sacerdotes retro Pontificē in locis ſuis genuflexi, pficiūt ſecrete cū Pōtifice miſſā.

Ordinati ſacerdotes perficiunt miſſam.

Cōmu. Exultauit vt gigas ad curren/dam viam, a ſummo cęlo egreſſio eius, et occurſus eius vſque ad ſummum eius.

Pontifex oſculato altari in me/dio: verſus ad populum dicit. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpū tuo. Et conuerſus ad altare, dicit.

Oremus. Poſt communio.

Quęſumus domine deus no/ſter, vt ſacroſancta myſte/ria, quę pro reparationis noſtrę munimine cōtuliſti, et pręſens no/bis remediū eſſe facias, et futurū. Quos tuis dñe reficis ſacramē/tis, continuis attolle benignus auxilijs: vt tuę redemptionis ef/fectum, et myſterijs capiamus et moribus. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per oia ſclā ſeculorum. ℟. Amen. Oremus.

Gratiam tuam qs dñe men/tibus nřis infunde: vt q an/gelo nūtiante Chriſti filij tui in/carnationem cognouimus: per paſſionē eius et crucem, ad reſur/

Digitized by Google

rectionis gloꝛiam perducamur.

Queſumus dñe deus nr̄, vt quos diuina tribuis participatiõe gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dñm nr̄m ieſuz chriſtũ filium tuũ: qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſancti de⁹. Per oĩa ſclã ſeculoꝝ. ℟. Amen.

Et deoſculato altari in medio: verſus ad populũ dicit. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Et conuerſus ad altare, dicit. Benedicam⁹ dño. ℟. Deo grãs.

Deinde aliquãtulũ iclinat⁹, dicit.

Placeat tibi ſancta trinitas obſequiũ ſeruitutis meę: et pręſta, vt ſacrificium quod oculis tuę maieſtatis indignus obtuli, tibi ſit acceptabile: mihiq; ⁊ oib⁹ ꝑ qb⁹ illud obtuli, ſit te miſeráte ꝓpitiabile. ꝑ chꝛm dñz nr̄m. amé.

Cũ mitra et baculo ſtãs ꝟſus ad oꝛdinatos, hoꝛtat̃ eos ad bene viuendum.

Quo dicto Pontifex accepta mitra ⁊ baculo paſtoꝛali: ꝟtit ſe ad oꝛdinatos, ⁊ ſtans hoꝛtatur eos cõiter ſub his verbis dicens.

Fratres chariſſimi, diligenter conſiderate oꝛdinez per vos ſuſceptum, ac onus humeris vr̄is impoſitũ, ſtudete, ſancte ⁊ religioſe viuere, oipotenti deo placere: vt gratiã ſuã poſſitis acquirere, quã ipſe vobis per ſuã miſericoꝛdiã concedere digneẗ. Singuli ad pꝛimam tonſuram, vel ad quatuoꝛ minoꝛes oꝛdines ꝓmoti: dicite ſemel ſepté pſalmos penitentiales, cũ litanijs, verſiculis, ⁊ oꝛationibus. A ſubdiaconatuz vel diaconatũ: nocturnum talis diei. Ad pꝛeſbyteratũ vero oꝛdinati, poſt pꝛimã ſuã miſſam, tribus imediate tunc ſequentibus dieb⁹, tres alias miſſas: vz. Unã de ſpũ ſancto. Aliaz de beata Maria ſemp virgine. Tertiã pꝛo fidelibus defunctis dicite, ⁊ omnipotentem deum etiam pꝛo me oꝛate.

Quod illi deuote ſuſcipiunt, ⁊ reſpondent ſe facturos. Poſtremo benedicit eis genuflectentibus, verſus ad illos dicens.

Benedictio dei oipotẽtis patris ✠ ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ✠ ſci: deſcendat ſuper vos, vt ſitis benedicti in oꝛdine ſacerdotali, ⁊ offeratis placabiles hoſtias pꝛo peccatis, atq; offenſionibus populi: omnipotenti deo, cui eſt honoꝛ ⁊ gloꝛia i ſecula ſeculoꝛũ. ℟. Amé.

Tũ Pontifex cõuertens ſe ad altare dicit. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Initiũ ſcti euãg. ſm Johannẽm. In pꝛincipio. ⁊c. Signat altare ⁊ ſe, ⁊ reuertiẗ interim cũ euangeliũ ipſum dicit ad faldiſtoꝛiũ ſuũ, vbi exuiẗ ſacris veſtibus. Oꝛdinati etiã ad pꝛeſbyteratũ, dicunt idem euangelium, ⁊ in locis conuenientibus, ſacras veſtes deponunt, et cum eis alij oꝛdinati.

¶ Si vero Pontifex nõ oꝛdinauit aliqué ad pſbyteratum, dicto per cũ. Placeat. accepta mitra, dat benedictioné ſolitaz, dicens. Sit nomen. ⁊c. Tũ admonet oꝛdinatos vt ſupꝛa dictũ eſt: omittés partem pſbyteros concernẽtem: tum conuerſus ad altare, dicit. Dñs vobiſcuz. Et alia vt ſupꝛa.

Miſſa

Miſſa pro Sabbatho quatuor temporum in Quadrageſima:

Cum ſacris ordinibus præinſertis.

Pontifex eccleſiaſticos ordines conferre volens, Prius diligēter aduertat obſeruet ac conſideret omnia, quę ſupra notata ſunt ante Miſſam ſabbathi quatuor temporum de Aduentu. Et eo ordine procedat vſque ad Introitum Miſſę excluſiue.

Ad Miſſam. Introitus.



Intret oratio mea in cõſpectu tuo: inclina aurem tuã ad precē meã domine. Ps. Dñe deus ſalutis meę: in die clamaui ⁊ nocte coram te. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Sicut erat. Et repetit Introitū. Intret oratio Kyrie eleiſon. Kyrie el. Kyrie el. Chriſte eleiſon. Chriſte. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.

PRO CLERICIS.

Ponitur faldiſtorium ante mediuȝ altaris: ⁊ ibi Pontifex ſedens renibus altari verſis accipit mitrã. Et Archidiaconus vocat ordinandos, dicens.



Accedant qui ordinãdi ſunt ad primam tonſuram.

Et mox notarius ſinguloſ nominatim legit. Et quilibet noiatus reſpõdet. Adſum dñe. Quibus ante altare coraȝ Pontifice in faldiſtorio cum mitra ſedente, genu flexis: legitur mandatum interdicti: vt ſ. fo. 8. Reuerēd⁹ i chro. ⁊c. Quo facto: ſurgit Pontifex, ⁊ cū mitra dicit. ℣. Adiutorium nrm in noie dñi. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terrã. ℣. Sit nomē dñi bñdictū. ℟. Ex hoc nūc ⁊ vſqȝ in ſęculuȝ.

Oremuſ dilectiſſimi fratreſ, dñm nrm Jeſum Chriſtuȝ, pro his famulis ſuis, qui ad depo nendas comas capituȝ ſuorum pro eius amore feſtinant: vt donet eiſ ſpiritū ſanctum, qui habitum religionis in eis perpetuo conſeruet: ⁊ a mundi impedimēto ac ſeculari deſiderio corda eorum defendat: vt ſicut imutantur in vul

tibus

tib⁹ ita dextera man⁹ eiuſ vtutis tribuat eiſ incremēta, ⁊ ab oī cęcitate ſpūali, ⁊ humana, oculoſ eoꝝ aperiat, ⁊ ęterne grē lumē eis cōcedat. Qui viuit ⁊ regnat cū deo pr̄e, i vnitate eiuſdē ſpūs ſci de⁹. p.

Legit alternatim cū aſſiſtente.

Poſt hęc ſedet Pontifex ⁊ legit antiphonam ⁊ pſalmum. Añа.

Tu es domine qui reſtitues hęreditatem meam mihi. Pſalmus.

Conſerua me dñe qm̄ ſperaui in te: dixi dño deus meus es tu: qm̄ bonoꝝ meoꝝ nō eges.

Sanctis, q ſunt in terra ei⁹: mirificauit oēs volūtateſ meas i eis.

Multiplicatę ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.

Nō ꝯgregabo ꝯuēticula eoꝝ de ſāguinib⁹: nec memor ero nominū eoꝝ per labia mea. Et repetit añ.

Tu es dñe q reſtitues hęreditatē meam mihi. Deide Pōtifex cū forficib⁹

Incidit ſūmitates capilloꝝ in quinqꝫ locis.

incidit vnicuiqꝫ extremitates capilloꝝ in q̄tuor locis: vcꝫ in fronte, in occipitio, ⁊ ad vtrāqꝫ aurēꝫ: ⁊ deide i medio capitis tres crines

Quilibet cum tōdet dicit. Dñs pars.

capilloꝝ ſiuē cicinnoſ, ⁊ i bacile deponit: ⁊ qlibet cū tondetur, dicit:



CAPILLOS INCIDIT.

Dominus pars hęreditatis meę, ⁊ calicis mei: tu es q reſtitues hęreditatem meam mihi.

Stās ſine mitra.

Omnibus tonſis mitra depoſita ſurgit Pontifex et ſtans verſus ad illos, dicit. Oremus.

Preſta q̄s oīpotens deus, vt ij famuli tui, quoꝝ hodie comas capitū pro amore diuino depoſuim⁹: in tua dilectione perpetuo maneant: et eos ſine macula grā tua in ſempiternū cuſtodias. Per chriſtū dñm nr̄m. ℟. Amē.

Tum Pontifex accepta mitra ſedet ⁊ dicit añ. ⁊ pſal. adiuuātibus eum Capellanis. Antiphona.

Hi accipient benedictioneꝫ a domino, ⁊ miſericordiā a deo ſalutari ſuo: quia hęc eſt generatio quęrentium dñm. Pſalꝰ.

Domini eſt terra, et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſup māria fundauit eū: ⁊ ſup flumina pręparauit euꝫ.

Quis aſcendet in montem dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto ei⁹.

Innocēs manibus ⁊ mūdo corde: q nō accepit in vano aiaꝫ ſuā, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet bn̄dictioneꝫ a dño: ⁊ miſericordiā a deo ſalutari ſuo.

Hęc eſt generatio quęrentiū eū: quęrentium faciem dei Jacob.

Attollite portas principes vr̄as, ⁊ eleuamini portę ęternales, ⁊ introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię: dñs fortis ⁊ potens, dñs potēs in prelio.

Attollite portas principes vr̄as, et eleuamini portę ęternales: et introibit rex glorię.

Quiſ eſt iſte rex glorię: dominuſ vir

Digitized by Google

virtutum ipſe eſt rex glorię.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpūi ſctō.
Sicut erat in principio, ⁊ nūc, et ſemper, ⁊ in ſecula ſclo⁊ū. Amen.
Deinde repetit totā Antiphonā.
Hi accipient benedictionē a domino, ⁊ miſericordiam a deo ſalutari ſuo: quia hec eſt generatio querentium dominum.
Pontifex ſine mitra ſurgit, ⁊ ad altare cōuerſus, dicit. Oremus.
Flectamus genua. ℟. Leuate.

Pont. verſus ad tonſos, dicit orationem.

Et mox ad tonſos genuflexos verſus Pontifex, dicit.
Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, ⁊ hos famulos tuos bene✠dicere dignare: quibus in tuo nomine ſancto, habitum ſancte religionis imponimus: vt te largiente, ⁊ deuoti in eccleſia tua perſiſtere, ⁊ vitā percipere mereantur ęternam. Per Chriſtum dn̄m nr̄m. ℟. Amen.
Tum Pontifex ſedet cum mitra, et accipiens in manum ſuperpellicium, dicit ſingulis.



SVPERPELLICIVM INDVIT.

Sedēs cū mitra ipōnit ſingulis ſuppellicū, dicēs. Induat. idē ſuper ſingulos repetens.

Induat te dominus nouum hoīem, qui ſm deū creatus eſt i iuſtitia ⁊ ſanctitate veritatis.
Et mox imponit illud ſeriatim cuilibet repetēdo. Induat te ⁊c.
immittens vſq ad ſcapulas, ⁊ immediate trahens: ſi vnum tātum ſit ſuperpellicium, ſicq facit vſq ad vltimū, q eo totaliter induit. Si vero quiſq ſuum ſuperpellicium habeat ſinguli totaliter induuntur. Quo expedito ſine mitra ſurgit Pontifex, et verſus ad illos, dicit. Oremus.
Omnipotēs ſempiterne deus propitiare peccatis noſtris, ⁊ ab omni ſeruitute ſecularis habitus hos famulos tuos emūda: vt dū ignominiam ſecularis habitus deponunt, tua ſemp in ęuū gratia perfruantur: ⁊ ſicut ſimilitudinem corone tuę eos geſtare facimus in capitibus, ſic tua virtute hereditatem tuam ſubſequi mereantur ęternā in cordibus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Sedēs cū mitra admonet eos ⁊c.

Deinde ſedens cum mitra, admonet eos ſub his verbis, dicens.
Filij chariſſimi animaduertere debetis, q hodie de foro eccleſię facti eſtis, ⁊ priuilegia clericalia ſortiti eſtis: cauete igit ne propter culpas veſtras illa pdatis: ⁊ habitu honeſto, boniſq moribus ac operibꝰ deo placere ſtudeatis. Qd ipſe vobis agere cōcedat p ſpūm ſctūm ſuū. Amē.

Ordinati redeūt ad loca ſua. Sine mitra dicit primā collectā ⁊ primā lectionē miſſę.

Tum ſuggerente Archidiacono ordinati redeant ad loca ſua.
¶ Poſt hec ſurgit Pontifex, et depoſita mitra, verſus ad altare
in

Digitized by Google

in cornu epiſtole, dicit. Oremus. Flectam⁹ ge. ℟. Leuate. Oro.

Populū tuum q̄s dn̄e propitius reſpice, atq₃ ab eo flagella tue iracundie clemēter auerte. Per dn̄m nr̄m Jeſum Chriſtum filium tuū: q tecū viuit ⁊ regnat i vnitate ſpūs ſancti de⁹. Per oīa ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Lectio libri deuteronomij. ca. 26.

In dieb⁹ illis. Orauit Moyſes ad dn̄m dicens. Reſpice dn̄e de ſanctuario tuo, ⁊ de excelſo celoꝝ habitaculo, ⁊ benedic populo tuo iſrael, ⁊ terre quā dediſti nobis, ſicut iuraſti pr̄ibus nr̄is: dare terrā lacte ⁊ melle manātē₃. Audi Iſrael. Hodie dn̄s deus tuus precepit tibi: vt facias mandata ei⁹ atq₃ iudicia, ⁊ cuſtodias, ⁊ impleas ex toto corde tuo, ⁊ ex tota anima tua. Dn̄m elegiſti hodie, vt ſit tibi deus, ⁊ ambules in vijs eius, ⁊ cuſtodias ceremonias illius, ⁊ mandata atq₃ iudicia, et obedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie, vt ſis ei populus peculiaris ſicut locutus eſt tibi, et cuſtodias omnia precepta eius, et faciat te excelſiorem cunctis gētibus, quas creauit in laudem ⁊ nomen ⁊ gloriam ſuam: vt ſis populus ſanctus domini Dei tui, ſicut locutus eſt tibi.

PRO OSTIARIIS,

Parentur claues Eccleſie.

Pontifex accepta mitra, accedit ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet renibus altari verſis: Et Archidiaconus vocat ordinandos, dicens.

Accedant qui ordinādi ſunt ad officium oſtiariorum.

Et mox notarius ſingulos nominatim legit: Et quilibet rn̄det. Adſum dn̄e. Omnibus in ſuperpellicijs cū candelis in manibus coraꝫ Pontifice genuflexis legit mandatum interdicti: vt ſ. fol. 8.

Reuerendus in Chriſto pr̄. ⁊c.

Ep̄s iterū dicit eis ne q̄s non examinat⁹ ad ordines accedat.

Deinde Pontifex inſtruit, et admonet illos, dicens.

Ep̄s inſtruit, et admonet oſtiarios, q̄d ſit eoꝝ officium.

Suſcepturi filij chariſſimi officium oſtiariorum: videte, que in domo dei agere debeatis, oſtiarium oportet percutere cymbalum, ⁊ cāpanam, aperire eccleſiam, ⁊ ſacrarium: ⁊ librum aperire ei, qui predicat. Prouidete igitur ne per negligētiam veſtram, illarum rerum, que intra eccleſiā ſunt aliquid depereat: certiſque horis domum dei aperiatis fidelibus, ⁊ ſemper claudatis infidelibus. Studete etiam vt ſicut materialibus, clauibus eccleſiam viſibilem aperitis ⁊ clauditis: ſic et inuiſibilem dei domū, corda ſcilicet fidelium: dictis ⁊ exēplis veſtris, claudatis diabolo, et aperiatis Deo: vt diuina verba que audierint, corde retineāt, ⁊ opere compleant, quod in vobis dominus perficiat per miſericordiam ſuā.

Deinde Pontifex claues eccleſie de manibus miniſtri recipiēs illas manu dextera tenēs, et illis oſtendens, dicit.

CLA-

Digitized by Google



CLAVES CONSIGNAT.

Sic agite quaſi reddituri deo rationem pro his rebus, que his clauibus recluduntur.

Ordinandus tãgit claues. et in hoc ipſi imĩt character huius ordinis.

Et mox cuilibet eorum ad ſe accedenti, ⁊ manu dextera tangenti tradit ſeriatim claues ipſas. Poſt hec Archidiaconus ducit eos ad oſtium eccleſie, ⁊ facit illos claudere ⁊ aperire. Tradit etiam eis funes campanarum faciens eos campanas pulſare: deinde illos reducit ad Pontificem, quibus coram Pontifice genua flectentibus ſtãs cũ mitra Pontifex verſus ad ipſos ordinatos, dicit.

Cũ mitra ſtando.

Deum patrem omnipotentem fratres chariſſimi ſupplicitèr deprecemur: vt hos famulos ſuos bene✠dicere dignet: quos in officio oſtiariorum eligere dignatus eſt: vt ſit eis fideliſſima cura in domo dei diebus ⁊ noctibus ad diſtinctionẽ certarum horarum ad inuocandum nomẽ dñi Ieſu chriſti, adiuuãte eodem dño nr̃o Ieſu Chriſto, qui cũ pr̃e ⁊ ſpiritu ſctõ viuit ⁊ regnat deus. Per omnia ſecula ſeculorum.

Sine mitra.

Cum mitra depoſita ſtans Pontifex, ⁊ conuerſus ad altare, dicit.

Oremus. Flectamꝰ genua. ℟. Leuate. Et ſtatim reuerſus ad illos genuflexos ſtãs ſine mitra, dic.

Domine ſancte, pater oĩpotens, eterne deus: bene✠dicere dignare hos famulos tuos in officium oſtiariorum: vt inter ianitores eccleſie tue, tuo pareãt obſequio, ⁊ iter electos tuos partem tue mereantur habere mercedis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Poſt hec ordinati ſuggerẽte Archidiacono redeunt ad loca ſua.

Ordinati redeũt ad loca ſua.

¶ Pontifex ad altare cõuerſus: in cornu epiſtole dicit. Graduale.

Propitius eſto domine peccatis nr̃is: ne quando dicant gentes, vbi eſt deꝰ eorum. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter honorem nominis tui domine libera nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Protector noſter aſpice deꝰ: vt qui malorum noſtrorũ pondere premimur, percepta miſericordia, libera tibi mente famulemur. Per dominum nr̃m Ieſum chriſtũ filium tuũ: qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſancti deꝰ. Per oĩa ſcl'a ſeculorum. ℟. Amen.

Lectõ libri Deuteronomij. ca. 11.

In diebus illis. Dixit Moyſes filijs Iſrael. Si cuſtodieritis mandata, que ego precipio vobis, ⁊ feceritis ea, vt diligatis dñm deum veſtrum, ⁊ ambuletis in oĩbus vijs eius, adherentes

tes ei: diſperdet dominus omnes gentes iſtas ante faciem veſtram ⁊ poſſidebitis eas, quę maiores ⁊ fortiores vobis ſunt. Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit. A deſerto ⁊ libano, et flumine magno Eufrate, vſq; ad mare occidentale, erunt termini veſtri, nulluſq; ſtabit contra vos. Terrorem veſtrum ⁊ formidinem, dabit dominus deus veſter, ſuper omnem terram, quam calcaturi eſtis: ſicut locutus eſt vobis dominus deus veſter.

PRO LECTORIBVS.

Paretur liber lectionum.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum, ⁊ ibi ſedet cū mitra: et lectores vocantur per Archidiaconum hoc modo.

Accedant qui ordinādi ſunt ad officium lectorum.

Et mox nominātur per notariū, vt ſupra dictum eſt: quibus coram Pontifice cum candelis in manibus genuflexis: legitur mandatum interdicti: vt ſupra. folio. 8.

Epūs interdicit eis ne quis non examinatus ad ordines accedat.

Reuerendus in Chriſto pr̄. ⁊c.

Deinde Pontifex admonet eos, et inſtruit, dicens.

Electi fratres chariſſimi: vt ſitis lectores in domo dei noſtri, officium veſtrum agnoſcite, ⁊ implete. Potens eſt enim deus vt augeat vobis gratiam perfectionis ęternę. Lectorem ſiquidē oportet legere ea, quę prędicat: ⁊ lectiones cantare, ⁊ benedicere panem, ⁊ omnes fructus nouos. Studete igitur verba dei: videlicet lectiones ſacras, diſtincte, ⁊ aperte, ad intelligentiam ⁊ ędificationem fidelium abſq; omni mendatio falſitatis proferre: ne veritas diuinarum lectionum, incuria veſtra ad inſtructionem audientiū, corrumpatur. Quod autem ore legitis, corde credatis, atq; opere compleatis: quatenus auditores veſtros verbo pariter et exēplo vr̄o docere poſſitis. Ideoq; dum legitis, in alto loco eccleſię ſtetis, vt ab oībus videamini et audiamini: figurantes poſitione corporali, vos in alto virtutum gradu debere conuerſari: quaten⁹ cunctis a quibus audimini ⁊ videmini, cęleſtis vitę formam prębeatis, qd̄ in vobis deus impleat p̄ grām ſuā.

Preſentat lectionarium.

Deinde Pontifex accipiens ⁊ tenens in manibus, et eis oſtendens codicem ſiue lectionarium de quo lecturi ſunt, dicit.



LIBRVM TRADIT.

Accipite et eſtote verbi dei relatores: habituri ſi fideliter ⁊ vtiliter impleueritis officiū veſtrū: partē cum his, q verbum dei bene miniſtrauerūt ab initio.

Et

Digitized by Google

Hic imponit character huius ordinis.

Et mox ſucceſſiue cuilibet ad cũ accedenti, ꝛ manu dextera tágenti tradit librũ ipſum tangendũ. Quibus expeditis, Pótifex ſtás cum mitra verſus ad eos genuflexos, dicit.

Oremus dilectiſſimi deũ patrem oĩpotentem: vt ſuper hos famulos ſuos, quos in ordine lectorum dignatur aſſumere: bene ✠ dictionem ſuam clementer infundat: quatenus diſtincte legant, quę in eccleſia dei legéda ſunt, ꝛ eadem operibus impleát. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium ſuum: qui cũ eo viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſcti deus. Per oĩa ſcl'a ſeculorum.

Cũ Pontifex mitra depoſita ſtás, ꝯuerſus ad altare, dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Deinde conuerſus ad ordinatos genuflexos, dicit ſine mitra.

Domine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus: bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos in officio lectorũ, vt aſſiduitate lectionum inſtructi ſint atq; ordinati, ꝛ agenda dicant, ꝛ dicta opere compleant: vt in vtroque, ſanctę eccleſię, exẽplo ſanctitatis ſuę, conſulant. Per dominũ noſtrũ Jeſum Chriſtũ filium tuũ: qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Tum ordinati ſuggerẽte Archidiacono redeunt ad loca ſua.

¶ Pontifex ad altare cõuerſus, ĩ cornu epiſtolę, dicit. Graduale.

Protector noſter aſpice deus, ꝛ reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Dñe deus virtutũ exaudi preces ſeruorum tuorum. Oremus. Flectamus ge. ℟. Leuate. Oro.

Adeſto q̃s domine ſupplicationib⁹ noſtris, vt eſſe te largiente mereamur, ꝛ inter proſpera humiles, ꝛ iter aduerſa ſecuri. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Lectio libri Machabeorũ. ca. 1.

In diebus illis. Orationẽ faciebant ſacerdotes, dum offerrent ſacrificiũ pro populo iſrael, Jonatha inchoante: cęteris autem reſpondentibus, ꝛ dicentibus. Benefaciat vobis deus: ꝛ meminerit teſtamẽti ſui, qđ locutus eſt ad Abraham, Jſaac, ꝛ Jacob ſeruorum ſuorum fidelium. Et det vobis cor oĩbus, vt colatis eum, ꝛ faciatis eius voluntatem. Adaperiat cor veſtrũ in lege ſua, ꝛ in pręceptis ſuis, ꝛ faciat pacẽ. Exaudiat orationes veſtras, et reconcilietur vobis. Nec vos deſerat in tempore malo: dominus Deus veſter.

PRO EXORCISTIS:

Paretur liber exorciſmorũ, ſiue liber Pontificalis vel Miſſalis.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet cum mitra. Et exorciſtę vocantur per Archidiaconum.

Acce-

ACcedant qui ordinãdi ſunt ad officium exorciſtarum. Et ipſi ſigillatim nominãtur per notarium, vt prius dictum eſt. Quibus coraȝ Pontifice cũ candelis i manibus genuflexis: legit mandatum interdicti: vt ſ. fol. 8. Reuerendus in Chriſto pr. ⁊c. Quo facto, Pontifex admonet, et inſtruit eos, dicens.

ORdinãdi fratres in officiuȝ exorciſtaruȝ, debetis noſcere quid ſuſcipitis. Exorciſtam etenim oportet abijcere demones, ⁊ dicere populo: vt qui non communicat det locum, et aquam in miniſterio fundere. Accipitis itaque poteſtatem imponendi manum ſuper energumenos, et per impoſitionem veſtre manus, gratia ſpiritus ſancti, et verbis exorciſmi, pelluntur ſpiritus imundi a corporibus obſeſſis. Studete igitur vt ſicut a corporibus alioꝝ demones expellitis: ita a mentibus ⁊ corporibus veſtris omneȝ immunditiam ⁊ nequitiam eijciatis, ne illis ſuccumbatis: quos ab alijs veſtro miniſterio effugatis. Diſcite per officium veſtrum vitijs imperare, ne in moribus veſtris aliqd ſui iuris inimicus valeat vendicare. Tunc etenim recte in alijs demonibus imperabitis, cum prius in vobis eorũ multimodam nequitiam ſuperatis. Quod vobis dominus agere cõcedat per ſpiritum ſuum ſanctũ. Poſt hec Pontifex accipiens, et tenẽs in manibus librum, in quo exorciſmi ſcripti ſunt, vel Pontificalem ſeu Miſſalem, ⁊ eis illum oſtendens, dicit.



EXORCISMALE TRADIT.

ACcipite ⁊ cõmẽdate memorię, ⁊ habete poteſtatẽ imponẽdi manꝰ ſup energumenos, ſiue baptizatos, ſiue cathecumenos. Et mox cuilibet appropinquãti ſibi, ⁊ manu dextra tangẽti tradit ſucceſſiue librum ipſum. Poſtea vero omnibꝰ deuote genuflexis Pontifex cum mitra ſtans, dicit.

DEum patreȝ omnipotentẽ fratres chariſſimi ſupplices deprecemur: vt hos famulos ſuos bene✠dicere dignetur in officium exorciſtarum, vt ſint ſpirituales Imperatores ad abijciendos demones de corporibus obſeſſis, cum omni nequitia eorum multiformi: per vnigenitum filiũ ſuum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Qui ſecum viuit ⁊ regnat deus, in vnitate ſpiritus ſancti: per omnia ſecula ſeculorum. Tum conuerſus ad altare depoſita mitra, dicit. Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Et mox conuerſus ad ordinandos genuflexos, dicit.

Domine

Digitized by Google

Sine mitra.

DOmine ſancte, pater omnipotens, eterne deus: bene+dicere dignare hos famulos tuos in officium exorciſtarum: vt per impoſitioné manuũ ſuarum, ⁊ oris officium, poteſtatem ⁊ imperium habeát ſpirituum immundorum, nequitiam per verbũ Chriſti filij tui dñi nři coercendi, atq; pbabiles ſint medici eccleſie tue, gratia curationum, virtuteq; celeſti confirmati. Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ filium tuũ: qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, Per oia ſecula ſcloꝝ. ℟. Amen.

Poſt hec ſuggerente Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

¶ Pontifex ad altare cõuerſus i cornu epiſtole, dicit. Graduale.

Conuertere domine aliquantulum, et deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis a generatione, ⁊ progenie. Oremus. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Oratio.

PReces populi tui qs domine clementer exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur: p tui nois gloria miſericorditer liberemur. Per dñm nřm Jeſum chřm filiũ tuũ: qui tecũ viuit ⁊ regnat i vnitate ſpũs ſancti deus: p oia ſcla ſcloꝝ. ℟. Amen.

Lectio libri ſapientie. ca. 36.

MIſerere noſtri deus omniũ ⁊ reſpice nos, ⁊ oſtende nobis lucem miſerationum tuaꝝ, ⁊ immitte timorem tuũ ſuper gẽtes, que nõ exquiſierunt te, vt cognoſcant, quia non eſt deus niſi tu, vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam ſuper gentes alienas, vt videant potentiam tuam. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis: ſic in cõſpectu noſtro magnificaberis in illis, vt cognoſcant te ſicut et nos cognouimus: quoniam non eſt deus preter te domine. innoua ſigna, ⁊ immuta mirabilia. Glorifica manum, ⁊ brachium dextrũ. Excita furorem, ⁊ effunde iram. Extolle aduerſarium ⁊ affligere inimicum. Feſtina tempus, et memento finis, vt enarrent mirabilia tua, domine deus noſter.

PRO ACOLYTIS.

Parentur candelabrum cum cereo extincto, et vrceolus vacuus ſeu ampulla pro vino pro ſacramento.

POntifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet cum mitra. Acolyti vero vocantur per Archidiaconum.

ACcedant qui ordinádi ſunt ad officium Acolytoꝝ. Acolyti vocant.

Et mox noiantur per notarium, vt ſupra. Quibus coram Pontifice cum candelis in manibus: genuflexis legitur mãdatũ interdicti: vtſ. fo. 8. Reuerẽd⁹ i chřo. ⁊c. Quo facto Põtifex ſedẽs cũ mitra, admonet ⁊ iſtruit eos, dicẽs.

SUſcepturi chariſſimi acolytorum officiũ, penſate quod ſuſcipitis. Acolytũ etenim oportet ceroferariũ ferre: luminaria eccle

eccleſię accẽdere: vinū ꝛ aquam
ad euchariſtiam, ſeu ad miniſte-
rium ſanguinis Chꝛiſti miniſtra
re. Studete igitur ſuſceptum of-
ficium digne implere. Non enim
deo placere poteritis, ſi lucem deo
manibus pꝛęferentes: operibus
tenebꝛarum inſeruiatis, ꝛ ꝑ hoc
alijs exempla perfidię pꝛębeatis.
Mat. 5. Sed ſicut veritas dicit: Luceat
lux veſtra coꝛam hominibus, vt
videant opera veſtra bona, ꝛ glo
rificẽt patrem veſtrum, qui in cę-
lis eſt. Et ſicut apoſtolus Paulus
Ad philip. 2. ait. In medio nationis prauę at-
que peruerſę poſiti, lucete ſicut
luminaria in mundo: verbum vi-
Luc. 12. tę continentes. Sint ergo lumbi
veſtri pꝛęcincti, ꝛ lucernę ardẽtes
in manibus veſtris, vt filij lucis
Ephes. 5. ſitis: Abijciatis opera tenebꝛaꝝ:
Rom. 13. ꝛ induamini arma lucis. Fuiſtis
Ephes. 5. enim aliquando tenebꝛę: nūc au-
tem lux in dño: vt filij lucis ambu
late. Quę ſit vero iſta lux, quę tã-
topere eluceat, Apoſtolus ipſe
Ephes. 5. demonſtrat ſubdens. Fructus
enim lucis eſt in omni bonitate,
iuſtitia, ꝛ veritate. Eſtote igitur
ſoliciti in omni iuſtitia, bonitate,
ꝛ veritate: vt ꝛ vos, ꝛ alios, ꝛ dei
eccleſiam illuminetis. Tunc ete-
nim in dei ſacrificio digne vinum
ſuggeretis ꝛ aquã: ſi vos ipſi deo
ſacrificium per caſtam vitam, et
bona opa oblati fueritis. Quod
vobis dominus concedat per mi
ſericoꝛdiam ſuam.

Poſt hęc Pontifex accipit ꝛ tra-
dit cuilibet candelabꝛum cū can-
dela extincta, qđ ſinguli ſucceſſi-
ue manu dextera tangant, cōmu-
niter oībus dicente Pontifice.



CANDELABRVM TRADIT.

Accipite ceroferarium cum
cereo, ꝛ ſciatis vos ad accen
denda eccleſię luminaria manci-
patos in nomine domini. In hoc actu ipſis miſ character huius oꝛdinis.

Tunc accipit ꝛ tradit eis vrceolū
vacuum, quem ſimiliter omnes
tangere debent ſucceſſiue, dicens
communiter omnibus.

VRCEOLVM TRADIT.

Accipite vrceolum ad ſugge
rendū vinū ꝛ aquã in eucha
riſtiã ſanguinis chꝛi. In noie dñi.

Poſtea eis genuflexis perma- Sedet cum mitra.
nentibus, Pontifex ſtans cū mi-
tra verſus ad eos, dicit.

Deum patrem omnipoten-
tem fratres chariſſimi ſup-
pliciter depꝛecemur: vt hos fa-
mulos ſuos bene ✠ dicere di-
gnetur in oꝛdine acolytoꝝ: qua-
tenus lumen viſibile manibꝰ pꝛę-
ferentes: lumen quoq; ſpiritua-
le moribus pꝛębeant: adiuuante
domino noſtro Ieſu Chꝛiſto,
Qui cū eo ꝛ ſpiritu ſancto viuit
ꝛ regnat Deus: per omnia ſecu-
la ſeculoꝝ.

Tum

Digitized by Google

Tum Pontifex ad altare ſe conuertens depoſita mitra ſtãs dicit. Oremus. Flectamꝰ genua. R. Leuate. Et mox Pont. cõuerſus ad ordinãdos genuflexos, dicit.

Domine ſancte, pater omp̄s, ęterne deus, qui per Jeſum chriſtũ filium tuũ dñm noſtrũ, & apoſtolos eius in hunc mundum lumen claritatis tuę miſiſti: quiq; vt mortis noſtrę antiquũ aboleres chirographũ, glorioſiſſimę illum crucis vexillo affigi, atq; ſanguinem & aquam ex latere illius pro ſalute generis humani effluere voluiſti: bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare dignare hos famulos tuos, in officium acolytorum, vt ad accendendum lumen eccleſię tuę, & ad ſuggerendum vinum & aquam ad cõficiendum ſanguinem Chriſti filij tui, in offerenda euchariſtia, ſanctis altaribus tuis fideliter ſubminiſtrent. Accende domine mentes eorum et corda ad amorem gratię tuę: vt illuminati vultu ſplendoris tui, fideliter tibi in tua ſancta eccleſia deſeruiant. Per eundem Chriſtũ dominum noſtrum. R. Amen.

Alia benedictio. Oremus.

Domine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus, qui ad
Exo.25.& 27. Moyſen & Aaron locutus es: vt accenderentur lucernę in tabernaculo teſtimonij: bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare dignare hos famulos tuos: vt ſint acolyti in eccleſia tua. Per Chrm̃ dñm nr̃m. R. Amē. Alia bñdictio. Oremꝰ.

Omnipotens ſempiterne deus, fons lucis & origo bonitatis, qui per Jeſum Chriſtum filium tuum lumen verum, mundum illuminaſti, eiuſq; paſſionis myſterio redemiſti: bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos, quos in officio acolytorum conſecramus: poſcentes clementiam tuã [redacted], vt eorum mentes & lumine ſcientię tuę illuſtres: & pietatis tuę rore irriges, vt ita acceptum miniſteriũ te auxiliante peragãt, quod ad ęternam remunerationem peruenire mereantur. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. R. Amen.

Poſt hęc ſuggerẽte Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

¶ Pontifex ad altare cõuerſus: i cornu epiſtolę, dicit. Graduale.

Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo domine. V. Eleuatio manũ mearũ ſacrificiũ veſpertinũ. Oremꝰ. Flectamus genua. R. Leuate.

Actiones nr̃as q̃s domine aſpirando preueni, et adiuuando proſequere: vt cũcta noſtra operatio, a te ſemper incipiat, & per te cepta finiatur. Per dñm nr̃m Jeſum Chriſtũ filium tuũ: qui tecũ viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſcti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. R. Amen. Oro.

Lectio Danielis prophetę. ca.3.

In diebus illis, Angelus dñi deſcendit cũ Azaria & ſocijs eius in fornacẽ, & excuſſit flãmam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flan-

tem. Flāma aūt diffuſa eſt ſuper fornacē cubitis quadraginta nouem, ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacē de chaldeis miniſtros regis, qui eā incendebant. Illos autem non tetigit omnino ignis, neq; cōtriſtauit, neq; quicquam moleſtię intulit. Tunc hi tres, quaſi ex vno ore laudabāt, ⁊ glorificabant, ⁊ benedicebant deūm in fornace, dicentes.

PRO SVBDIACONIS.

Parentur calix vacuus cum patena ſuperpoſita. Urceoli cum vino ⁊ aqua, bacile cum manutergio, et liber epiſtolarum.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet cum mitra, ⁊ Archidiaconus verſus ad ordinandos, dicit.

Accedant qui ordinādi ſunt Subdiaconi.

Et notarius vnumquemq; illorum vocat dicens. **Iohānes philippi ad titulum talis eccleſię. Petrus Michaelis ad titulū patrimonij ſui. Frater Paulus Iacobi profeſſus ordinis N. ad titulū paupertatis.** Et ſic de alijs: ⁊ quilibet vocatus dicit. **Adſum dn̄e.** Et accedit verſus Epiſcopum.

Quomodo parati. Debet autem quilibet ordinādorum in ſubdiaconū indutus eſſe amictu (non tamen ſuper caput) alba ⁊ cingulo, habere manipulum in manu ſiniſtra. Tunicellam ſuper brachio ſiniſtro ⁊ cādelam in manu dextra. Omnibus autē in ſubdiaconos ordinandis, competenti ſpatio coram Pontifice ſtantibus: Pontifex cū mitra ſedens admonet eos, dicens.

Admonitio. **Fratres dilectiſſimi, ad ſacrū ſubdiaconatus ordinē promouendi: iterum atq; iterū conſiderare debetis attente, qd onus hodie vltro appetitis. Hactenus enī liberi eſtis: licetq; vobis pro arbitrio ad ſecularia vota tranſire. Quod ſi hunc ordinē ſuſceperitis, amplius non licebit a ꝓpoſito reſilire: ſed deo cui ſeruire regnare eſt, ꝑpetuo famulari, ⁊ caſtitatē illo adiuuāte ſeruare oportebit, atque in eccleſię miniſterio ſemper eſſe mancipatos: proinde dum tēpus eſt cogitate: ⁊ ſi in ſancto propoſito pſeuerare placet: in nomine domini huc accedite.**

Illis tunc accedentibus ⁊ coram Pontifice genuflexis: legit mandatum interdicti, vt ſupra. fol. 8.

Reuerendus in Chriſto pr̄. ⁊c.

Quo facto Archidiacon⁹ vocat cęteros ordinandos, dicens.

Ordinandos vocat. **Accedant qui ordinādi ſunt Diaconi et Preſbyteri.**

Quibus accedētibus Archidiaconus ordinat eos, videlicet **Diaconandos** paratos amictu, alba, cingulo, ⁊ manipulo, ſtolā in manu ſiniſtra, ⁊ dalmaticā ſuper brachium ſiniſtrum, ⁊ candelā in manu dextra tenentes, contra cornu epiſtolę altaris, facieb⁹ altari verſis. Quomodo parati. Et **Preſbyterādos** paratos. Amictu, alba, cingulo, manipulo, ſtola in modum diaconi, caſulam ſiue planetam ſuper brachiū ſiniſtrum,

ſtrum, ⁊ panniculum ſiue mappulam albam in ſiniſtra, ⁊ candelam manu dextra tenentes, contra faciem Pontificis ac medium altaris faciebus ſimiliter altari verſis. Quibus ſic ordinatis: Pontifex mitrã in capite tenens, accumbit ibidem ſuper faldiſtorium, et omnes ordinandi in locis ſuis ſuper tapetia proſternuntur ad terram: miniſtri vero ⁊ alij aſtantes genuflectunt. Et Pontifex incipit Litaniam miniſtris et capellanis reſpondentibus.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cęlis deus: miſerere nobis.
Fili redemptor mundi deus: miſerere nobis.
Spiritus ſancte deus: miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus deus: miſerere nobis.
Sancta Maria ora pro nobis.
Sancta dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines orate.
Omnes ſancti Angeli ⁊ archangeli orate.
Sancte Johãnes Baptiſta ora.
Omnes ſancti patriarchę ⁊ prophetę orate.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Andrea ora.
Sancte Jacobe ora.
Sancte Johannes ora.
Sancte Luca ora.
Sancte Marce ora.
Omnes ſancti apoſtoli, ⁊ euangeliſtę orate.
Omnes ſancti diſcipuli domini orate.
Omnes ſancti Innocẽtes orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Uincenti ora.
Sancti Fabiane et Sebaſtiane orate pro nobis.
Omnes ſancti martyres orate.
Sancte Sylueſter ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Ambroſi ora.
Sancte Auguſtine ora.
Sancte Hieronyme ora.
Sancte Martine ora.
Sancte Nicolae ora.
Omnes ſancti Pontifices ⁊ Cõfeſſores orate.
Omnes ſancti Doctores orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Bernarde ora.
Sancte Antoni ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Franciſce ora.
Omnes ſancti Monachi ⁊ Eremitę orate.
Omnes ſancti Sacerdotes et Leuite orate.
Sancta Maria Magdalena or.
Sancta Agatha ora.
Sancta Lucia ora.

Sancta Cecilia ora.
Sancta Catharina ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Margarita ora.
Omnes ſctē vgines ⁊ viduę orate.
Omnes ſancti ⁊ ſanctę dei orate.
Propiti⁹ eſto: parce nobis dn̄e.
Ab omni malo: libera nos dn̄e.
Ab ira et odio, ⁊ omni mala voluntate: libera.
Ab inſidijs diaboli: libera.
A fulgure ⁊ tempeſtate: libera.
A morte perpetua: libera.
Per myſterium ſanctę incarnationis tuę: libera.
Per aduentum tuum: libera.
Per natiuitatem tuam: libera.
Per baptiſmum ⁊ ſanctum ieiunium tuum: libera.
Per crucem ⁊ paſſionem tuam: libera nos domine.
Per mortem ⁊ ſepulturam tuā: libera nos domine.
Per glorioſam reſurrectionem tuam: libera.
Per admirabilem aſcenſionem tuam: libera.
Per aduentum ſpiritus ſancti paracliti: libera.
In die iudicij: libera.
Peccatores: Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas: te rog.
Ut nobis indulgeas: te rog.
Ut pacem nobis dones: te rog.
Ut eccleſiam tuam regere, defendere, et conſeruare digneris: te rogamus audi nos.
Ut domnum apoſtolicum ⁊ omnes eccleſiaſticos ordines in ſancta religione cōſeruare digneris: te rog.
Ut noſmetipſos i tuo ſancto ſeruitio ꝯſeruare digneris: te ro.
Ut regibus ⁊ principibus chriſtianis pacem ⁊ veram concordiam largiri digneris: te rog.
Ut cunctum populum chriſtianū precioſo ſanguine tuo redēptū cōſeruare digneris: te ro.
Ut mentes noſtras ad cęleſtia deſideria erigas: te rog.
Ut aīas nr̄as ⁊ parentū nr̄orum ab ęterna dānatione eripias: te.
Ut oībus benefactoribus nr̄is ſempiterna bona retribuas: te.
Ut omnibus fidelibus viuis ⁊ defunctis vitam ⁊ requiē ęternā concedere digneris: te rog.
Ut obſequiū ſeruitutis noſtrę tibi rationabile facias: te rog.
Surgit Pontifex cum mitra ab accubitu, ⁊ ſe ad ordinandos vertens, ⁊ baculum paſtoralem in ſiniſtra manu tenens: ordinandis proſtratis manentibus, dicit.
Ut hos electos bene ✠ dicere digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Secundo dicit.
Ut hos electos bene ✠ dicere, ⁊ ſcti ✠ ficare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Tertio dicit.
Ut hos electos bene ✠ dicere, ſci ✠ ficare, ⁊ cōſe ✠ crare digneris. ℟. Te rogamus audi nos.
Tū iterū ſuper faldiſtoriū accumbit ⁊ perficiens Litaniam, dicit.
Ut nos exaudire digneris: te rogamus audi nos.
Fili dei: te rogamus audi nos.
Agnus

Digitized by Google

Agnus dei, q tollis peccata mundi: parce nobis domine.
Agnus dei, q tollis peccata mundi: exaudi nos domine.
Agnus dei, q tollis peccata mundi: miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.

Pontifex ab accubitu ſurgens cū mitra ſedet ſuper faldiſtoriū ibi ante medium altaris: ⁊ Archidiaconus dicit alta voce.

De ordinatiõe ſubdiaconi.

Recedant in partē qui ordinandi ſunt Diaconi ⁊ Preſbyteri.

Quibus ad aliquem locum idoneum vnde Pontificē celebrantem videre poſſint trāſeuntibus: ad ordinationem ſubdiaconorū, qui in preſbyterio remanſerunt: proceditur. Illis nanque coram Pontifice per ordinē in modum coronę genuflexis: Pontifex eos inſtruit ⁊ admonet, dicens.

Subdiaconi officium.

Adepturi fratres chariſſimi officiū ſubdiaconatus, ſedulo attendite, quale miniſteriū vobis traditur. Subdiaconum enim oportet aquam ad miniſterium altaris preparare. Diacono miniſtrare, pallas altaris ⁊ corporalia abluere: calicem ⁊ patenā in vſum ſacrificij eidem offerre. Oblationes, quę veniunt in altari: panes propoſitionis vocātur, de ipſis oblationibus tantum debet poni in altari, quantum poſſit populo ſufficere, ne aliqd putredinis in ſacrario remaneat. Pallę quę ſunt in ſubſtratorio altaris, in alio vaſe debent lauari, ⁊ in alio corporales pallę: vbi autē corporales pallę lotę fuerint, nullum aliud linteamen debet lauari, ipſaqꝫ lotionis aqua in baptiſterium debet mergi. Studete itaqꝫ vt iſta viſibilia miniſteria, q̄ diximus: nitide et diligentiſſime complentes, inuiſibilia hoc exemplo perficiatis. Altare quidē ſanctę eccleſię, ipſe eſt Chriſtus: teſte Johanne, qui in Apocalypſi ſua, (ca. 8.) altare aureū ſe vidiſſe perhibet: ſtare ante thronum, in quo, ⁊ per quem oblationes fideliū deo patri conſecrantur. Cuius altaris pallę, ⁊ corporalia, ſunt membra Chriſti, ſcilicet fideles dei, quibus (Iſa. 59.) dominus quaſi veſtimentis precioſis circundat, vt ait pſalmiſta. Dominus regnauit decorem indutus eſt. (Pſal. 92.) Beatus quoqꝫ Johannes in Apocalypſi. Vidit filiū hominis (ca. 1.) precinctū zona aurea, ideſt ſanctorum caterua. Si itaqꝫ humana fragilitate contingat in aliquo fideles maculari, prebenda eſt a vobis aqua cęleſtis doctrinę, qua purificati ad ornamētum altaris, ⁊ cultum diuini ſacrificij redeant. Eſtote ergo tales, qui (Quales ſubdiaconi) ſacrificijs diuinis et eccleſię Dei: hoc eſt corpori Chriſti, digne ſeruire valeatis, in vera ⁊ catholica fide fundati: quoniam vt ait apoſtolus. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ſciſmaticum eſt, ⁊ extra vnitatem eccleſię eſt. Et

ideo ſi vſq; nunc fuiſtis tardi ad eccleſiam, ámodo debetis eſſe aſſidui. Si vſq; nunc ſomnolēti, ámodo vigiles. Si vſq; nunc ebrioſi, ámodo ſobrij. Si vſq; nunc inhoneſti, ámodo caſti. Quod ipſe vobis pręſtare dignetur: qui viuit & regnat deus in ſecula ſeculorum.

Tradit calicē & reliqua.

Deinde Pontifex de manu miniſtri accipit & tradit cuilibet ſucceſſiue: calicē vacuum cū patena ſuperpoſita. Et Archidiaconus vrceolos cū vino & aqua, ac bacile cum manutergio, quę omnia ſigillatim ordinandi manibus tangunt: primo calicem, deinde alia, et iterum vt prius genuflectunt. Quo facto Pontifex, dicit.



CALICEM ET PATENAM.

Videte cuiuſmodi miniſterium vobis traditur. Ideo vos admoneo, vt ita vos exhibeatis, q̄ Deo placere poſſitis.

Stās cū mitra dicit.

Poſtea ſurgit Pontifex, & verſus ad populū, ſtans cū mitra, dicit.

Oremus deū patrem ac dn̄m nr̄m fratres chariſſimi: vt ſuper hos ſeruos ſuos, quos ad ſubdiaconat⁹ officium vocare dignatus eſt: infundat benedictionem ſuā & grām, vt in cōſpectu eius fideliter ſeruiētes: p̄deſtinata ſanctis pręmia ↄſequant̄. Adiuuāte domino nr̄o Jeſu Chriſto: Qui cum eo & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus: p omnia ſcl'a ſeculorū.

Tum depoſita mitra, cōuerſus ad altare Pontifex, dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Et mox Pōtifex verſus ad ordinādos genuflexos, dicit ſine mitra.

Sine mitra.

Domine ſancte, pater omp̄s, ęterne deus: bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos, quos ad ſubdiaconatus officiū eligere dignat⁹ es: vt eos in ſacrario tuo ſancto ſtrenuos ſolicitoſq; cęleſtis militię inſtituas excubitores, ſanctiſq; altarib⁹ fideliter ſubminiſtrēt: & requieſcat ſup eos ſpūs ſapientię & intellectus: ſpūs conſilij & fortitudinis: ſpūs ſcientię & pietatis, & repleas eos ſpiritu timoris tui: & eos in miniſterio diuino ↄfirmes: vt obedientes facto, atq; dicto parentes, tuam grām cōſequant̄. Per dn̄m nr̄m Jeſu chriſtū filiū tuū: q tecū viuit & regnat i vnitate eiuſdē ſpūs ſcti de⁹. Per oia ſcl'a ſeculorū. ℟. Amen.

Tū Pont. ſedens accepta mitra, amictū q i collo ordinādorū iacet: iponit ſup caput ſingulis, dicēs.

AMICTVM SVPER CAPVT.

Accipe amictum p quē deſignatur caſtigatio vocis. In noīe patris, & filij, & ſpirit⁹ ſancti.

Tum immittit in ſiniſtro brachio manipulum cuilibet, dicens.

MA-

MANIPVLVM MITTIT.

Accipe manipulū, ꝑ quē deſignant̄ fructus bonoꝝ opeꝝ. In noīe pr̄is, ⁊ filij, ⁊ ſpūs ſancti.
Poſt hec induit quemlibet tunica: ⁊ ſi tantum vnica ſit, immittit illam cuilibet ſolū vſq; ad ſcapulas, ac retrahens, eam poſteriori totaliter induit, dicens cuilibet.

TVNICAM INDVIT.

Induat te dn̄s veſtimēto ſalutis, ⁊ tunica iuſtitię. In nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpirit⁹ ſancti.
Poſtea accipit ⁊ tradit omnibus librum epiſtolarum: manu dextera ipſum ſimul tangentib⁹, dicēs.

LIBRVM EPISTOLARVM.

Accipite librum epiſtolarū, ⁊ habete poteſtatem legēdi eas in eccleſia ſancta dei, tam pro viuis quam pro defunctis. In nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſcti.
Omnibus expeditis ſuggerente Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.
¶ Tum Pontifex depoſita mitra ſurgit: ⁊ conuerſus ad altare in cornu epiſtolę, dicit. Hymnuȝ.

Benedictus es dn̄e deus patrū noſtroꝝ. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſcl'a. ℣. Et benedictū nomē glīę tuę, qđ eſt ſanctū. ℟. Et laudabile, ⁊ glorioſum in ſcl'a. ℣. Benedictus es in tēplo ſctō glīę tuę. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſcl'a. ℣. Bn̄dictus es ſup thronū ſanctū regni tui. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſcl'a. ℣. Bn̄dictus es ſup ſceptrū diuinitatis tuę. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſcl'a. ℣. Bn̄dictus es, qui ſedes ſup cherubim intuēs abyſſos. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. ℣. Bn̄dictus es, q ambulas ſuper pennas ventoꝝ, ⁊ ſup vndas maris. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſcl'a. ℣. Bn̄dicant te oēs angeli ⁊ ſcti tui. ℟. Et laudent te, ⁊ glorificent in ſcl'a. ℣. Bn̄dicant te cęli, terra, mare, ⁊ oīa quę ī eis ſunt. ℟. Et laudent te, ⁊ glorificēt in ſcl'a. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpūi ſctō. ℟. Et laudabili, ⁊ glorioſo in ſcl'a. ℣. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper: ⁊ in ſcl'a ſcl'oꝝ. Amē. ℟. Et laudabili, ⁊ glorioſo in ſecula. ℣. Benedictus es dn̄e deus patrum noſtroꝝ. ℟. Et laudabilis, ⁊ glīoſus ī ſcl'a.
Pontifex oſculatur altare in medio, ⁊ verſus ad populū dicit. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Et conuerſus ad altare, dicit. Oremus. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flāmas ignium, cōcede ꝓpitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.
Exaudi q̄s dn̄e ſupplicum preces, ⁊ deuoto tibi pectore famulantes, ꝑpetua defenſione cuſtodi, vt nullis ꝑſecutionibus īpediti, liberā ſeruitutem tuis ſemp exhibeam⁹ officijs. Per dn̄m noſtrū Jeſum Chriſtū filium tuum: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpirit⁹ ſcti de⁹. Per oīa ſecula ſcl'oꝝ. ℟. Amen. Oremus. Alia oīo.
A cunctis nos q̄s dn̄e mētis ⁊ corporis defende periculis, ⁊ intercedente glorioſa v̄gine dei genitrice Maria, cū btīs apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato

beato N. & omnibus ſanctis, ſalutē nobis tribue benignus & pacē: vt deſtructis aduerſitatibus et erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Oro.

Omnipotēs ſempiterne deus, qui viuorum dominaris ſimul et mortuorum, omniumque miſereris, quos tuos fide & opere futuros eſſe prenoſcis: te ſupplices exoramus, vt pro quibus effundere preces decreuimus, quoſque vel preſens ſeculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit, intercedentibus omnibus ſanctis tuis, pietatis tue clementia omnium delictorum ſuorum veniam conſequātur. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuū: qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. R. Amen.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes. ca. 5.

Fratres. Rogamus vos corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat; ſed ſemper, quod bonū eſt ſectamini in inuicem: et in omnes. Semper gaudete, ſine intermiſſione orate: in omnibus gratias agite. Hec eſt enim volūtas dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate, quod bonum eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela: in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.

PRO DIACONIS:

Paretur liber euangeliorum.

Pontifex accipit mitrā, accedit ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum, et ibi ſedet: promouendi vero ad ordinem diaconatus, per Archidiaconum vocantur.

Accedant qui ordinādi ſunt ad Diaconatum. Vocatur.

Et mox ſigillatim nominantur per notarium, nulla tamen facta de titulo mentione. Eis igitur amictu, alba, cingulo, & manipulo paratis, ac ſtolam in ſiniſtra, et candelam in dextera manibus, ac dalmaticam ſuper brachium ſiniſtrum tenentibus: & in modū corone in preſbyterio corā Pontifice diſpoſitis, & genuflexis: legitur mandatū interdicti: vt ſ. fo. 8.

Reuerendus in Chriſto pr. &c.

Quo facto Archidiaconus offerens illos Pontifici, dicit.

Reuerende pater, poſtulat ſancta mater eccleſia catholica: vt hos preſentes ſubdiaconos ad onus diaconij ordinetis.

Pontifex interrogat, dicens.

Scis illos dignos eſſe?

Reſpondet Archidiaconus.

Quātū humana fragilitas noſſe ſinit. Et ſcio, & teſtificor ipſos di-

di-

Digitized by Google

dignos eſſe ad huiꝰ onus officij.
Et Pontifex dicit. Deo gratias.
Et cum mitra ſedens clero an-
nuntiat, dicens.

Auxiliante dño deo ſaluato-
re noſtro Jeſu Chriſto eligi-
mus hos p̄ſentes ſubdiaconos,
ad ordinez diaconij. Si qs habet
aliquid ꝯtra illos, ꝓ deo ⁊ ꝓpter
deū cuz fiducia exeat, ⁊ dicat. Ve-
runtamē memor ſit ꝯditiōis ſuę.
Et facta aliquali mora conuer-
tens ſermonem ſuuz ad ordinan-
dos Pontifex inſtruit, et admo-
net eos, dicens.

Prouehendi dilectiſſimi filij
ad Leuiticum ordinē, cogi-
tate magnopere, ad quantū gra-
Diaconi officium. dum eccleſię aſcenditis. Diaconū
enim oportet miniſtrare ad alta-
re, baptizare, ⁊ prędicare. Sane i
veteri lege ex duodecim vna tri-
Num. 3. bus Leui electa eſt, quę ſpeciali
deuotione tabernaculo dei, eiuſq
ſacrificijs ritu perpetuo deſerui-
ret. Tantaq dignitas ipſi cōceſſa
eſt, qđ nullus niſi ex eiꝰ ſtirpe ad
diuinum illum cultū, atq officiū
miniſtraturus aſſurgeret: adeo
vt grandi quodam priuilegio hę-
reditatis, ex tribu dñi eſſe mere-
retur ⁊ dici. Quorū hodie chariſ-
ſimi filij, ⁊ nomen, ⁊ officium tene-
tis, quia in miniſterium taberna-
culi teſtimonij, ideſt eccleſię dei: eli-
gimini in Leuitico officio, q ſem-
per in procinctu poſita, inceſſabi-
li pugna cōtra inimicos dimicat.
Ephes. 6. Unde ait apoſtolus. Non eſt no-
bis colluctatio aduerſus carnez
⁊ ſanguinem, ſed aduerſus princi-
pes ⁊ poteſtates, aduerſus mun-
di rectores tenebrarū harum: con-
tra ſpiritualia nequitię tela in cę-
leſtibus. Quā eccleſiam dei veluti
tabernaculum portare ⁊ munire
debetis: ornatu ſancto, prędicatu
diuino, exēplo perfecto: Leui qp-
pe interpretatur additus, ſiue aſſum-
ptus: ⁊ vos filij, qui ab hęredita-
te paterna nomen accipitis: eſto-
te aſſumpti a carnalibꝰ deſiderijs, Quales diaconi.
a terrenis cōcupiſcentijs, quę mi- 1. Pet. 3.
litant aduerſus aiam: eſtote niti-
di, mundi, puri, caſti ſicut decet mi- 1. Cor. 4.
niſtros chriſti, ⁊ diſpēſatores my-
ſteriorū dei, vt digne addamini
ad numerū eccleſiaſtici gradus,
vt hęreditas et tribus amabilis
dñi eſſe mereamini. Et quia com-
miniſtri ⁊ cooperatores eſtis cor-
poris ⁊ ſanguinis dñi, eſtote ab
omni illecebra carnis alieni. Si-
cut ait ſcriptura. Mundamini, q Iſa. 52.
fertis vaſa dñi. Cogitate beatuz
Stephanū, merito pręcipue caſti-
tatis, ab apoſtolis ad officiū iſtud Act. 7.
electum. Curate vt quibus euan-
gelium ore annūtiatis, viuis ope-
ribꝰ exponatis, vt de vobis dicatur:
Beati pedes euangelizantiū pa-
cem, euangelizantium bona: ha- Ephes. 6.
bete pedes veſtros calciatos ſan-
ctorum exemplis in pręparatio-
ne euangelij pacis. Quod vobis
dñs concedat per gratiam ſuam.

¶ Nota q hic leguntur Litanię
ſuper diaconandos, ſi non ſint fa-
ctę ordinationes ſubdiaconorū.
Quas require ſupra. fol. 35. in or-
di-

dinatione ſubdiaconi, ⁊ eundem modum ſeruabis. Deinde Pontifex ſedens cũ mitra, intelligibili voce alloquitur populũ dicẽs ordinãdis genuflexis manentibus.

COmmune votum cõmunis oratio proſequatur: vt hi, q totius eccleſię prece ad diaconatꝰ miniſterium pręparãtur: Leuiticę bñdictionis ordine clareſcãt, ⁊ ſpũali conuerſatione pręfulgentes, gratia ſanctificationis eluceſcant: pręſtãte dño nr̃o Jeſu chriſto: qui cũ patre ⁊ ſpũ ſctõ viuit ⁊ regnat deus in ſecula ſeculorum.

Deinde ſurgens cũ mitra Pontifex: ſtans verſus ad ordinandos, dicit alta voce.

OReumus dilectiſſimi deũ patrem omnipotentem: vt ſuper hos famulos ſuos, quos ad ſacrum ordinem diaconatus aſſumere dignatus eſt: benedictionis ſuę gratiam clementer effundat: eiſqꝫ conſecrationis indultę propitius dona conſeruet, ⁊ preces nr̃as clementer exaudiat: vt quę noſtro gerenda ſunt miniſterio, ſuo benigno ꝓſequatur auxilio, ⁊ quos ſacris myſterijs exequendis, pro noſtra intelligẽtia credimus offerendos, ſibi faciat eſſe gratos, ⁊ ſua benedictione ſanctificet ⁊ ꝯfirmet: vt ꝑdeſtinata ſctis pręmia cõſequant̃. Per vnigenitum filium ſuum dñm noſtrũ Jeſum Chriſtum: qui cum eo ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat Deus.

Deinde depoſita mitra extenſis manibus ante pectus, dicit.

PEr omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſũ corda. ℟. Habemus ad dñm. ℣. Grãs agamꝰ dño deo noſtro. ℟. Dignum ⁊ iuſtum eſt.

Vere dignum ⁊ iuſtum eſt: ęquũ et ſalutare. Nos tibi ſemper et vbiqꝫ gratias agere: domine ſancte, pater oĩpotens ęterne deus. Honorum dator ordinũqꝫ diſtributor atqꝫ officiorum diſpoſitor: qui in te manens innouas omnia ⁊ cuncta diſponis: per verbũ, virtutem, ſapientiamqꝫ tuã, Jeſum Chriſtũ filium tuum dñm nr̃m: ſempiterna prouidentia pręparãs, ⁊ ſingulis quibuſqꝫ temporibus, aptanda diſpenſas. Cuius corpus eccleſiam, videlicet tuam, cęleſtium gratiarum varietate diſtinctam, ſuorumqꝫ connexam diſtinctione membrorũ, per legem mirabilem totius cõpaginis vnitam, in augmentum tẽpli tui creſcere dilatariqꝫ largiris, ſacri muneris ſeruitutẽ, trinis gradibus miniſtrorũ nomini tuo militare conſtituẽs: electis ab initio Leui filijs, qui in myſticis operationibus domus tuę fidelibꝰ excubijs permanentes: hęreditatem benedictionis ęternę, ſorte perpetua poſſiderent. Super hos quoque famulos tuos quęſumus dñe placatus intende, quos tuis ſacris altaribus ſeruituros in officium diaconatus ſuppliciter dedicamus. Et nos quidẽ tanqꝫ homines, diuini ſenſus ⁊ ſummę rationis

Digitized by Google

nis ignari, horum vitam quãtum poſſumus exiſtimamus. Te autẽ dñe quę nobis ſunt ignota non tranſeunt, te occulta non fallunt. Tu cognitor ſecretorũ, et ſcrutator es cordium. Tu horũ vitam cęleſti poteris examinare iudicio, quo ſemp̃ p̃uales, et admiſſa purgare: et ea q̃ ſunt agẽda cõcedere.

¶ Hic ſolus Pontifex manum dexteram extendens ponit ſuper caput cuilibet ordinando, et nullus alius, quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſteriũ conſecratur dicens ſingulis.

MANVS IMPONIT.

Accipe ſpũm ſanctum, ad robur, et ad reſiſtẽdũ diabolo et tẽtationibus eius. In nõie dñi.

Poſtea proſequitur extenſam tenens manum dextram, vſque ad finem pręfationis.

Emitte in eos q̃s dñe ſpiritum ſanctum, quo in opus miniſterij tui fideliter exequendi, ſeptiformis gratię tuę munere roborent. Abundet in eis totius forma virtutis, authoritas, modeſtia, pudor conſtans, innocentię puritas: et ſpiritualis obſeruãtia diſciplinę. In moribus eorũ pręcepta tua fulgeãt, et ſuę caſtitatis exemplo, imitationem ſancta plebs acquirat, et bonum conſcientię teſtimonium pręferentes, in Chriſto firmi et ſtabiles pſeuẽrent: dignisq; ſucceſſibus de inferiori gradu p̃ gratiam tuã potiora cãpere mereantur. Per eundem dominum noſtrũ Jeſum Chriſtũ filiũ tuũ: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus, Per oĩa ſecula ſclo℞. ℟. Amen.

Poſt hec Pontifex ſedens cũ mitra cuilibet ordinando ante ſe genuflexo: ſtolã quã ſinguli ĩ manu habẽt imponit ſucceſſiue ſup humerum ſiniſtrũ, dicens ſingulis.

STOLAM PONIT.

Accipe ſtolam ✠ candidam de manu dei, ipſe miniſteriũ tuum: potens enim eſt dñs, vt augeat tibi gratiam ſuã. Qui viuit et regnat in ſecula ſeculorum.

Faciens ſuper quemlibet eorum ſignum crucis; et miniſtri reflectant capita ſtolę, et alligent ſub brachio dextro.

¶ Poſt hec Pontifex accipiens dalmaticã, induit ea quemlibet ſucceſſiue vſq; ad humeros: mox eam retrahendo vſq; ad vltimũ, quem ea totaliter induit: et hoc ſi vna tantum ſit dalmatica. Si vero quilibet ſuam habet: tunc ſingulos ſua totaliter induit, dicens cuilibet.

DALMATICAM INDVIT.

Induat te dominus veſtimento ſalutis, et circundet te ſemper indumento lętitię. In nomine domini.

Poſtremo Pontifex tenens librum euangeliorum, tradit illũ communiter omnibus coram ſe genuflexis, et manu dextra ſimul ipſum tangentibus, dicens.



LIBRVM TRADIT.

ACcipite poteſtatem legẽdi euangelium in eccleſia dei, tam pro viuis, q̃ꝫ pro defunctis, In nomine domini.

Quo facto Pontifex deponit mitram: ſurgit, ⁊ ad altare ↄuerſus, dicit. Oremꝰ. Flectamꝰ genua. Et miniſtri. Leuate. Et vertens ſe ad ordinatos, ſtans dicit.

EXaudi domine preces nr̃as, ⁊ ſuper hos famulos tuos ſpirituꝫ tuę bene ✠ dictionis infunde, vt cęleſti munere ditati, et tuę maieſtatis gratiã poſſint acquirere, ⁊ beneuiuendi alijs exẽplum prębẽre: Per Chriſtū dn̄m noſtrum. ℞. Amen. Oremus.

DOmine ſancte, pater ſpei, fidei gratię, ⁊ profectuum remunerator, qui in cęleſtibuſ ⁊ terrenis, angeloꝝ miniſterijs vbiqꝫ diſpoſitis: per omnia elemẽta voluntatis tuę diffundis effectum: hos quoqꝫ famulos tuos ſpiritali dignare illuſtrare effectu, vt tuis obſequijs expediti: ſanctis altaribꝰ tuis miniſtraturi, puri accreſcant, ⁊ indulgẽtia tua puriores, eo gradu quo apoſtoli tui in ſeptenario numero, beatum Stephanum ducem ac preuium, ſpiritu ſancto authore elegerũt, digni exiſtant, ac virtutibus vniuerſis: quibus tibi ſeruire oportet iſtructi, tibi complaceant. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtū filiū tuū: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpũs ſancti Deus. Per oia ſecula ſeculoꝝ. ℞. Amẽ.

Tum ſuggerẽte Archidiacono, ordinati redeunt ad loca ſua. Et Pontifex conuerſus ad altare in cornu epl'e, dicit tractuꝫ: vꝫ.

Tractus. Laudate dn̄m omnes gentes: ⁊ collaudate eum omnes populi.

PRO PRESBYTERIS.

POntifex accipit mitrã, accedit ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum, ⁊ ibi ſedet, ⁊ procedit ad ordinationem preſbyteroꝝ, pro quibus ordinandis parentur oleū cathecumenoꝝ. Calix cum vino ⁊ aqua, patena, ⁊ hoſtia deſuper poſita: medulla panis ⁊ bacile cum buccali pro manibus abluẽdis, quaſ ſinguli ad ſuas mappulas extergũt. Deinde Archidiaconꝰ vocat ordinãdos voce itelligibili, dicẽs.

ACcedant qui ordinãdi ſunt ad ordinẽ Preſbyteratus.

Et mox nominatim legũtur per notarium prout ſupra dictuꝫ eſt: nulla tamen de titulo facta mentione. Tunc illi more diaconoꝝ parati, amictu, alba, cinctorio, ſtola, ⁊ manipulo, tenentes planetaſ ſuper brachia cõplicatas, ⁊ in manibus candelas ac mappulas albas pro ligandis manibuſ ad ordina-

Digitized by Google

dinatoꝛem accedunt: ⁊ coꝛam eo ſe in modum coꝛonę diſponunt.



Omnibus ergo oꝛdine diſpoſitis et genuflexis: legitur mandatum interdicti: vt ſupꝛa. fol. 8.

Reuerendus in Chꝛiſto pr̃. ⁊c.

Archidiaconus pꝛeſentat oꝛdinandos. Quo lecto Archidiaconꝰ pꝛęſentat oꝛdināndos Pontifici, dicens.

Reuerende pater, poſtulat ſancta mater eccleſia catholica, vt hos pręſentes Diaconos ad onus Pꝛeſbyterij oꝛdinetis.

Et Pontifex interrogat, dicens.

Scis illos dignos eſſe?

Reſpondet Archidiaconus.

Quantum humana fragilitas noſſe ſinit: ⁊ ſcio ⁊ teſtificoꝛ ipſos dignos eſſe ad huiꝰ onus officij.

Pontifex dicit. Deo gratias.

Cum annuntiat clero ⁊ populo iuxta ſtatutum carthaginēſis cōcilij: ſedens cum mitra, ⁊ dicens.

Quoniaꝫ dilectiſſimi fratres: rectoꝛi nauis, ⁊ nauigio deferēdis, eadem eſt vel ſecuritatis ratio, vel communis timoꝛis: par eoꝝ̃ debet eſſe ſententia, quoꝛuꝫ cauſa cōmunis exiſtit. Necꝫ enim fuit fruſtra a patribus inſtitutū: vt de electione illoꝛum, qui ad regimē altaris adhibendi ſunt: cōſulatur ⁊ populus, quia ⁊ de vita ⁊ conuerſatione pręſentandi, qđ nonnunqꝫ ignoꝛatur a pluribus, ſcitur a paucis, ⁊ neceſſe eſt, vt facilius ei, quis obedientiam exhibeat oꝛdinato, cui aſſenſum prębuerit oꝛdinando. Hoꝛū ſiquidē diaconoꝛum in pꝛeſbyteros auxiliante dn̄o oꝛdinandoꝝ cōuerſatio, quātum mihi videtur pꝛobata ⁊ deo placita exiſtit: et digna (vt arbitroꝛ) eccleſiaſtici honoꝛis augmento. Sed ne vnuꝫ foꝛtaſſe vel paucos aut decipiat aſſenſio, vel fallat affectio: ſententia eſt expetenda multoꝛuꝫ. Itaqꝫ quid de eoꝛum actibus aut moꝛibus noueritis, quid de merito ſentiatis, libera voce pandatis: ⁊ his teſtimoniū ſacerdotij magis pꝛo merito, qꝫ affectione aliqua tribuatis. Si quis igit̃ habet aliqđ contra illos, pꝛo deo ⁊ ꝓpter deū cum fiducia exeat ⁊ dicat. Ueruntamen memoꝛ ſit conditionis ſuę.

Poſtea Pontifex facta aliquali moꝛa, conuertens ſermonē ſuum ad oꝛdinandos inſtruit ⁊ ammonet eos, dicens.

Conſecrandi fratres chariſſimi in Pꝛeſbyteratus officium, illud digne ſuſcipere, atqꝫ ſuſceptū laudabiliter exequi ſtudeatis. Sacerdoteꝫ etenim opoꝛtet offerre, benedicere, pręeſſe, pꝛędicare, ⁊ baptizare. Cum magno quippe timoꝛe ad tantū gradum aſcendendum eſt, atqꝫ pꝛouidendū, vt cęleſti ſapientia, pꝛobi moꝛes, ⁊ diuturna iuſtitię obſer-

ſeruatio, ad id electos commendet. Unde dominus pręcipiens Moyſi: vt ſeptuaginta viros de vniuerſo Iſrael in adiutorium ſuum eligeret: quibus ſpiritus ſancti dona diuideret, ſuggeſſit, quos tu noſti, quod ſenes populi ſunt. Uos ſiquidem in ſeptuaginta viris, ⁊ ſenib⁹ ſignati eſtis, ſi per ſpiritum ſeptiformem decalogum legis cuſtodientes, probi et maturi in ſcientia ſimiliter ⁊ opere eritis. Sub eodem quoque myſterio, ⁊ eadem figura, in nouo teſtamento dominus ſeptuaginta duos elegit, atque binos ante ſe in prędicationem miſit: vt doceret verbo ſimul et facto, miniſtros eccleſię ſuę, fide et opere debere eſſe perfectos, ſeu geminę dilectionis, dei ſcilicet et proximi virtute fundatos. Tales itaq; eſſe ſtudeatis, vt in adiutorium Moyſi ⁊ duodecim apoſtolorum, epiſcoporum, videlicet catholicorum, qui per Moyſen et apoſtolos figurantur: digne per gratiam dei eligi valeatis. Hac certe mira varietate eccleſia ſancta circundatur, ornatur, ⁊ regitur: cum alij in ea Pontifices, alij minoris ordinis ſacerdotes, Diaconi, ⁊ Subdiaconi diuerſorum ordinum viri conſecrantur, et ex multis, ⁊ alternę dignitatis membris vnum corpus Chriſti efficitur. Itaque dilectiſſimi fratres, quos ad noſtrū adiutorium, fratrum noſtrorum arbitrium conſecrandos elegit: ſeruate in moribus veſtris caſtę ⁊ ſanctę vitę integritatē. Agnoſcite quod agitis. Imitemini quod tractatis: quatenus mortis dominicę myſterium celebrantes: mortificare membra veſtra a vitijs ⁊ concupiſcentijs omnibus procuretis. Sit doctrina veſtra ſpiritualis medicina populo Dei: Sit odor vitę veſtrę delectamentum eccleſię Chriſti, vt prędicatione atque exemplo ędificetis domum, ideſt familiam dei: quatenus nec nos de veſtra prouectione, neque vos de tanti officij ſuſceptione damnari a domino: ſed remunerari potius mereamur. Quod ipſe nobis concedat per gratiam ſuā. ℟. Amen.

¶ Nota ꝙ hic leguntur Litanię ſuper Presbyterandos, ſi nō ſint factę ordinationes Subdiaconorum vel Diaconorum: quas require ſupra. fol. 35. in ordinatione Subdiaconi, ⁊ eundem modum ſeruabis.



POſt hęc ſurgunt omnes et presbyterandis corā Pontifice binis ⁊ binis ſucceſſiue genuflectentibus: Pontifex ſtans ibidem

ibidem ante faldiſtorium cum mitra, & nulla oratione premiſſa, imponit ſimul vtrang manũ ſuper caput cuiuſlibet ordinãdi ſucceſſiue nihil dicens. Idem faciunt poſt eum omnes ſacerdotes ibidem preſentes. Quo facto, tam Pontifex quã ſacerdotes tenent manus dexteras extenſas ſuper illos. Et Pontifex ſtans cum mitra dicit.

Oremus dilectiſſimi deũ patrem omnipotentem, vt ſup hos famulos ſuos, quos ad preſbyterij munus elegit, celeſtia dona multiplicet: et quod eius dignatione ſuſcipiunt, ipſius conſequantur auxilio. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Pontifex depoſita mitra cõuerſus ad altare, dicit. Oremus. Flectamus genua. Et miniſtri. Leuate. Et mox verſus ad ordinandos, dicit.

Exaudi nos queſumus dñe deus noſter, & ſuper hos famulos tuos benedictionem ſancti ſpiritus, & gratie ſacerdotalis infunde virtutẽ: vt quos tue pietatis aſpectibus offerimus conſecrãdos, perpetua muneris tui largitate proſequaris. Per dominum noſtrum Jeſum chriſtũ filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus. Tum extenſis manibus ante pectus, dicit.

Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino deo noſtro. ℟. Dignum et iuſtum eſt.

Vere dignum & iuſtũ eſt: equum & ſalutare. Nos tibi ſemp & vbiq gratias agere: domine ſancte, pater omnipotens, eterne deus: Honorum dator & diſtributor oium dignitatum, per quem proficiunt vniuerſa, per quẽ cuncta firmantur: amplificatis ſemper ĩ melius rationabilis nature incrementis, per ordinem congrua ratione diſpoſitũ. Unde & ſacerdotales gradus atq officia Leuitaruz ſacramentis myſticis inſtituta creuerunt: vt cum Põtifices ſummos regendis populis prefeciſſes, ad eorum ſocietatis & operis adiumentum, ſequẽtis ordinis viros, & ſecũde dignitatis eligeres. Sic & in erẽmo per ſeptuaginta virorum prudentum mentes: Moyſi ſpiritum propagaſti, quibus ille adiutoribus vſus, in populo innumerabiles multitudines facile gubernaret. Sic & ĩ Eleazaro & Jthamar filijs Aaron paterne plenitudinis abundãtiam tranſfudiſti: vt ad hoſtias ſalutares & frequentioris officij ſacramentũ, miniſterium ſufficeret ſacerdotum. Hac prouidentia dñe apoſtolis filij tui, doctores fidei comites addidiſti: quibus illi orbẽ totum ſecundis predicationibus impleuerunt. Quapropter infirmitati quoq noſtre domine que ſumus, hec adiumenta largire,

qui quanto fragiliores ſumus, tanto his pluribus indigemus. Da queſumus omnipotẽs deus, in hos famulos tuos Preſbyterij dignitatem, innoua in viſceribus eorum ſpiritum ſanctitatis; ⁊ acceptum a te deus: ſecundi meriti munus obtineant, cenſuráq; morum exemplo ſuę conuerſationis inſinuent. Sint prouidi cooperatores ordinis noſtri, eluceat in eis totius forma iuſtitię: vt bonam rationem diſpenſationis ſibi credite reddituri, ęternę beatitudinis pręmia conſequantur, Per eundem dominum nr̃m Ieſum Chriſtum filium tuũ: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus, Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Pontifex ſedet accepta mitra, et reflectit orarium, ſiue ſtolam ab humero ſiniſtro cuiuſlibet capiẽs partem, quę retropẽdet, ⁊ imponens ſuper dextrum humerum, aptat eam ante pectus in modũ crucis ſingulis, dicens.

STOLAM APTAT.

Accipe iugum domini: iugũ enim eius ſuaue eſt, ⁊ onus eius leue. Poſtea imponit cuilibet ſucceſſiue caſulam vſque ad ſcapulas, quam quilibet teneat ſuper humeros complicatam, a parte anteriori deorſum dependentem, ſingulis dicens.

CASVLAM SIVE PLANETAM.

Accipe veſtem ſacerdotalẽ, per quã charitas intelligitur: potens eſt enim dominꝰ augere tibi charitatem, ⁊ opus perfectum. ℟. Deo gratias.

Surgit Pont. ſine mitra, ⁊ dicit.

Deus ſanctificationum omnium author, cuius vera cõſecratio: plenaq; benedictio eſt. Tu domine ſuper hos famulos tuos, quos Preſbyterij honore dedicamus, munus tuę bene ✠ dictionis infunde, vt grauitate actuum, et cenſura viuendi probent ſe eſſe ſeniores: his inſtituti diſciplinis, quas Tito et Timotheo Paulus expoſuit, vt in lege tua die ac nocte omniq; tempore meditantes, quod legerint credant, quod crediderint doceant, quod docuerint imitentur: iuſtitiam conſtantiam, miſericordiam, fortitudinem, cęteraſq; virtutes in ſe oſtendant, exemplo prębeant, admonitione confirment, ac purum et immaculatum miniſterij ſui donum cuſtodiant, et in obſequium plebis tuę panem et vinum in corpus et ſanguinem filij tui immaculata benedictione transforment, et inuiolabili charitate, in virum perfectum, ⁊ in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti: in die iuſti et ęterni iudicij, conſcientia pura, fide plena, ſpiritu ſancto pleni perſoluant, Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus, Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Tum

Digitized by Google

Tum Pontifex ad altare cōuerſus flexis genibus, incipit Hymn.

Genuflexus.

V Eni creator ſpiritus: mētes tuorum viſita, imple ſupna gratia, quę tu creaſti pectora.

Sedet cū mitra.

Surgit Pontifex ſedet in faldiſtorio cū mitra, ⁊ dum proſequitur hymnum, extrahūtur ei anuli et chirothecę: reponuntur ſibi anuli, ⁊ imponitur ei gremiale ſiue mappula ſuper gremium. Et ſinguli ordinati coram eo genuflectunt.

Q ui paraclitus diceris: donum dei altiſſimi: fons viuus, ignis, charitas, et ſpiritalis vnctio.

T u ſeptiformis munere: dextrę Dei tu digitus: tu rite promiſſum patris, ſermone ditans guttura.

A ccende lumen ſenſibus: infunde amorem cordibus, infirma noſtri corporis, virtute firmans perpeti.

H oſtē repellas longius: pacēq; dones protin⁹, ductore ſic te pręuio, vitemus omne noxium.

P er te ſciamus da patrem: noſcamus atque filium: te vtriuſque ſpiritum, credamus omni tempore.

G loria patri domino: natoque qui a mortuis, ſurrexit ac paraclito, in ſeculorum ſecula. Amen.

Pontifex cum oleo cathecumenorum vngit vnicuiq; ambas manus ſimul iunctas, in modū crucis producendo cum pollice ſuo dextro in dictum oleum intincto duas lineas: videlicet a pollice dextrę manus vſq; ad indicem ſiniſtrum, ⁊ a pollice ſiniſtro vſque ad indicem dextrum: vngendo mox totaliter palmas, dum quēlibet vngit, dicens.

MANVS VNGIT.

C Onſecrare ⁊ ſanctificare digneris domine manus iſtas, per iſtam vnctionem et noſtram bene ✠ dictionem.

Pontifex producit manu dextra ſignū crucis ſuper manus illius quem ordinat, ⁊ proſequitur.

Vt quęcunq; benedixerint benedicantur, et quęcunq; conſecrauerint, conſecrētur, ⁊ ſanctificentur: In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti.

Et quilibet ordinandus reſpondet. **Amen.** Tunc Pontifex claudit ſeu **iungit manus cuilibet** ſucceſſiue, quas ſic conſecratas aliquis miniſtrorum Pontificis albo panniculo lineo ſimul: videlicet dextram ſuper ſiniſtram alligat, et mox vnuſquiſque ad ordinem ſuum redit: et ſic clauſas, et alligatas manus tenet. Omniū manibus vnctis, et conſecratis Pontifex manus lauat, et tergit: tum tradit cuilibet ſucceſſiue **calicem** cum vino et aqua: et **patenam** ſuperpoſitam cum hoſtia, et ipſi illa accipiunt inter indices et medios digitos, ac cuppam calicis, et patenam ſimul tangunt Pontifice ſingulis dicente.



CALICEM TANGVNT.

Accipe poteſtatē offerre ſacrificium deo, miſſaſqꝫ celebrare: tam pro viuis, quā pro defunctis: In nomine domini.

¶ His peractis, Pontifex lauat manus cum medulla panis: similiter et ordinati ſacerdotes lauāt manus ſuas cum medulla panis, ⁊ aqua bene mundant, ac extergunt mappulis illis, quibus erāt ligatę, ⁊ aqua ablutionis huiuſmodi proiicitur in ſacrarium. Pontifex manibus lotis, deponit mitram: ſurgit, et amouetur faldiſtorium, ⁊ ad altare conuerſus in cornu epiſtolę, dicit vltimum verſum tractus. ℣.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, ⁊ veritas domini manet in ęternum.

Tum Capellanus aſſiſtens portat librum ad cornu euangelij: et Pontifex ſtās ante medium altaris iunctis manibꝰ, dicit ſecrete:

Munda cor meum ac labia mea omnipotens deus, qui labia Iſaię prophetę calculo mūdaſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare mundare: vt ſanctum euāgelium tuum digne valeam nunciare. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Deinde dicit eodem modo ſtans.

Dominus ſit in corde meo, ⁊ in labijs meis: vt digne, ⁊ cōpetenter annūtiē euāgeliū ſuum.

Et verſus ad cornu euāgelij iunctis manibꝰ dicit itelligibili voce.

Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Signat ſe in fronte, ore, et pectore, dicens.

Sequentia ſancti euangelij ſm Mattheū. ℟. Gloria tibi dñe. c. 17



In illo tēpore. Aſſumpſit Ieſus Petrum et Iacobū, et Iohānem fratrē eius, et duxit illos in montem excelſum ſeorſum, ⁊ trāſfiguratus eſt ante eos. Et reſplēduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyſes ⁊ Elias cum eo loquentes. Reſpondens autē Petrus dixit ad Ieſum. Domine bonum eſt nos hic eſſe. Si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, ⁊ Elię vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos: Et ecce vox de nube dicens. Hic eſt filius

meus

meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, et timuerunt valde. Et acceſſit Jeſus, et tetigit eos: dixitq; eis. Surgite, ꝛ nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos: neminẽ viderunt, niſi ſolum Jeſum. Et deſcendentibus illis de monte, præcepit eis Jeſus dicens. Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis a mortuis reſurgat. Pontifex deoſculatur textum euangelij ꝛ altare, ac verſus ad populũ, dicit. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. et iterum verſus ad altare, dicit. Oremus. Offertorium.

Domine deus ſalutis meæ: in die clamaui, ꝛ nocte coram te: intret oratio mea in conſpectu tuo domine.

CANDELAS OFFERVNT.

Ponitur faldiſtorium ante medium altaris: ꝛ Pontifex accepta mitra ibi ſedet, ꝛ omnes ordinati accedunt bini ꝛ bini, ꝛ coram eo genuflexi: offerunt illi ſingulos cereos, ſiue ſingulas candelas, ꝛ oſculãtur eius manum: primo Preſbyteri: tum diaconi, ſucceſſiue alij ſuo ordine. Accepto ſingulorum offertorio: extrahuntur Pontifici anuli, et lauat manus, quibus abſterſis, reaſſumit anulos, ꝛ ſurgit, ac tollitur faldiſtorium, ꝛ mitra.

¶ Interim Preſbyteri ordinati, retro Pontificem, vel hinc, et inde vbi magis cõmodum erit, in terra genuflexi, habeãt libros Miſſales coram ſe, ſuper ſcabellis, ſeu bancis ordinatis: vbi commode dicere poſſint cum Pontifice ſecretas, et omnia alia de miſſa: prout dicit Pontifex. Qui tamen bene aduertat, quod ſecretas moroſe dicat, ꝛ aliquãtulũm alte: ita, vt ordinati Sacerdotes poſſint ſecum omnia dicere, ꝛ præſertim verba conſecrationis, quæ dici debent eodẽ momento per ordinatos: quo dicunt per Pontificem. Deinum Pontifex verſus ad altare offert patenam cũ hoſtia, ꝛ alijs particulis pro numero ordinatorum, dicens.

Habeant miſſales

Secretas moroſe dicat

PATENAM OFFERT.

Suſcipe ſancte, pater omnipotens, æterne deus, hãc immaculatam hoſtiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi deo meo viuo ꝛ vero, pro innumerabilibus peccatis, ꝛ offenſionibus, ꝛ negligentijs meis, et pro omnibus circunſtantibus: ſed ꝛ pro omnibus fidelibus chriſtianis, viuis atque defunctis: vt mihi ꝛ illis proficiat ad ſalutem in vitam æternam. Amen.

Quando mittit aquam in calicem, dicit.

Deus, qui humanæ ſubſtantiæ dignitatem mirabiliter condidiſti, ꝛ mirabilius reformaſti: da nobis per huius aquæ ꝛ vini myſterium, eius diuinitatis eſſe

conſortes, qui humanitatis noſtrę fidei dignatus eſt particeps Jeſus Chriſtus filius tuus dominus noſter, Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Deinde offert calicem, dicens.

Offerimus tibi domine calicem ſalutaris, tuam deprecantes clementiam: vt in conſpectu diuinę maieſtatis tuę, pro noſtra et pro totius mundi ſalute, cũ odore ſuauitatis aſcẽdat. Amen.

Deinde dicit orationem.

In ſpiritu humilitatis, et in animo contrito ſuſcipiamur a te domine: et ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie: vt placeat tibi domine deus.

Sequitur oratio ſuper hoſtiam, et calicem cum ſigno crucis.

Veni ſanctificator omnipotens ęterne deus: et bene✠dic hoc ſacrificium tuo ſancto nomini pręparatum.

Pontifex accepta mitrá accedit ad cornu epiſtolę: et ſtans lauat manus, dicens.

Lauabo inter innocẽtes manus meas: et circundabo altare tuum domine.

Ut audiã vocẽ laudis tuę: et enarrem vniuerſa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tuę: et locum habitationis glorię tuę.

Ne perdas cum impijs Deus animam meam: et cum viris ſanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me et miſerere mei.

Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicam te domine.

Gloria patri, et filio, et ſpũi ſctõ.

Sicut erat in principio, et nunc, et ſemper, et in ſecula ſclo℞ amen.

Pontifex depoſita mitra inclinat ſe ante medium altaris, et dicit hanc orationem.

Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationẽ, quã tibi offerimꝰ, ob memoriam paſſionis, reſurrectionis, et aſcenſionis Jeſu Chriſti domini noſtri: et ĩ honore beatę Marię ſemper virginis, et beati Johannis Baptiſtę, et ſanctorum apoſtolorum Petri et Pauli, et iſtorum, et omnium ſanctorũ: vt illis proficiat ad honorem: nobis autem ad ſalutem, et illi pro nobis intercedere dignentur in cęlis: quorum memoriam facimus in terris, Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Erigens ſe deoſculatur altare, et vertens ſe ad populum, dicat.

Orate fratres, vt meũ ac veſtrum ſacrificium acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem.

Circunſtantes reſpondeant.

Suſcipiat dominus ſacrificium de manibus tuis, ad laudem et glo-

Digitized by Google

gloriam nominis ſui, ad vtilitatem quoque noſtram: totiuſque eccleſię ſuę ſanctę. Amen.
Deinde Pontifex iterum cõuerſus ad altare, ⁊ extenſis manibus ante pectus, dicit ſecretas. Secr.

PReſentibus ſacrificijs quęſumus domine, ieiunia noſtra ſanctifica: vt quod obſeruantia noſtra profitetur exterius, interius operetur. Quis queſumus domine operare myſterijs: vt hęc munera dignis tibi mentibus offeramus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiuꝫ tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſancti deus, Per oĩa ſecula ſcloꝝ. Amen. Secreta.


EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ꝑ huius ſacramenti virtutem: a cunctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in pręſenti, et gloriam in futuro. Secreta. Oratio.

DEus cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue quęſumus, vt intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorum quos in oratione commendatos ſuſcepimus, ⁊ nomina omnium fidelium beatę prędeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecuꝫ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus,
Deinde itelligibili voce dicit prefationem manibus extenſis.

PEr omnia ſecula ſeculoruꝫ. ℟. Amẽ. ℣. Dominꝰ vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſuꝫ corda. ℟. Habemus ad dominũ. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro. ℟. Dignum et iuſtum eſt.

VEre dignum ⁊ iuſtum eſt: ęquũ ⁊ ſalutare. Nos tibi ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ gratiaſ agere. Domine ſancte, pater omnipotens, ęterne Deus. Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtuteſ largiriſ ⁊ pręmia, Per Chriſtum dominum noſtrum. Per quem maieſtatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremũt poteſtates. Celi celorumqꝫ virtutes ac beata ſeraphim, ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus ⁊ noſtras voces, vt admitti iubeas deprecamur: ſupplici cõfeſſione dicentes.

SAnctus. Sanctus. Sanctus. Dominus deus ſabaoth. Pleni ſunt cęli ⁊ terra gloria tua, Hoſanna in excelſiſ. Benedictuſ qui venit in nomine domini, Hoſanna in excelſis.



Digitized by Google











Inclinatus Pontifex iunctis manibus, dicit.



TE igit̃ clementiſſime pater, per Jeſuz Chriſtum filium tuum dominum noſtrum, ſupplices rogamus ac petimus. Hic oſculatur altare deide erectis manibus dicit. Vti accepta habeas ⁊ benedicas. Hic ter ſignet tam ſuper hoſtiā quam ſup calicē. Hęc ✠ dona, hęc ✠ munera, hęc ✠ ſctā ſacrificia illibata: in primis, quę tibi offerim⁹ pro eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, ⁊ regere digneris: toto orbe terrarum, vna cum famulo tuo Papa noſtro. N. ⁊ me indigno ſeruo tuo et omnibus orthodoxis, atque catholicę ⁊ apoſtolicę fidei cultoribus.




Commemoratio pro viuis.

MEmento domine famulorum famularumq; tuarum N. ⁊ omnium circunſtantiũ, quorum tibi fides cognita eſt ⁊ nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis: pro ſe, ſuiſq; omnibus, pro redemptione aĩarum ſuarũ, pro ſpe ſalutis ⁊ incolumitatis ſue: tibiq; reddũt vota ſua, eterno deo viuo et vero. Actio.

COmmunicãtes ⁊ memoriã; venerantes. In primis glorioſe ſemperq; v̾ginis Marie, genitricis dei, ⁊ dñi nr̃i Jeſu chriſti. Sed ⁊ beator apl̃or ac martyrũ tuor Petri ⁊ Pauli, Andree, Jacobi, Johãnis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis, et Thadei, Lini, Cleti, Clemẽtis, Sixti, Cornelij, Cipriani, Laurẽtij, Chriſogoni, Johãnis et Pauli, Coſme et Damiani: et oĩu; ſanctor tuor, quorũ meritis precibuſq; concedas: vt ĩ oĩbus ꝓtectionis tue muniamur auxilio. Per eundẽ Chriſtũ dñm nr̃m. Amen. Infra actionẽ.

HAnc igitur oblationẽ ſeruitutis nr̃e, ſed ⁊ cũcte familie tue q̃s domine: vt placatus accipias: dieſq; noſtros in tua pace diſponas, atq; ab eterna dãnatione nos eripi, ⁊ in electorum tuor iubeas grege numerari. Per Chr̃m dñm nr̃m. Amen. Oratio.

QUam oblationem tu deus in omnibus queſumus. Hic ſignet ter ta; ſup hoſtiam q; ſup calicẽ dicens. bene ✠ dicta;, aſcri ✠ ptã, ra ✠ tã, rationabilẽ, acceptabilẽq; facere digneris, vt nobis Hic ſup hoſtiam ſemel ſignet, ⁊ ſup calicem ſemel dicens. Cor ✠ pus, ⁊ ſan ✠ guis fiat dilectiſſimi filij tui domini noſtri ieſu Chriſti. Hic accipit hoſtiam in manibus, et eleuatis ſurſum oculis benedicit eam, dicens.

QUi pridie q̃; patere, accepit panẽ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: ⁊ eleuatis oculis in celum, ad te deũ patrẽ ſuu; oĩpotentem, tibi gr̃as agens, bene ✠ dixit, fregit, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ mãducate ex hoc omnes.

Hoc eſt eni; corpus meum.

Hic corp⁹ chr̃i leuat adeo vt a circũſtantib⁹ poſſit videri. Et depoſita hoſtia, calicem manibus accipiẽs, gratias agẽs bñdicit, dicẽs:

SImili modo poſtq̃; cenatu; eſt, accipiens ⁊ hunc preclarum calice; in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: Item tibi gratias agens: bene ✠ dixit, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes.

Hic eſt eni; calix ſanguinis mei: noui et eterni teſtamẽti: myſteriu; fidei: qui pro

vobis

Digitized by Google

vobis ⁊ pro multis effundetur in remiſſionem peccatorū.

Hec quotieſcunq; feceritis, in mei memoriam facietis.

Hic deponit calicē, deinde dicit.

Unde et memores domine nos ſerui tui, ſed ⁊ plebs tua ſancta, Chriſti filij tui domini noſtri, tam beatę paſſionis, nec non ⁊ ab inferis reſurrectionis: ſed ⁊ in cęlos glorioſę aſcenſionis, offerimus pręclarę maieſtati tuę de tuis donis ac datis.

Hic ter ſignet ſuper corpus ⁊ ſanguinem, et deinde ſuper corpus ſemel: ⁊ itidem ſuper ſanguinem dicens. Hoſtiam ✠ purā, hoſtiā ✠ ſanctā, hoſtiam ✠ imaculatā, panem ✠ ſanctum vitę ęternę, et calicē ✠ ſalutis perpetuę. Orō.

Supra quę propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, et accepta habere ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, ⁊ ſacrificium patriarchę noſtri Abrahę: ⁊ qđ tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum ſacrificium immaculatam hoſtiam.

Hic inclinet ſe, ⁊ dicat.

Supplices te rogamus omnipotens deus, iube hęc perferri per manus ſancti angeli tui, in ſublime altare tuū, in conſpectu diuinę maieſtatis tuę. Hic erigit ſe et oſculato altari dicit. Vt quotquot ex hac altaris participatione ſacro ſanctum filij tui

Hic ſuper hoſtiam et deinde ſuper calicem ſignet dicens. Corpus ✠ ⁊ ſan ✠ guinē ſumpſerimus.

Hic ſeipſum ſignet, dicēs. omni benedictione cęleſti, ⁊ gratia repleamur, Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis.

Memento etiam domine famulorū famularumq; tuarum. N. qui nos pręceſſerunt cū ſigno fidei, ⁊ dormiunt in ſomno pacis: ipſis domine et omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij lucis ⁊ pacis, vt indulgeas deprecamur, Per eundem Chriſtum dominum nrm. Amē.

Hic percutiat pectus ſuum aliquantulum altius dicens.

Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis, de multitudine miſerationum tuarū ſperantibus, partem aliquam ⁊ ſocietatem donare digneris, cum tuis ſanctis apoſtolis ⁊ martyribus, cum Johanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anaſtaſia. Et omnibus ſanctis tuis, intra quorum nos conſortium, non ęſtimator meriti, ſed venię, quęſumus largitor admitte. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Per quem hęc omnia domine ſemper bona creas.

Hic ſignet ter tam ſuper hoſtiā quā ſuper calicem, dicens. ſancti ✠ ficas,

ficas, viui ✠ ficas, bene ✠ dicis ⁊
ꝓſtas nobis. Hic diſcooperiat
calicem, ⁊ accepta hoſtia, ter cum
ea ſignet ſuper ſanguiné, dicens.
Per ip ✠ ſum, ⁊ cu; ip ✠ ſo, ⁊ in
ip ✠ ſo, Hic cum ipſa hoſtia bis
inter ſe, et calicem ſignet dicens.
eſt tibi deo patri ✠ oipotenti, in
vnitate ſpiritus ✠ ſancti, omnis
honor ⁊ gloria. Hic cum dexte-
ra manu hoſtiam tenens: calicé
deinde erigat cum vtraque ma-
nu dicens.

PEr omnia ſecula ſeculorum,
℟. Amen. Hic reponit ho-
ſtiã, ⁊ calicé ipſum cooperit dicés.

Oremus. Preceptis ſalutarib⁹
moniti, et diuina inſtitutione for-
mati, audemus dicere. Pater
noſter qui es in cęlis: ſanctifice-
tur nomen tuum. Adueniat re-
gnum tuum. Fiat voluntas tua:
ſicut in cęlo ⁊ in terra. Pané no-
ſtrum quotidianum da nobis ho-
die. Et dimitte nobis debita no-
ſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debi-
toribus noſtris. Et ne nos indu-
cas in tentationem. ℟. Sed libe-
re nos a malo. Amé. Deide dicit.

LIbera nos quęſum⁹ domi-
ne ab omnibus malis, prę-
teritis, pręſentibus, ⁊ futuris, et
intercedéte beata ⁊ glorioſa ſem-
per virgine dei genitrice Maria,
⁊ beatis apoſtolis tuis Petro et
Paulo, atq; Andrea, ⁊ omnibus
ſanctis: da propitius pacé in die-
bus nr̃is, vt ope miſericordię tuę
adiuti, ⁊ a peccato ſimus ſemp li-
beri, ⁊ ab oi perturbatiõe ſecuri.

Hic accipit patenam dextera ma-
nu, ⁊ cũ ea ſe ſignat: ⁊ eandé ſub-
mittens hoſtię, ponit hoſtiam in
patena, ⁊ diſcooperto calice reue-
renter hoſtiam per mediũ ſuper
calicem frangit, dicens. Per eun-
dem dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filium tuum. Et me-
diam parte; quam dextera tenet,
ponit in patena. Et de illa quã te-
net in ſiniſtra, frangit particula;,
⁊ medię parti, quę eſt in patena
adiungit, dicens. Qui tecum vi-
uit ⁊ regnat in vnitate ſpirit⁹ ſan-
cti deus, Reliquam vero parte;
dexterę ſuper calicé tenens Pon-
tifex calice deinde parum eleua-
to, dicit. Per omnia ſecula ſecu-
lorum. ℟. Amen. Hic calice de-
poſito, ter cum particulã illa ſi-
gnat ſuper calicem tantũ, dicens.
Pax ✠ dñi ſit ✠ ſemper vobiſ-
✠ cum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
Hic ponat particulam hoſtię
in ſanguine, dicens.

FIat commixtio ⁊ conſecra-
tio corporis ⁊ ſanguinis do-
mini noſtri Jeſu Chriſti, accipié-
tibus nobis in vitam ęternam.
Amen. Deinde dicit.

AGnus dei, qui tollis peccata
mundi: miſerere nobis.
Agnus dei, q tollis peccata mun-
di: miſerere nobis.
Agnus dei, q tollis peccata mun-
di: dona nobis pacem.
Hic inclinat ſe ante corpus
Domini, dicens.

DOmine Jeſu Chriſte, qui
dixiſti apoſtolis tuis: pace;
meã

meam do vobis, pacem relinquo vobis, ne reſpicias peccata mea, ſed fidem eccleſię tuę: eamq́ȝ ſecundum voluntatem tuam pacificare, ꝛ coadunare dignare. Qui viuis ꝛ regnas deus, Per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Pontifex oſculatur altare et dat pꝛimo ex ſingulis oꝛdinatis cuiuſlibet oꝛdinis ad euȝ ſucceſſiue accedenti: ꝛ altare pꝛius ad dextrã Pontificis deoſculãti, pacẽ dicẽs.

Pax tecum. Cui ille reſpondet. Et cum ſpiritu tuo. Et quilibet illoꝛum dat ſequenti ſui oꝛdinis ſecum oꝛdinato: ꝛ ille alteri, et ſic vſque ad vltimum continuat: ſi autem oꝛdinatoꝛũ paruus ſit numerus, Põtifex poterit dare pacem ſingulis. Quibus peractis Pontifex iterum inclinatus ante coꝛpus Chꝛiſti, dicit.

Domine Jeſu Chꝛiſte, fili dei viui, qui ex volũtate patris cooperante ſpiritu ſancto: ꝑ moꝛtem tuam mundum viuificaſti, libera me per hoc ſacrum coꝛpus ꝛ ſanguinem tuum ab omnibꝰ iniquitatibus meis, ꝛ vniuerſis malis, ꝛ fac me tuis ſemper inhęrere mandatis, ꝛ a te nunq́ȝ ſeparari permittas. Qui cum eodem deo patre, ꝛ ſpiritu ſancto viuis ꝛ regnas in ſecula ſeculoꝛuȝ. Amen.

Perceptio coꝛpoꝛis tui domine Jeſu chꝛiſte, qđ ego indignꝰ ſumere pꝛęſumo, non mihi pꝛoueniat in iudicium et cõdemnationẽ, ſed pꝛo tua pietate pꝛoſit mihi ad tutamentum mentis ꝛ coꝛpoꝛis, et ad medelam percipiendam. Qui viuis ꝛ regnas cũ deo patre in vnitate ſpũs ſancti deus, Per oĩa ſecula ſeculoꝛum.

Hic accipit patenam cum coꝛpoꝛe Chꝛiſti, ꝛ cum maxima humilitate et reuerentia, dicit.

Panem cęleſtem accipiam, ꝛ nomen domini inuocabo. Hic percutiat pectus ſuum, ter dicens.

Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, et ſanabitur anima mea.

Hic ſumat coꝛpus reuerenter, ſignans ſe illo, dicens.

Coꝛpus domini noſtri Jeſu Chꝛiſti, cuſtodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

Hic poſtea ſi quid remanſerit in patena, cum digito reponit in calicem: ꝛ cum reuerentia deinde accipit calicem ipſum, dicens.

Quid retribuaȝ domino, pꝛo omnibus quę retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, ꝛ nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum, et ab inimicis meis ſaluus ero. Hic ſumat ſanguinẽ: ſignãs ſe ipſo, dicẽs

Sanguis domini noſtri Jeſu Chꝛiſti, cuſtodiat animaȝ meam in vitam ęternam: Amen.

COMMVNICATVRI ACCEDANT.

Et priuſq́ȝ digitos abluat, accedunt ad altare omnes ad ſacros oꝛdines pꝛomoti. Pꝛimo Pꝛeſbyteri, deinde Diaconi, tandẽ Subdiaconi, quibus oꝛdinate diſpoſitis

ſitis ꝛ genuflexis, Pontifex facta reuerentia ſacramēto ꝛ aliquantulum verſus cornu euangelij, ſe retrahens, ad eos ſe conuertit, ꝛ ſinguli ex Diaconis ꝛ Subdiaconis, dicunt ſubmiſſa voce.

Confiteor deo omnipotēti. ꝛc.

Et Pōtifex ſtans capite detecto, verſus ad eos, dicit itelligibili voce

Miſereatur veſtri omnipotens deus, ꝛ dimiſſis omnibus peccatis veſtris, ꝑducat vos ad vitam ęternam. ℟. Amen.

Indulgentiam abſolutionem, ꝛ remiſſionem peccatorum veſtrorum, tribuat vobis omnipotens ꝛ miſericors dominus. ℟. Amē.

Et manu dextra ſignū crucis ſuper eos communiter producit.

Nō pſbyteris, ſed ceteris dat abſolutio.

¶ Preſbyteri ante communionem non dicunt confeſſionē nec datur eis abſolutio, quia concelebrāt Pontifici: propterea ſi nō ſunt alii ordinati, cōfeſſio ꝛ abſolutio prędictę omittuntur. Tum accedunt ad ſupremum gradum altaris bini ꝛ bini. Pontifex vero verſus ad altare facit reuerentiam ſacramento, ꝛ ponit plures hoſtias conſecratas ſuper patenam, quam ori cuiuſlibet communicandi ſupponit: ꝛ ſingulos cōmunicat, cuilibet dicens.

Corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat te, et perducat in vitam ęternam.

Quilibet reſpondet. **Amen.**

Et priuſq̄ cōmunionem ſumat, manum Pontificis hoſtiā tenentem oſculatur. Unus miniſtrorū Pontificis ſtat iuxta cornu epiſtolę altaris: calicē habens, non illum cum quo Pontifex celebrauit, ſed alium cum vino, ꝛ mappulam mundā in manibus, ad quē ſinguli cōmunicati accedunt, ꝛ ſe purificant, os extergūt, ꝛ ad partem ſe locant. Omnibus cōmunicatis Pontifex extergit patenā ſuper calicē ſuū, ꝛ ſup cū digitos abluit: ꝛ ſumit ablutionē, dicens.

Se purificant

Quod ore ſumpſimus domine, pura mente capiamus ꝛ de munere temporali, fiat nobis remedium ſempiternū. Corpus tuū domine, quod ſumpſi, ꝛ ſanguis quem potaui adhęreat viſceribus meis ꝛ pręſta: vt in me non remaneat ſcelerum macula, quem pura et ſancta refecerunt ſacramenta, Qui viuis ꝛ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus, Per oīa ſc̄la ſeculorū.

Deide accipit mitrā ꝛ lauat man⁹

¶ Pōtifex lotis manibus mitra depoſita, ſtans in cornu epiſtolę altaris, verſus ad illud, dicit infraſcriptum **Reſponſorium.**

Quod quidem omittitur cum reliquis, quę ſequuntur vſq̄ ad cōmunionem excluſiue, ſi non ordinauit aliquē ad pſbyteratum. ℟.

Omittit cū non ordinantur Presbyt.

Iam non dicā vos ſeruos ſed amicos meos, quia omnia cognouiſtis, quę operatus ſum in medio veſtri. Accipite ſpiritum ſanctum in vobis paraclitum, Ille eſt quem pater mittet vobis. ℣. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quę ego pręcipio vobis. Accipite ſpiritum ſanctum in vobis paraclitum. ℣.

Gloria

Digitized by Google

Gloria patri, & filio & ſpiritui ſancto. Ille eſt quem pater mittet vobis.

Dicto reſponſorio, Pontifex accepta mitra, vertit ſe ad ordinatos ſacerdotes, qui ante altare coram ipſo ſtantes, ſimul profitentur fidem, quam prędicaturi ſunt, dicentes.

Omnes dicunt. **Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cęli, & terrę. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dnm noſtrum. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria vgine. Paſſus ſub pōtio Pilato, crucifixus mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad cęlos, ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis: Inde venturus eſt iudicare viuos et mortuos.**

Credo in ſpiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicam. Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Et vitā ęternā. Amē.

Sedet cū mitra. Quo finito Pontifex cum mitra ſedens ſupra faldiſtoriū ante mediū altaris: imponit ambas manus ſuper capita ſingulorum, coram eo genuflectentiū, dicēs cuilibet.

MANVS SVPER CAPVT.

Accipe ſpiritum ſanctū, quorum remiſeris peccata remittuntur eis, et quorum retinueris retenta ſunt.

CASVLAM EXPLICAT.

Deinde explicans caſulam quam vnuſquiſque habet ſuper humeros complicatam: induit illa quēlibet ſingulis, dicens.

Stola innocētię induat te dns.

Et mox vnuſquiſq; iterum ad Pontificem accedit, & genuflexus ponit manus ſuas iunctas, inter manus Pontificis, dicētis cuilibet.

Promittis mihi & ſucceſſoribus meis reuerentiā & obedientiam? Et ille reſpondet. **Promitto.** Si vero Pontifex non eſt ſuus dioceſanus ſeu ordinarius, dicit ſingulis cū manus eorū inter ſuas tenet, vt prefert.

Promittis Pontifici ordinario tuo pro tempore exiſtenti, reuerentiam et obedientiam? Et ille reſpondet. **Promitto.**

Tum Pontifex tenens manus illius inter ſuas, oſculatur vnumquēq; dicēs. **Pax domini ſit ſemper tecum.** Et ille rndet. **Amen.**

His expletis, & omnibus ad ordinem ſuū reuerſis: Pontifex ſedens cū mitra, dicit ad eos ſtātes.

Quia res quam tractaturi eſtis, ſatis periculoſa eſt fratres chariſſimi, moneo vos diligenter: vt honeſte totius miſſę ordinem, & hoſtię cōſecrationem & fractionem atq; communionē, ab alijs iam doctis ſacerdotibus diſcatis, priuſquam ad celebrandum miſſam accedatis.

Poſt hęc Pontifex depoſita mitra ſurgit, & amoto faldiſtorio cōuertitur ad altare, & in cornu epiſtolę dicit communionem.

Ordi

¶ Ordinati Sacerdotes retro Pontificem in locis ſuis genuflexi, perficiunt ſecrete cum Pontifice miſſam. Communio.

Domine deus in te ſperaui: libera me ab omnibus perſequentibus me, ⁊ eripe me. Deinde oſculat altare in medio, ⁊ conuerſus ad populū, dicit. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpū tuo. Et iterum verſus ad altare, dicit Oremus. Poſtcommunio.

Sanctificationibus tuis omnipotēs deus, ⁊ vitia noſtra curentur, ⁊ remedia nobis eterna proueniant. Quos tuis domine reficis ſacramentis, continuis attolle benignus auxilijs: vt tuę redemptionis effectum, et myſterijs capiamus ⁊ moribus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amē. Oremus. Oro.

Mundet ⁊ muniat nos queſumus domine diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus ſanctis, a cunctis nos reddat, et peruerſitatibus expiatos, et aduerſitatibus expeditos. Purificent nos queſumus omnipotens ⁊ miſericors deus ſacramenta quę ſumpſimus, ⁊ intercedentibus omnibus ſanctis tuis pręſta: vt hoc tuū ſacramentum non ſit nobis reatus ad penam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam, ſit ablutio ſcelerū, ſit fortitudo fragiliū, ſit contra omnia mundi pericula firmamētū, ſit viuorum atq; mortuorum fidelium remiſſio omnium delictorū. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuū: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Deinde dicit: Oremus. Et ſic ſtans verſus ad altare aliquantulū caput inclinans, dicit. Humiliate capita vr̄a deo. Oro.

Fideles tuos deus benedictio deſiderata confirmet, quę eos, ⁊ a tua voluntate nunq̄ faciat diſcrepare, et tuis ſemper indulgeat beneficijs gratulari. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Et deoſculato altari in medio, verſus ad populum dicit. ℣ſus. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Et conuerſus ad altare, dicit. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Deinde aliquantulum inclinatus, dicit.

Placeat tibi ſancta Trinitas obſequium ſeruitutis meę ⁊ pręſta: vt ſacrificium, quod oculis tuę maieſtatis indignus obtuli, tibi ſit acceptabile, mihiq; ⁊ oībus pro quibus illud obtuli, ſit te miſerante propitiabile. Per

Chriſtum

Digitized by Google

Chriſtum dñm noſtrum. Amen. Quo dicto Pontifex accepta mitra, et baculo paſtorali, vertit ſe ad ordinatos: ⁊ ſtans hortatur eos communiter ſub his verbis, dicens.

Fratres chariſſimi, diligenter conſiderate ordinez per vos ſuſceptum, ac onuſ humeris veſtris impoſitum: ſtudete ſancte ⁊ religioſe viuere, omnipotenti deo placere: vt gratiam ſuā poſſitis acquirere, quam ipſe vobis per ſuam miſericordiam cōcedere dignetur. Singuli ad primam tonſuram, vel ad quatuor minores ordines promoti: dicite ſemel ſeptem pſalmos penitentials cū Litanijs, verſiculis, ⁊ orationib⁹. Ad ſubdiaconatum vel diaconatum, nocturnū talis diei. Ad preſbyteratum vero ordinati, poſt primam ſuam miſſam, in tribus immediate tunc ſequētibus diebus, tres alias miſſas: videlicet. Unam de ſpiritu ſancto, Aliam de beata Maria ſemper virgine. Tertiam pro fidelibus defunctis dicite. Et omnipotentem Deum etiam pro me orate. Quod illi deuote ſuſcipiunt, ⁊ reſpondent ſe facturos. Poſtremo benedicit eis genuflectentibus, verſus ad illos, dicens.

Benedictio dei omnipotentis pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper vos, vt ſitis benedicti in ordine ſacerdotali, ⁊ offeratis placabiles hoſtias pro peccatis atq; offenſionibus populi, omnipotenti deo, cui eſt honor et gloria in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Tum Pontifex conuertens ſe ad altare, dicit. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Initium ſancti euangelij ſecundum Johannem. In principio erat verbum, ⁊ verbum erat. ⁊c. Signat altare ⁊ ſe, et reuertitur interim cum euangelium ipſum dicit ad faldiſtorium ſuum, vbi exuitur ſacris veſtibus. Ordinati etiam ad Preſbyteratum dicunt idem euangelium, ⁊ in locis conuenientibus, ſacras veſtes deponunt, ⁊ cum eis alij ordinati. Si vero Pontifex non ordinauit aliquem ad Preſbyteratum, dicto per eum Placeat. accepta mitra, dat benedictionem ſolitā, dicens. Sit nomen domini. ⁊c. Tum admonet ordinatos, vt ſupra dictum eſt omittens partem Preſbiteros concernentem: tum conuerſus ad altare, dicit. Dominus vobiſcum. et alia, vt ſupra.

Miſſa Sabbathi ante Dominicam de Paſsione.

In quo fiunt ordinationes generales, Cum ſacris ordinibus præinſertis.

Pontifex ſi voluerit eccleſiaſticos ordines conferre, ⁊ pro maiori commoditate miſſam plane, et ſine cantu celebrare, Antequā ad ordinationem procedat, Debet prius omnia aduertere, conſiderare, et diligenter obſeruare, vt ſupra notata ſunt ante miſſam ſabbathi quatuor temporum de Aduentu: et eo ordine procedere vſque ad Introitum miſſę excluſiue: Et demum in nomine domini ad ordinationem, vt infra procedat.

Ad Miſſam, Introitus.



Sitientes venite ad aquas dicit dominus: ⁊ qui non habetis preciū: venite et bibite cum letitia. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Et repetit Intro. Sitientes.



PRO CLERICIS.

Ponitur faldiſtorium ante medium altaris, ⁊ Pontifex accipiens mitram, ibi ſedet renibus altari verſis. Et Archidiaconus vocat ordinandos, dicens.

Accedant qui ordinādi ſunt ad primam tonſuram.

Tunc notarius ſingulos noīatim legit. Et qlibet noīatꝰ rñdet. Adſum dñe. Quibus ante altare coram Pontifice in faldiſtorio cū mitra ſedēte genuflexis. Legit mandatū interdicti: vt ſupra. f. 8. ℟. Reuerendus in Chriſto pr̄. ⁊c. Quo facto, ſurgit Pōtifex, ⁊ ſtās cū mitra, dicit. ℣. Adiutoriū nr̄m in noīe dñi. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Sit nomen domini benedictum: ℟. Ex hoc, nunc, et vſque in ſeculum.

Oremus

OReműs dilectiſſimi fratres, dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, pro his famulis ſuis, qui ad deponendas comas capitum ſuorum pro eius amore feſtinant: vt donet eis ſpũm ſanctuꝫ, qui habitũ religionis in eis perpetuo conſeruet, ⁊ a mundi impedimento ac ſeculari deſiderio corda eorũ defendat: vt ſicut immutantur in vultibꝰ, ita dextera manus eius virtutis tribuat eis incrementa, ⁊ ab omni cęcitate ſpirituali ⁊ humana, oculos eorum aperiat, ⁊ ęternę gratię lumẽ eis concedat, Qui viuit ⁊ regnat cuꝫ deo patre, in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus, Per omnia ſecula ſeculorum.

Poſt hęc ſedet Pontifex et legit antiphonam ⁊ pſalmum. Aña.

Tu es domine qui reſtitues hereditateꝫ meam mihi. Pſalmus.

Legit alternatim cum aſſiſtente.

Conſerua me domine, quoniam ſperaui in te: dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatę ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus nec memor ero nominum eorum per labia mea. Et repetit antiphonã.

Tu es domine qui reſtitues hereditatem meam mihi.

Deinde Pontifex cuꝫ forficibus incidit vnicuiqꝫ extremitates capillorum in quatuor locis: videlicet in fronte, in occipitio, ⁊ ad vtrãqꝫ aurem. Deinde in medio capitis tres crines capillorũ ſiue cincinnos, ⁊ in bacile deponit, et quilibet cum tondetur, dicit.

Capillorum ſũmitates in qnque locis incidit.



CAPILLOS INCIDIT.

Dominus pars hereditatis meę ⁊ calicis mei, tu es qui reſtitues hereditatem meã mihi.

Quilibet dicit.

Omnibus tõſis, mitra depoſita, ſurgit Pontifex, et ſtans verſus ad illos, dicit. Oremus.

Sine mitra.

Preſta quęſumus oĩpotens deus, vt hi famuli tui, quorũ hodie comas capitum pro amore diuino depoſuimꝰ: in tua dilectione perpetuo maneant, ⁊ eos ſine macula gratia tua in ſempiternum cuſtodias, Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Cum Pontifex accepta mitra ſedet ac dicit añ. ⁊ pſal. adiuuantibus eum Capellanis. Aña.

Hi accipient benedictiones a domino, ⁊ miſericordiã a deo ſalutari ſuo: quia hec eſt generatio quęrentium dñm. Pſal.

Domini eſt terra, et plenitudo eius: orbis terrarum, et vniuerſi qui habitant in eo.

Digitized by Google

Quia ipſe ſup maria fundauit eũ: ⁊ ſup flumina preparauit eũ.
Quis aſcẽdet in montẽ dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?
Innocens manibus, ⁊ mundo corde: qui nõ accepit in vano animam ſuam: nec iurauit in dolo proximo ſuo.
Hic accipiet benedictionem a domino: ⁊ miſericordiam a Deo ſalutari ſuo.
Hec eſt generatio querentium eũ: querentiũ faciem dei Jacob.
Attollite portas principes veſtras: et eleuamini porte eternales, ⁊ introibit rex glorie.
Quis eſt iſte rex glorie? dominus fortis, ⁊ potens: dominus potens in prelio.
Attollite portas principes veſtras, et eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glorie.
Quis eſt iſte rex glorie? domin⁹ virtutum ipſe eſt rex glorie.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpũi ſctõ.
Sicut erat in principio, ⁊ nũc, ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amẽ.
Deinde repetit totã antiphonã.
Hi accipient benedictionez a domino, ⁊ miſericordiam a deo ſalutari ſuo: quia hec eſt generatio querentim dominum.
Pontifex ſine mitra ſurgit, et ad altare cõuerſus, dicit. Oremus.
Flectamus genua. ℟. Leuate.
Et mox ad tonſos genuflexos verſus Pontifex, dicit.

Ad tonſos dicit.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, ⁊ hos famulos tuos, bene✠dicere dignare, quibus in tuo nomine ſancto, habitum ſancte religionis imponimus: vt te largiente, ⁊ deuoti in eccleſia tua perſiſtere, ⁊ vitã percipere mereantur eternã. Per chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.
Tum Pontifex ſedet cum mitra, ⁊ accipiens in manum ſuperpellicium, dicit ſingulis.



SVPERPELLICIVM INDVIT.

Induat te dominus nouum hominem, qui ſecundũ deũ creatus eſt, in iuſtitia ⁊ ſanctitate veritatis. Et mox imponit illud ſeriatim cuilibet, repetendo.
Induat te dominus nouum, ⁊c.
Immittens vſque ad ſcapulas, ⁊ immediate trahens, ſi vnum tantum ſit ſuperpellicium, ſicq; facit vſq; ad vltimum, qui eo totaliter induitur. Si vero quiſq; ſuum ſuperpellicium habeat, ſinguli totaliter iduunt. Quo expedito ſine mitra ſurgit Pontifex: ⁊ verſus ad illos, dicit. Oremus. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus propitiare peccatis noſtris, ⁊ ab omni ſeruitute ſecularis habitus hos famulos tuos emunda: vt dum ignominiam ſecularis habit⁹ deponũt, tua ſemp

in

in eum gratia perfruantur, ⁊ ſicut ſimilitudinem coronę tuę eos geſtare facimus in capitibus: ſic tua virtute hereditatē tuam ſubſequi mereantur ęternam in cordibus, Per dñm nrm Jeſum chriſtū filium tuum: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſancti deꝰ, Per oia ſecula ſeculorum. Amen.

Cū mitra. Deinde ſedens cum mitra, admonet eos ſub his verbis, dicens.

Filij chariſſimi animaduertere debetis, ꝙ hodie de ſorte eccleſię facti eſtis, ⁊ priuilegia clericalia ſortiti eſtis. Cauete igitur ne propter culpas veſtras illa perdatis, ⁊ habitu honeſto, bonisque moribus ac operibus Deo placere ſtudeatis. Quod ipſe vobis agere concedat: per ſpiritum ſanctum ſuum. Amen.

Tum ſuggerente Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

Sine mitra. ¶ Poſt hęc ſurgit Pontifex, et depoſita mitra, verſus ad altare in cornu epiſtolę, dicit.

Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.

PRO OSTIARIIS, Parentur claues Eccleſię.

Pontifex accepta mitra, accedit ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: ⁊ ibi ſedet renibus altari verſis. Et Archidiaconꝰ vocat ordinādos, dicens.

Accedant qui ordinādi ſunt ad officium oſtiariorum.

Et mox notarius ſingulos nominatim legit. Et quilibet reſpōdet. Adſum domine. Omnibus in ſuperpellicijs cum candelis in manibus coram Pontifice genu flexis. Legitur mandatum interdicti: vt ſupra. fo. 8. Reuerendus in Chriſto pater, ⁊ dominus. ⁊c.

Deinde Pontifex inſtruit, et admonet illos, dicens:

Suſcepturi filij chariſſimi officium oſtiariorum: videte, quę in domo dei agere debeatis, oſtiarium oportet percutere cymbalum et campanam, aperire eccleſiam, et ſacrarium, et librum aperire ei, qui prędicat. Prouidete igitur ne per negligentiam veſtram, illarum rerum, quę intra eccleſiam ſunt aliquid depereat: certiſque horis domum dei aperiatis fidelibꝰ, ⁊ ſemper claudatis infidelibus. Studete etiam vt ſicut materialibus clauibus eccleſiam viſibilem aperitis, et clauditis: ſic et inuiſibilem domum Dei, corda ſcilicet fidelium, dictis et exemplis veſtris, claudatis diabolo, et aperiatis Deo: vt diuina verba, quę audierint, corde retineant, et opere compleant, quod in vobis dominus perficiat per miſericordiam ſuam.

Deinde Pontifex claues eccleſię de manibus miniſtri recipiens illas manu dextera tenens, ⁊ illis oſtendens, dicit

Digitized by Google



CLAVES CONSIGNAT.

Sic agite quaſi reddituri deo rationem pro his rebus, que his clauibus recluduntur.

Ordinandus tangit claues. Et in hoc imprimitur character.

Et mox quilibet eorum ad ſe acce/dentem, manu dextera tangit cla/ues, tradente Pontifice claues ipſas. Poſt hec Archidiaconus ducit eos ad oſtium eccleſie, et facit il/los claudere et aperire oſtium, tradit etiam eis funes campanarum, fa/ciens eos pulſare campanas. Deinde reducit ad Pontificem, qui/bus genuflexis, Pontifex erectus verſus ad populum dicit.

Cũ mitra ſtando.

Deum patrem omnipoten/tem fratres chariſſimi ſup/pliciter deprecemur, vt hos fa/mulos ſuos bene✠dicere di/gnetur, quos in officium oſtiario/rum eligere dignatus eſt: vt ſit eis fideliſſima cura in domo Dei diebus ac noctibus, ad diſtinctio/nem certarum horarum ad inuo/candum nomẽ domini Jeſu chri/ſti, adiuuante eodem domino no/ſtro Jeſu Chriſto: qui cum pa/tre et ſpiritu ſancto viuit et re/gnat Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Oremus. Flectamus genua.

Sine mitra.

Leuate.

Domine ſancte, pater omni/potens, eterne de⁹, bene✠dicere dignare hos famulos tu/os in officium oſtiariorum: vt in/ter ianitores eccleſie tue pa/reant obſequiis, et inter electos tuos partem tue mereantur ha/bere mercedis. Per dominum no/ſtrum Jeſum chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnita/te ſpiritus ſancti Deus. Per om/nia ſecula ſeculorum. Amen.

Poſt hec ministri ſinguli cum Ar/chidiacono redeant ad loca ſua.

Ordinati ad locum ſuum redeunt.

PRO LECTORIBVS.

Paretur liber lectionum.

Pontifex ſedet ibidem ſu/per faldiſtorium cum mi/tra, et Archidiaconus vo/cat ordinandos, dicens.

Accedant qui ordinandi ſunt ad officium Lectorum.

Et mox nominantur per nota/rium, vt ſupra dictum eſt: quibus coram Pontifice cum candelis in manibus genuflexis: legitur mandatum interdicti: vt ſupra fol.8. Reuerendus in Chriſto pater, et dominus: dominus etc. Deinde Pontifex admonet eos, et inſtruit, dicens.

ADMONITIO AD LECTORES.

Electi fratres chariſſimi, vt ſitis lectores in domo Dei noſtri, officium veſtrum agnoſcite, et implete. Potens eſt enim Deus, vt augeat vobis gratiam perfectionis ęternę. Lectorem ſiquidem oportet legere ea, quę prędicat, et lectiones cantare, et benedicere panem, & omnes fructus nouos. Studete igitur verba dei: videlicet lectiones ſacras, diſtincte et aperte ad intelligentiam, et ędificationem fidelium, abſque omni mendacio falſitatis proferre: ne veritas diuinarum lectionum, incuria veſtra ad inſtructionem audientiuꝫ, corrumpatur. Quod autem ore legitis, corde credatis, atque opere compleatis: quatenus auditores veſtros, verbo pariter, et exemplo veſtro docere poſſitis. Ideoque dum legitis, in alto loco eccleſię ſtetis: vt ab omnibus videamini, et audiamini: figurantes poſitione corporali, vos in alto virtutum gradu, debere conuerſari: quatenus cunctis a quibus audimini et videmini, cęleſtis vitę formam prębeatis, quod in vobis Deus impleat per gratiam ſuam.

Porrigit lectionarium.

Deinde Pontifex accipiens & tenens in manibus, et eis oſtendēs codicem, ſiue lectionariuꝫ, de quo lecturi ſunt, dicit.



LIBRVM TRADIT.

Accipite & eſtote verbi dei relatores, habituri ſi fideliter, & vtiliter impleueritis officiū veſtrū, partē cum his, q verbum dei bene miniſtrauerunt ab initio.

Et mox ſucceſſiue cuilibet ad eū accedenti, & manu dextra tangenti tradit librum ipſuꝫ tangendū. Quibꝰ expeditis, Pontifex ſtās cum mitra verſus ad eos genuflexos, dicit.

Oremus dilectiſſimi, Deum patrem omnipotentem: vt ſuper hos famulos ſuos, quos in ordine lectorum dignatur aſſumere, bene✠dictionem ſuā clementer infundat: quatenus diſtincte legant, quę in eccleſia Dei legenda ſunt, & eadem operibus impleant, Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium ſuū: qui cum eo viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, Per omnia ſecula ſeculorum.

Tum Pontifex mitra depoſita ſtans conuerſus ad altare, dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Deinde conuerſus ad ordinatos genuflexos, dicit ſine mitra.

Domine ſancte, pater oīpotens, eterne deus, bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos in officio lectorum: vt aſſiduitate lectionum inſtructi ſint, atq; ordinati, ⁊ agenda dicant, ⁊ dicta opere compleant: vt in vtroq; ſancte eccleſie, exemplo ſanctitatis ſue conſulant. Per dñm nrm Jeſum Chriſtū filium tuū: qui tecum viuit ⁊ regnat i vnitate ſpūs ſci ⁊c. Per oīa ſcl'a ſcl'orum. ℟. Amen.

Tum ordinati ſuggerēte Archidiacono redeunt ad loca ſua.

PRO EXORCISTIS.

Paretur liber exorciſmorū, ſiue liber Pontificalis vel Miſſalis.

Pontifex ſedet ibidem ſup faldiſtorium cum mitra: et Archidiaconus vocat ordinandos, dicens.

Exorciſte vocantur.

Accedant qui ordinādi ſunt ad officium Exorciſtarum.

Et ipſi ſigillatim nominātur per notarium, vt prius dictum eſt. Quibus coram Pontifice cū candelis in manibus genuflexis: legit mandatum interdicti: vt s. fol. 8.

Reuerendus in Chriſto pr. ⁊c.

Quo facto, Pontifex admonet ⁊ inſtruit eos, dicens.

ADMONITIO AD EXORCISTAS.

Exorciſtarū officiū.

Ordinandi fratres in officiū exorciſtarum debetis noſcere quid ſuſcipitis. Exorciſtam etenim oportet abijcere demones, ⁊ dicere populo, vt qui non communicat det locum, ⁊ aquā in miniſterio fundere. Accipitis itaq; poteſtatem imponendi manū ſuper energumenos, ⁊ per impoſitionem veſtre manus gratia ſpiritus ſancti, ⁊ verbis exorciſmi, pelluntur ſpiritus imundi a corporibus obſeſſis. Studete igitur, vt ſicut a corporibus aliorum demones expellitis: ita a mentib⁹ ⁊ corporibus veſtris, omnem imunditiam ⁊ nequitiam eijciatis, ne illis ſuccūbatis, quos ab alijs veſtro miniſterio effugatis. Diſcite per officium veſtrū vitijs imperare, ne in moribus veſtris aliquid ſui iuris inimicus valeat vendicare. Tunc etenim recte in alijs demonibus imperabitis: cum prius in vobis eorū multimodam nequitiam ſuperatis. Quod vobis dominus agere concedat: per ſpiritum ſuum ſanctum.

Preſētat librum.

Poſt hec Pontifex accipiens et tenens in manibus librū, in quo exorciſmi ſcripti ſunt vel Pontificalem ſeu Miſſalem, ⁊ eis illum oſtendens, dicit.



EXORCISMALE TRADIT.

Accipite ⁊ commendate memorie, ⁊ habete poteſtatem imponendi manus ſuper ener-

gume

Digitized by Google

gumenos ſiue baptizatos, ſiue cathecumenos. Et mox cuilibet appropinquanti ſibi, ⁊ manu dextra tangenti tradit ſucceſſiue librum ipſum. Poſtea vero omnibus deuote genuflexis: Pontifex cum mitra ſtans, dicit.

Et hoc dum ipſi imprimitur character huius ordinis.

Cũ mitra.

DEum patrē omnipotentem fratres chariſſimi ſupplices deprecemur, vt hos famulos ſuos, bene ✠ dicere dignetur in officium exorciſtarum: vt ſint ſpirituales Imperatores ad abijciēdos demones de corporibus obſeſſis, cũ omni eorũ nequitia multiformi: per vnigenitũ filium ſuũ dñm noſtrum Jeſum Chriſtum: qui ſecũ viuit ⁊ regnat de⁹ in vnitate ſpũs ſcti, Per oĩa ſcl'a ſcl'oꝝ. Tunc conuerſus ad altare depoſita mitra, dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Et mox conuerſus ad ordinandos genuflexos, dicit.

Sine mitra.

DOmine ſancte, pater oipotens, ęterne deus, bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos in officium exorciſtarũ, vt per impoſitionem manuũ ſuaruꝫ, ⁊ oris officium, poteſtatē ⁊ imperiũ habeat ſpirituum imundoꝝ nequitiam per verbum Chriſti filij tui domini noſtri coercēdi, atq; probabiles ſint medici eccleſię tuę, gratia curationum, virtuteq; cęleſti confirmati, Per eundem dominũ noſtrũ Jeſum chriſtũ filiuꝫ tuum: qui tecuꝫ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen.

Poſt hęc ſuggerēte Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

PRO ACOLYTIS.

Parentur cãdelabrum cũ cereo extincto, ⁊ vrceolus vacuus, ſeu ampulla, ꝓ vino pro ſacramento.

PONtifex ſedet ibidē ſuper faldiſtorium cum mitra: et Archidiaconus vocat ordinandos, dicens.

ACcedant qui ordinãdi ſunt ad officium Acolytorum.

Acolyti vocãtur ꝑ Archidiaconum.

Et mox noĩant ꝑ notarium, vt ſ. Quibus coram Pontifice cũ candelis in manib⁹ genuflexis: legit mandatum interdicti: vt ſ. fol. 8.

Reuerendus in Chriſto pr. ⁊c.

Quo facto, Pontifex ſedēs cũ mitra, admonet ⁊ inſtruit eos, dicēs.

ADMONITIO AD ACOLYTOS

SVſcepturi chariſſimi acolytoꝝ officium: penſate quod ſuſcipitis. Acolytũ etenim oportet ceroferariuꝫ ferre, luminaria eccleſię accendere, vinũ ⁊ aquam ad euchariſtiaꝫ, ſeu ad miniſteriũ ſanguinis Chriſti miniſtrare. Studete igitur ſuſceptũ officiuꝫ digne implere, Non enim deo placere poteritis, ſi lucem deo manibus pręferentes operibus tenebrarũ inſeruiatis: ⁊ per hoc alijs exempla perfidię prębeatis. Sed ſicut veritas dicit. Luceat lux veſtra corã hoibus, vt videant opera veſtra bona, ⁊ glorificēt patrē veſtrum, qui in cęlis eſt. Et ſicut apoſtolus Paulus ait. In medio nationis prauę atq; peruerſę poſiti: lucete ſicut luminaria i mũdo,

Mat. 5.

Ad phi lip. 2.

verbum

verbum vitę continẽtes. Sint ergo lumbi veſtri pꝛęcincti, ⁊ lucernę ardentes in manibus veſtris, (Luc. 12.) vt filii lucis ſitis: abijciatis opera tenebꝛarum, et induamini arma lucis. (Ephes. 5.) Fuiſtis enim aliquando tenebꝛę: nunc autẽ lux in domino, vt filij lucis ambulate. Quę ſit vero iſta lux, quę tãtopere eluceat, Apoſtolus ipſe demonſtrat ſubdens. Fructus enim lucis eſt, in omni bonitate, iuſtitia, ⁊ veritate. (Ephes. 5.) Eſtote igitur ſoliciti in omni iuſtitia, bonitate, ⁊ veritate: vt et vos, ⁊ alios, ⁊ dei eccleſiam illuminetis. Tunc etenim in dei ſacrificio digne vinum ſuggeretis, et aquam: ſi vos ipſi deo ſacrificiũ per caſtã vitã, ⁊ bona opera, oblati fueritis. Quod vobis dñs concedat per miſericoꝛdiam ſuam.

In hoc actu impꝛimitur character

Poſt hęc Pontifex accipit ⁊ tradit cuilibet candelabꝛum cũ candela extincta, quod ſinguli ſucceſſiue manu dextera tãgant, cõmuniter oibus dicente Pontificẽ.



CANDELABRVM TRADIT.

Accipite ceroferarium cum cereo, ⁊ ſciatis vos ad accendenda eccleſię luminaria mancipatos in nomine domini.

Tunc accipit ⁊ tradit eis vrceolũ vacuum, quẽ ſimiliter omnes tangere debent ſucceſſiue, dicens cõmuniter omnibus.

VRCEOLVM TRADIT.

Accipite vrceolum ad ſuggerendũ vinũ ⁊ aquã in eucharistiã ſanguinis chꝛi: In noie dñi.

Poſtea eis genuflexis permanẽtibus Pontifex ſtans cum mitra verſus ad eos, dicit.

Deum patrẽ omnipotẽtem fratres chariſſimi ſuppliciter depꝛecemur: vt hos famulos ſuos bene ✠ dicere dignetur in oꝛdine acolytoꝝ: quatenus lumẽ viſibile manibus pꝛęferentes, lumen quoq; ſpirituale moꝛib⁹ prębeant: adiuuante dño nr̃o Jeſu chꝛo. Qui cũ eo ⁊ ſpũ ſctõ viuit ⁊ regnat deus: per oia ſcł'a ſeculoꝝ. (Sine mitra)

Tum Pontifex ad altare ſe conuertẽs depoſita mitra ſtãs, dicit.

Oꝛemus. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Et mox Põtifex conuers⁹ ad oꝛdinandos genuflexos, dicit.

Domine ſancte, pater oipotens, ęterne deus, qui p Jeſum Chꝛiſtum filium tuum dñm noſtrum, ⁊ apoſtolos eius in hũc mundum lumẽ claritatis tuę miſiſti: quiq; vt moꝛtis noſtrę antiquum aboleres chirographum, glorioſiſſime illum crucis vexillo affigi, atq; ſanguinẽ ⁊ aquam ex latere illi⁹ pro ſalute generis humani effluere voluiſti: bene ✠ dicere ⁊ ſanctificare dignare hos famulos tuos, in officium acolytorum, vt ad accendendum lumen (Sine mitra.) (Colloss. 2) (Jo. 19.)

eccle

eccleſię tuę, ⁊ ad ſuggerendum vinum ⁊ aquã ad conficiendũ ſanguinẽ Chriſti filij tui, in offerenda eucharıſtia; ſanctis altaribus tuis fideliter ſubminiſtrent. Accende dñe mẽtes eoꝝ, ⁊ corda ad amorem gratię tuę, vt illuminati vultu ſplẽdoris tui, fideliter tibi in tua ſancta eccleſia deſeruiant. Per eundẽ chriſtũ dñm nrm. Rꝭ. Amen. Alia bñdictio. Oremus.

Exo. 25. et 27. Domine ſancte, pater oĩpotẽs ęterne deus, qui ad Moyſen ⁊ Aaron locutus es: vt accẽderentur lucernę in tabernaculo teſtimonij: bene✠dicere ⁊ ſancti✠ficare dignare hos famulos tuos: vt ſint acolyti in eccleſia tua. Per Chriſtũ dñm nrm. Rꝭ. Amen. Alia bñdictio. Oremus.

Omnipotẽs ſempiterne de⁹, fons lucis ⁊ origo bonitatis: qui per Jeſum Chriſtum filium tuum lumen verum, mundũ illuminaſti, eiuſq; paſſionis myſterio redemiſti: bene✠dicere dignare hos famulos tuos, quos in officio acolytorũ conſecramus, poſcentes clementiam tuã, vt eoꝝ mentes ⁊ lumine ſcientię tuę illuſtres, ⁊ pietatis tuę rore irriges: vt ita acceptũ miniſterium te auxiliante peragant, quod ad ęternam remunerationem peruenire mereantur. Per eundẽ Chriſtum dominum noſtrũ. Rꝭ. Amẽ.

Poſt hęc ſuggerẽte Archidiacono ordinati redeũt ad loca ſua, ⁊ amouet faldiſtoriũ. Pontifex ad altare conuerſus illud in medio oſculatur, ⁊ verſus ad populum dicit. Dominus vobiſcũ. Rꝭ. Et cum ſpũ tuo. Et iterũ verſus ad altare i cornu epłę, dicit. Oremus.

Fiat domine q̃s per gratiã tuam fructuoſus noſtrę deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt ſuſcepta ieiunia ſi tuę ſint placita pietati. Oremus. Exaudi quęſumus dñe ſupplicum preces, ⁊ deuoto tibi pectore famulantes perpetua defenſione cuſtodi: vt nullis perſecutionibus impediti, liberam ſeruitutem tuis ſemper exhibeamus officijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſci deus. p oĩa ſcła ſcłoꝝ. Rꝭ. Amen. Oremus.

A cunctis nos q̃s dñe mentis ⁊ corporis defende periculis, ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribꝰ vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Omnipotẽs ſempiterne deus, qui viuorum dominaris ſimul ⁊ mortuoꝝ, omniumq; miſereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe pręnoſcis: te ſupplices exoramus, vt pro quibus effundere preces decreuimus, quoſq; vel pręſens ſeculum adhuc in carne retinet, vel futurum iã exutos corpore ſuſcepit: intercedẽtibus omnibꝰ ſanctis tuis, pietatis tuę cle-

clementia, omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur, Per dñm nrm Ieſum chrm filium. &c. Ponit faldiſtorium ante mediũ altaris, & Põtifex accepta mitra ibi ſedet, renibus altari verſis.

PRO SVBDIACONIS.

Parentur calix vacuus cum patena ſuperpoſita, vrceoli cum vino & aqua, bacile, cum manutergio, et liber epiſtolarum.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet cum mitra, & Archidiaconus verſus ad ordinandos, dicit.

Accedant qui ordinãdi ſunt Subdiaconi.

Et notarius vnumquemq; illorum vocat, dicens. Iohannes Philippi ad titulũ talis eccleſię. Petrus Michaelis ad titulum patrimonij ſui. Frater Paulus Iacobi profeſſus ordinis. N. ad titulum paupertatis. Et ſic de alijs, & qlibet vocatus, dicit. Adſum dñe. Et accedit verſus Epiſcopum.

Ordinandus in ſubdiaconum qliter debet eſſe paratus.

¶ Debet autẽ quilibet ordinandorum in ſubdiaconum indutus eſſe amictu: non tamen ſuper caput, alba, & cingulo, habere manipulum in manu ſiniſtra, tunicellam ſuper brachio ſiniſtro, et candelam in manu dextra. Omnibus autem in Subdiaconos ordinandis competenti ſpatio coram Pontifice ſtantibus: Pontifex cum mitra ſedens admonet eos, dicens.

ADMONITIO AD SVBDIACONOS.

Acturi eſtis dilectiſſimi ad ſacrũ Subdiaconatus ordinẽ promouendi iterum atq; iterũ conſiderare debetis attente, qđ onus hodie vltro appetitis. Hactenus enim liberi eſtis: licetq; vobis pro arbitrio ad ſecularia vota tranſire, quod ſi hunc ordinem ſuſceperitis, amplius nõ licebit a propoſito reſilire: ſed deo cui ſeruire regnare eſt perpetuo famulari, & caſtitatem illo adiuuante ſeruare oportebit, atq; in eccleſię miniſterio ſemper eſſe mãcipatos. Proinde dum tempus eſt cogitate, et ſi in ſancto propoſito perſeuerare placet: in noĩe dñi huc accedite.

Illis tunc accedentibus & coram Pontifice genuflexis: legit mandatum interdicti: vt ſupra. fol. 8. — Legit mandatum.

Reuerendus in Chriſto pr. &c.

Quo facto Archidiaconus vocat cęteros ordinandos, dicens. — Diaconi & presbyteri vocant.

Accedant qui ordinãdi ſunt Diaconi & Preſbyteri.

Quibus accedẽtibus, Archidiaconus ordinat eos: videlicet. Diaconandos paratos amictu, alba, cingulo, & manipulo, ſtolã in manu ſiniſtra, & dalmaticam ſup brachium ſiniſtrum, & candelã in manu dextra tenentes, contra cornu epl'ę altaris faciebus altari verſis. Et Preſbyterãdos paratos amictu, alba, cingulo, manipulo, ſtola in modum Diaconi: caſulam ſiue planetã ſuper brachium ſiniſtrũ, & panniculum ſiue mappulã albã in ſi- — Quomodo parati.

Digitized by Google

in ſiniſtra, ⁊ candelam manu dextera tenentes cõtra faciem Pontificis, ac mediū altaris, faciebus ſimiliter altari verſis. Quibus ſic ordinatis: Pōtifex mitram in capite tenens, accumbit ibidem ſuper faldiſtoriū, ⁊ omnes ordinandi in locis ſuis ſuper tapetia proſternũtur ad terram: miniſtri vero ⁊ alij aſtantes genuflectunt.

Cū mitra genuflexio.

Et Pōtifex incipit Litaniam miniſtris ⁊ capellanis rñdentibus.

Kyrie eleiſon
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de celis deus: miſerere nobis.
Fili redemptor mundi deus: miſerere nobis.
Spiritus ſancte de⁹: miſere no.
Sancta trinitas vnus deus: miſerere nobis.
Sancta Maria: ora pro nobis.
Sancta dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines: orate ꝑ nobis.
Omnes ſancti angeli, ⁊ Archangeli: orate pro nobis.
Sancte Johãnes baptiſta ora.
Omnes ſancti Patriarche et Prophete: orate.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Andrea ora.
Sancte Jacobe ora.
Sancte Johannes ora.
Sancte Luca ora.
Sancte Marce ora.
Omnes ſancti apoſtoli et euangeliſte orate.
Omẽs ſancti diſcipuli dñi orate.
Omnes ſcti Innocentes orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Uincenti ora.
Sancti Fabiane ⁊ Sebaſtiane: orate pro nobis.
Omnes ſancti martyres: orate.
Sancte Sylueſter ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Ambroſi ora.
Sancte Auguſtine ora.
Sancte Hieronyme ora.
Sancte Martine ora.
Sancte Nicolae ora.
Omnes ſancti Pontifices ⁊ confeſſores orate.
Omnes ſancti Doctores: orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Bernarde ora.
Sancte Antoni ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Franciſce ora.
Omnes ſancti Monachi ⁊ Eremite: orate.
Omnes ſancti ſacerdotes ⁊ leuite: orate.
Sancta Maria magdalena or̄.
Sancta Agatha ora.
Sancta Lucia ora.
Sancta Cecilia ora.
Sancta Catharina ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Margarita ora.

Omnes

Omnes ſancte Uirgines ⁊ Ui-
due: orate.
Omnes ſcti ⁊ ſancte dei: orate.
Propiti⁹ eſto: parce nobis dñe.
Ab oī malo: libera nos domine.
Ab ira ⁊ odio, ⁊ omni mala vo-
luntate: libera.
Ab inſidijs diaboli: libera.
A fulgure ⁊ tempeſtate: libera.
A morte perpetua: libera.
Per myſterium ſancte incarna-
tionis tue: libera.
Per aduentum tuum: libera.
Per natiuitatem tuam: libera.
Per baptiſmum ⁊ ſanctum ieiu-
nium tuum: libera.
Per crucē ⁊ paſſionē tuā: libe.
Per mortē ⁊ ſepulturā tuā: lib.
Per glioſā reſurrectionē tuā: li.
Per admirabilē aſcēſionē tuā: li.
Per aduentum ſpiritus ſancti
paracliti: libera.
In die iudicij: libera.
Peccatores: te rogam⁹ audi nos.
Ut nobis parcas: te rog.
Ut nobis indulgeas: te rog.
Ut pacem nobis dones: te rog.
Ut eccleſiam tuam regere, defen-
dere, ⁊ cōſeruare digneris: te.
Ut domnū apoſtolicū ⁊ omnes
eccleſiaſticos ordines ī ſancta
religiōe ꝯſeruare digneris: te.
Ut noſmetipſos in tuo ſctō ſer-
uitio conſeruare digneris: te.
Ut regibus ⁊ principibus chri-
ſtianis, pacem ⁊ veram concor-
diam largiri digneris: te rog.
Ut cūctum populum chriſtianū
precioſo ſanguine tuo redem-
ptū: ꝯſeruare digneris: te ro.

Ut mentes noſtras ad celeſtia
deſideria erigas: te rog.
Ut animas noſtras ⁊ parentum
noſtrorum, ab eterna damna-
tione eripias: te rog.
Ut omnib⁹ benefactoribus nrīs
ſempiterna bona retribuas: te.
Ut omnibus fidelibus viuis et
defunctis: vitam ⁊ requiē eter-
nam cōcedere digneris: te ro.
Ut obſequiū ſeruitutis noſtre:
tibi rationabile facias: te rog.
Surgit Pontifex cum mitra ab
accubitu, ⁊ ad ordinandos ſe ver-
tens: ⁊ baculum paſtoralem in ſi-
niſtra manu tenens, ordinandis
proſtratis manentibus, dicit.
Ut hos electos: bene ✠ dicere
digneris. ℟. Te rogamus audi
nos. Secundo dicit.
Ut hos electos bene ✠ dicere,
⁊ ſancti ✠ ficare digneris. ℟. Te
rogam⁹ audi nos. Tertio dicit.
Ut hos electos bene ✠ dicere,
ſancti ✠ ficare, ⁊ cōſe ✠ crare di-
gneris. ℟. Te rogam⁹ audi nos.
Tum iterū ipſe Pontifex ſuper
faldiſtorium ſuum accumbit, et
perficiens Litaniam, dicit.
Ut nos exaudire digneris. Te
rogamus audi nos.
Fili dei: te rog.
Agnus dei, q tollis peccata mun-
di: parce nobis domine.
Agnus dei, q tollis peccata mun-
di: exaudi nos domine.
Agnus dei, q tollis peccata mun-
di: miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.

Kyrie

Digitized by Google

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pontifex ab accubitu ſurgens cum mitra ſedet ſuper faldiſtoriū ibi ante medium altaris: ⁊ Archidiaconus dicit alta voce.

Recedant in partē q ordinādi ſunt diaconi ⁊ presbyteri.
Quibus ad aliquem locum idoneum vnde Pōtificem celebrantem videre poſſint trāſeuntibus, ad ordinationem ſubdiaconorū, qui in presbyterio remanſerunt proceditur.

SVBDIACONI VOCANTVR.

Illis nanq̄ coram Pontifice per ordinē in modum corone genuflexis: Pontifex eos inſtruit, ⁊ admonet, dicens.

ADMONITIO.

Adepturi fratres chariſſimi officium ſubdiaconatus, ſedulo attendite, quale miniſteriū vobis traditur. Subdiaconum enim oportet aquam ad miniſterium altaris preparare. Diacono miniſtrare, pallas altaris ⁊ corporalia abluere, calicem ⁊ patenam in vſum ſacrificij eidem offerre. Oblationes que veniunt in altari, panes propoſitionis vocātur. De ipſis oblationibus tantū debet poni in altari, quantum poſſit populo ſufficere: ne aliqd putredinis in ſacrario remaneat. Palle que ſunt in ſubſtratorio altaris, in alio vaſe debent lauari, ⁊ in alio corporales palle. Ubi autem corporales palle lote fuerint: nullum aliud linteamen debet lauari: ipſaq̄ lotionis aqua in baptiſterium debet mergi. Studete itaq̄ vt iſta viſibilia miniſteria, q̄ diximus, nitide, et diligentiſſime complentes: inuiſibilia hoꝝ exēplo perficiatis. Altare quidē ſancte eccleſie, ipſe eſt Chriſtus, teſte Johāne, qui in Apocalypſi ſua, altare aureū ſe vidiſſe perhibet: ſtare ante thronum, in quo, ⁊ per quem oblationes fidelium Deo patri conſecrantur. Cuius altaris palle ⁊ corporalia, ſunt mēbra Chriſti, ſcilicet fideles Dei, qbus dn̄s quaſi veſtimētis precioſis circundatur: vt ait pſalmiſta. Dominus regnauit decorē indutus eſt. Beatus quoq̄ Johānes in Apocalypſi, vidit filium hominis precinctum zona aurea, ideſt ſanctorū caterua. Si itaq̄ humana fragilitate contingat in aliquo fideles maculari, prebenda eſt a vobis aqua celeſtis doctrine, qua purificati, ad ornamētum altaris ⁊ cultū diuini ſacrificij redeant. Eſtote ergo tales, qui ſacrificijs diuinis ⁊ eccleſie dei: hoc eſt corpori chriſti, digne ſeruire valeatis, in vera ⁊ catholica fide fundati: quoniā, vt ait apoſtolus. Omne quod nō eſt ex fide, peccatum eſt, ſchiſmaticū eſt, ⁊ extra vnitatem eccleſie eſt. Et ideo ſi vſque nunc fuiſtis tardi ad eccleſiam, āmodo debetis eſſe aſſidui. Si vſque nunc ſomnolenti, āmodo vigiles. Si vſq̄ nūc ebrioſi, āmodo ſobrij. Si vſque nunc inhoneſti, āmodo

ámodo caſti. Quod ipſe vobis preſtare dignetur: qui viuit ⁊ regnat deus in ſecula ſeculorum.

Deinde Pontifex de manu miniſtri accipit, ⁊ tradit cuilibet ſucceſſiue, calicem vacuum cuꝫ patena ſuperpoſita: Et Archidiaconus vrceolos cum vino ⁊ aqua, ac bacile cum manutergio, que oia ſigillatim ordinandi manibus tangunt: primo calicem, deinde alia, ⁊ iterum, vt prius genuflectunt. Quo facto Pontifex dicit.



CALICEM ET PATENAM.

Videte cuiuſmodi miniſterium vobis traditur. Ideo vos admoneo: vt ita vos exhibeatis, quod deo placere poſſitis.

Poſtea ſurgit Pontifex, ⁊ verſus ad populũ, ſtans cuꝫ mitra, dicit.

Cũ mitra.

Oremus deũ patrem ac dominum noſtrũ fratres chariſſimi, vt ſuper hos ſeruos ſuos, quos ad ſubdiaconatus officiuꝫ vocare dignatus eſt: infundat benedictionem ſuam, ⁊ gratiam: vt in cõſpectu eius fideliter ſeruientes: predeſtinata ſanctis premia conſequantur. Adiuuante dño nr̃o Ieſu Chriſto: qui cũ eo ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat Deus: per omnia ſecula ſeculorum.

Tum depoſita mitra, conuerſus ad altare Põtifex dicit. Oremꝰ. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Et mox Põtifex verſus ad ordinãdos genuflexos, dicit ſine mitra.

Sine mitra

Domine ſancte, pater omnipotens, eterne deus: bene✠dicere dignare hos famulos tuos, quos ad ſubdiaconatus officium eligere dignatꝰ es: vt eos in ſacrario tuo ſancto ſtrenuos, ſolicitoſq; celeſtis militie iſtituas excubitores, ſanctiſq; altaribus tuis fideliter ſubminiſtrent, ⁊ requieſcat ſup eos ſpiritus ſapientie ⁊ intellectus, ſpiritus conſilij ⁊ fortitudinis, ſpiritus ſcientie et pietatis, ⁊ repleas eos ſpiritu timoris tui, ⁊ eos in miniſterio diuino confirmes: vt obediẽtes facto, atq; dicto parentes, tuã gratiam conſequãtur, Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuũ: qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdẽ ſpũs ſcti deus, Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Tum Põtifex ſedenſ accepta mitra, amictuꝫ qui in collo ordinandorum iacet: imponit ſuper caput ſingulis dicens.

AMICTVM SVPER CAPVT.

Accipe Amictum per quem deſignatur caſtigatio vocis. In nomine patris, ⁊ filij, et ſpiritus ſancti. Tum immittit in ſiniſtro brachio manipulum cuilibet dicens.

MA-

Digitized by Google

MANIPVLVM MITTIT.

Accipe manipulum, per quē deſignantur fructus bonorum operum. In nomine patris, ⁊ filij, et ſpiritus ſancti.

Poſt hęc induit quemlibet tunica: et ſi tantum vnica ſit, immittit illam cuilibet ſolum vſqꝫ ad ſcapulas, ac retrahens, eā poſteriori totaliter induit, dicēs cuilibet.

TVNICAM INDVIT.

Induat te dominꝰ veſtimento ſalutis, et tunica iuſtitię. In nomine patris, ⁊ filij, et ſpiritus ſancti. Poſtea accipit et tradit omnibus librum epiſtolaruꝫ, manu dextera ipſum ſimul tangentibus, dicens.

LIBRVM TRADIT.

Accipite librum epiſtolaruꝫ, ⁊ habete poteſtatem legendi eas in eccleſia ſancta Dei: tam pro viuis, quā pro defunctis: In nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpū̄s ſcti.

Omnibus expeditis ſuggerente Archidiacono, ordinati redeunt ad loca ſua.

¶ Pontifex depoſita mitra ſurgit, ⁊ conuerſus ad altare, in cornu epiſtolę, legit epiſtolam.

Ca. 49. Lectio Iſaię prophetę

Hec dicit dominus. In tempore placito exaudiui te, et in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Et ſeruaui te, et dedi te in fędus populi: vt ſuſcitares terram, et poſſideres hereditates diſſipatas, vt diceres his, qui vincti ſunt exite: et his, qui in tenebris ſunt reuelamini. Super vias paſcentur, ⁊ in omnibus planis paſcua eorum. Non eſurient, neqꝫ ſitient, ⁊ non percutiet eos ęſtus et ſol, quia miſerator eorum reget eos, ⁊ ad fontes aquarū potabit eos: ⁊ ponam omnes montes meos in viam, ⁊ ſemitę meę exaltabuntur. Ecce iſti de longe venient, et ecce illi ab aquilone ⁊ mari: ⁊ iſti de terra auſtrali. Laudate cęli, et exultet terra, iubilate mōtes laudem, quia conſolatus eſt dominus populum ſuum, et pauperū ſuorum miſerebitur. Et dixit ſion. Dereliquit me dominus, ⁊ dominus oblitus eſt mei. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui. Dicit dominus omnipotens.

PRO DIACONIS.

Paretur liber Euangeliorum.

Pontifex accepta mitra, ſedet ſuper faldiſtorium ante medium altaris. Et pro ordinatione Diaconorum paretur liber euangeliorum: promouendi vero ad ordinem Diaconatꝰ, vocant per Archidiaconū. Diaconi vocantur.

Accedant qui ordinādi ſunt ad Diaconatum.

Et mox ſigillatim nominantur per notarium: nulla tamen facta de titulo mentione. Eis igitur amictu, alba, cingulo, ⁊ manipulo paratis, ac ſtolam in ſiniſtra, et candelam in dextera manibus, ac dalmaticam ſuper brachium ſiniſtrum tenētibus, ⁊ in modum

Digitized by Google

corone in preſbyterio corā Pontifice diſpoſitis et genuflexis: legit mandatum interdicti, vt s. f. 8.

Reuerendus in Chriſto pr. ⁊c.

Quo facto Archidiaconus offerens illos Pontifici, dicit.

Offert ſubdiac. REuerende pater, poſtulat ſancta mater eccleſia catholica, vt hos preſentes Subdiaconos ad onus Diaconij ordinetis.

Pontifex interrogat, dicens.

Scis illos dignos eſſe?

Reſpondet Archidiaconus.

Quantum humana fragilitas noſſe ſinit: ⁊ ſcio, ⁊ teſtificor ipſos dignos eſſe ad huiꝰ onus officij.

Et Pontifex dicit. Deo gratias.

Et cum mitra ſedens clero annuntiat, dicens.

Cū mitrā. AUxiliante domino deo ſaluatore noſtro Jeſu Chriſto eligimus hos preſentes Subdiaconos, ad ordinem Diaconij. Si quis habet aliquid contra illos, pro deo et propter deum cum fiducia exeat, et dicat. Uerūtamen memor ſit conditionis ſue.

Et facta aliquali mora conuertens ſermonem ſuum ad ordinandos: Pontifex inſtruit, ⁊ admonet eos, dicens.

PRouehendi dilectiſſimi filij ad Leuiticum ordinem, cogitate magnopere, ad quantum gradum eccleſie aſcenditis. Diaconi officium. Diaconum enim oportet miniſtrare ad altare, baptizare, ⁊ predicare. Sane in veteri lege ex duodecim Num. 6. vna tribus Leui electa eſt, que ſpeciali deuotione tabernaculo Dei, eiuſque ſacrificijs ritu perpetuo deſeruiret. Tantaq; dignitas ipſi conceſſa eſt, quod nullus niſi ex eius ſtirpe ad diuinum illum cultum, atque officium miniſtraturꝰ aſſurgeret, adeo vt grandi quodam priuilegio hereditatis, ex tribu domini eſſe mereret ⁊ dici. Quorum hodie chariſſimi filij, ⁊ nomen, et officium tenetis, quia in miniſterium tabernaculi teſtimonij, ideſt eccleſie Dei, eligimini in Leuitico officio, que ſemper in procinctu poſita, inceſſabili pugna contra inimicos dimicat. Unde ait apoſtolus. Non eſt Ephes. 6. nobis colluctatio aduerſus carnem et ſanguinem, ſed aduerſus principes, et poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum: contra ſpiritualia nequitie tela in celeſtibus. Quam eccleſiam Dei veluti tabernaculum portare, et munire debetis, ornatu ſancto, predicatu diuino, exemplo perfecto, Leui quippe interpretatur additus, ſiue aſſumptus: et vos filij, qui ab hereditate paterna nomen accipitis: eſtote aſſumpti a carnalibus deſiderijs, a terrenis concupiſcentijs, que militant aduerſus animam: Eſtote nitidi, mundi, puri, caſti ſicut decet miniſtros chriſti, et diſpenſatores miniſteriorum Dei, vt digne addamini ad numerum eccleſiaſtici gradus: vt hereditas, et tribus amabilis domini eſſe mereamini. Et quia cōminiſtri et cooperatores eſtis corporis,

Qual. diaconi. 1. Pet.

poris, et ſanguinis domini: eſtote ab omni illecebra carnis alieni. Sicut ait ſcriptura. Mundamini, qui fertis vaſa domini. Cogitate beatum Stephanum, merito pręcipue caſtitatis, ab apoſtolis ad officium iſtud electum. Curate, vt quibus euangelium ore annuntiatis, viuis operibus exponatis, vt de vobis dicatur. Beati pedes euāgelizantium pacem, euangelizantium bona, habete pedes veſtros calciatos ſanctorum exemplis in pręparatione euangelij pacis. Quod vobis dn̄s concedat per gratiam ſuam.

Iſa. 52

Act. 7.

Ephe. 6.

¶ Nota ꝙ hic leguntur Litanię ſuper diaconandos, ſi non ſint facte ordinationes Subdiaconoꝝ. Quas require ſupra fol. 55. in ordinatione Subdiaconi, ⁊ eundē modum ſeruabis. Deinde Pontifex ſedens cum mitra, intelligibili voce alloquit̄ populū dicēs: ordinādis genuflexis manētibꝰ.

Commune votum cōmunis oratio proſequatur: vt hi, q totius eccleſię prece ad diaconatꝰ miniſterium pręparantur, Leuiticę benedictionis ordine clareſcant, ⁊ ſpirituali conuerſatione pręfulgentes, gratia ſanctificationis excellant: pręſtante dn̄o noſtro Ieſu Chriſto: qui cū patre ⁊ ſpū ſctō viuit ⁊ regnat deus in ſecula ſeculoꝝ.

Deīde ſurgēs cū mitra Pōtifex, ſtās verſus ad ordinandos, dicit.

Oremus dilectiſſimi deū patrem oīpotentem: vt ſuper hos famulos ſuos, quos ad ſacrū ordinem Diaconatus aſſumere dignatus eſt: benedictionis ſuę gratiam clemēter effundat, eiſqꝫ cōſecrationis indultę propitius dona conſeruet, ⁊ preces noſtras clemēter exaudiat, vt quę noſtro gerenda ſunt miniſterio, ſuo benigno proſequat̄ auxilio, ⁊ quos ſacris miniſterijs exequendis, pro noſtra intelligētia credimus offerēdos, ſibi faciat eſſe gratos, et ſua benedictione ſanctificet, et cōfirmet: vt prędeſtinata ſanctis pręmia cōſequantur, Per vnigenitum filium ſuum dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtum: qui cum eo et ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat deꝰ.

Deinde depoſita mitra extenſis manibus ante pectus, dicit.

Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro. ℟. Dignum et iuſtum eſt.

Vere dignum ⁊ iuſtum eſt: ęquū et ſalutare. Nos tibi ſemper et vbiqꝫ gratias agere, domine ſancte, pater omnipotēs, ęterne deꝰ: Honoꝝ dator, ordinumqꝫ diſtributor atqꝫ officioꝝ̄ diſpoſitor, q in te manēs innouas oīa ⁊ cūcta diſponis, per verbum, virtutē, ſapientiamqꝫ tuam Ieſum chriſtū filium tuum dn̄m nr̄m, ſempiterna prouidentia pręparans: ⁊ ſingulis quibuſqꝫ temporibus, aptanda diſpenſas. Cuius corpus eccleſiam videlicet tuā, cęleſtium

Digitized by Google

gratiarum varietate diſtinctam,
ſuorumqꝫ connexaꝫ diſtinctione
membrorum, per legem mirabi-
lem totius compaginis vnitam:
in augmentum templi tui creſce-
re dilatariqꝫ largiris, ſacri mu-
neris ſeruitutem, trinis gradi-
bus miniſtrorum nomini tuo mi-
litare conſtituens: electis ab ini-
tio Leui filijs, qui in myſticis ope
rationibus domus tuę fidelibus
excubijs permanentes, hęredita
tem benedictionis ęternę, ſorte
perpetua poſſiderēt. Super hos
quoqꝫ famulos tuos quęſumus
domine placatus intende, quos
tuis ſacris altaribus ſeruituros
in officium Diaconatus ſupplici
ter dedicamus. Et nos quidem
tanqꝫ homines diuini ſenſus, et
ſummę rationis ignari: horuꝫ vi-
tam quātum poſſumus exiſtima-
mus. Te autem domine, quę no-
bis ſunt ignota non tranſeunt, te
occulta non fallunt. Tu cognitor
ſecretorum, ⁊ ſcrutator es cordiū.
Tu horum vitam cęleſti poteris
examinare iudicio, quo ſemp pre-
uales, et admiſſa purgare; et ea,
quę ſunt agenda concedere.

¶ Hic ſolus Pontifex manum
dexteram extendens ponit ſuper
caput cuilibet ordinando, ⁊ nul-
lus alius, quia non ad ſacerdo-
tium, ſed ad miniſterium conſe-
crantur, dicens ſingulis:

MANVS IMPONIT.

Accipe ſpūm ſanctum, ad ro
bur, ⁊ ad reſiſtendū diabolo
⁊ tētationibus eius: In noīe dnī.

Poſtea proſequitur extenſam te
nens manum dextram, vſque
ad finem Prefationis.

Emitte in eos quęſum⁹ dñe
ſpiritū ſanctuꝫ, quo in opuſ
miniſterij tui fideliter exequēdi:
ſeptiformis gratię tuę munere ro
borentur. Abundet in eis totius
forma virtutis: authoritas, mode
ſtia, pudor conſtans, innocentię
puritas, ⁊ ſpiritualis obſeruātia
diſciplinę. In moribus eorū pre-
cepta tua fulgeāt, ⁊ ſuę caſtitatis
exemplo imitationē ſancta plebs
acquirat: ⁊ bonum conſcientię te
ſtimonium preferentes, in chriſto
firmi ⁊ ſtabiles perſeuērent: di-
gniſqꝫ ſucceſſib⁹ de inferiori gra
du per gratiam tuam potiora cā
pere mereantur, Per eūdem do-
minum noſtrum Jeſum chriſtuꝫ
filiuꝫ tuū: qui tecū viuit ⁊ regnat
in vnitate eiuſdem ſpūs ſcī deus:
per oīa ſclā ſeculoruꝫ. ℟. Amen.

Poſt hęc Pontifex ſedens cum
mitra cuilibet ordinando ante ſe
genuflexo ſtolā quā ſinguli ī ma-
nu habēt, imponit ſucceſſiue ſup
humerum ſiniſtrū, dicēs ſingulis:

STOLAM PONIT.

Accipe ſtolam ✠ candidam
de manu Dei, imple miniſte-
rium tuum: potens enim eſt do-
minus, vt augeat tibi gratiam
ſuam: Qui viuit et regnat in ſe-
cula ſeculorum.

Faciens ſuper quemlibet eorum
ſignum crucis, et miniſtri refle-
ctent capita ſtolę, et alligent ſub
brachio dextro.

Poſt

Digitized by Google

¶ Poſt hęc Pontifex accipiens dalmaticam, induit ea quemlibet ſucceſſiue vſqꝫ ad humeros: mox eam retrahendo vſqꝫ ad vltimũ, quem ea totaliter induit: et hoc ſi vna tantum ſit dalmatica. Si vero quilibet ſuam habet: tunc ſingulos ſua totaliter induit, dicens cuilibet.

DALMATICAM INDVIT.

Induat te dominus veſtimẽto ſalutis, ⁊ circũdet te ſemꝑ indumento lętitię: In noie dñi.

Poſtremo Pontifex tenens librum euangeliorum tradit illum communiter omnibus coram ſe genuflexis, ⁊ manu dextra ſimul ipſum tangentibus, dicens.



LIBRVM TRADIT.

Accipite poteſtatem legendi euangeliuꝫ in eccleſia dei, tam pro viuis, quam pro defunctis. In nomine domini.

Quo facto, Pontifex deponit mitram, ſurgit, et ad altare conuerſus, dicit. Oremus.

Flectamus genua. Et miniſtri. Leuate. Et vertens ſe ad ordinatos, ſtans dicit.

Exaudi domine preces noſtras, ⁊ ſuper hos famulos tuos ſpiritum tuę bene✠dictionis infunde: vt cęleſti munere ditati, ⁊ tuę maieſtatis gratiam poſſint acquirere, ⁊ bene viuẽdi alijs exemplum prębere. Per chriſtũ dñm noſtrũ. ℟. Amen. Oremus.

Domine ſancte, pater ſpei, fidei, gratię, ⁊ profectuꝫ remunerator, qui in cęleſtibus et terrenis, angelorum miniſterijs vbique diſpoſitis, per omnia elementa voluntatis tuę diffundis effectum: hos quoque famulos tuos ſpiritali dignare illuſtrare effectu: vt tuis obſequijs expediti, ſanctis altaribus tuis miniſtraturi puri accreſcant, et indulgentia tua puriores, eo gradu, quo apoſtoli tui in ſeptenario numero, beatum Stephanum ducem ac pręuium ſpiritu ſancto authore elegerunt digni exiſtant, ac virtutibus vniuerſis, quibus tibi ſeruire oportet inſtructi, tibi complaceant. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Tum ſuggerẽte Archidiacono, ordinati redeunt ad loca ſua.

¶ Pontifex ad altare conuerſus, in cornu epiſtolę dicit primuꝫ verſum. Gradualis.

Tibi domine derelictus eſt pauper: pupillo tu eris adiutor.

Digitized by Google

PRO PRESBYTERIS.

Pontifex accipit mitrā, ac
cedit ad faldiſtorium ante
medium altaris poſitum,
& ibi ſedet, & procedit ad ordina-
tionē presbyterorum. Pro quibꝰ
ordinandis, parentur oleū cathe-
cumenorū, calix cum vino & aqua,
patena & hoſtia deſup poſita: me
dulla panis & bacile cum buccali
pro manibus abluēdis, quas ſin-
guli ad ſuas mappulas extergūt.
Deinde archidiaconus vocat or-
dināndos voce itelligibili, dicens.

Accedant qui ordinādi ſunt
ad ordinē Preſbyteratus.
Et mox noīatim leguntur p no-
tarium, prout ſupra dictum eſt:
nulla tamen de titulo facta men-
tione. Tunc illi more diaconorū
parati amictu, alba, cinctorio, ſto-
la, & manipulo tenentes planetas
ſuper brachia complicatas, et in
manibus candelas ac mappulas
albas pro ligandis manibus, ad
ordinatorem accedunt, et coram
eo ſe in modū coronę diſponunt.



Omnibus ergo ordine diſpo-
ſitis & genuflexis: legitur manda
tum interdicti: vt ſupra. fol. 8.

Reuerendus in Chriſto pr. &c.
Quo lecto Archidiaconꝰ preſen- *Preſentat ordinandos.*
tat ordinandos Pontifici, dicēs.

Reuerende pater, poſtulat
ſancta mater eccleſia catho-
lica, vt hos pręſentes Diaconos
ad onus Preſbyterij ordinetis.
Et Pontifex interrogat, dicens.
Scis illos dignos eſſe?
Reſpondet Archidiaconus.
Quantum humana fragilitas
noſſe ſinit: & ſcio, & teſtificor ipſos
dignos eſſe ad huiꝰ onus officij.
Pontifex dicit. Deo gratias.
Tum annuntiat clero & populo
iuxta ſtatutum Carthaginenſis
cōcilij: ſedens cum mitra, & dicēs.

Quoniā dilectiſſimi fratres, *Cū mitra*
rectori nauis, et nauigio de-
ferendis, eadem eſt vel ſecurita-
tis ratio, vel communis timoris,
par eorum debet eſſe ſententia,
quorum cauſa communis exiſtit.
Neque enim fuit fruſtra a patri-
bus inſtitutum: vt de electione
illorum, qui ad regimen altaris
adhibendi ſunt, conſulatur et po
pulus, quia et de vita & conuerſa-
tione pręſentandi, quod nonnun
quam ignoratur a pluribus, ſci-
tur a paucis: et neceſſe eſt vt faci-
lius ei quis obedientiā exhibeat
ordinato, cui aſſenſum prębuerit
ordinando. Horū ſiquidem dia-
conorum in preſbyteros auxilian
te domino ordinandorum con-
uerſatio, quantum mihi videtur
probata et Deo placita exiſtit, et
digna (vt arbitror) eccleſiaſtici
hono-

honoris augmento. Sed ne vnū fortaſſe vel paucos aut decipiat aſſenſio, vel fallat affectio: ſententia eſt expetenda multorum. Itaque quid de eorum actibus, aut moribus noueritis, quid de merito ſentiatis, libera voce pandatis: et his teſtimonium ſacerdotij magis pro merito, q̃ affectione aliqua tribuatis. Si quis igitur habet aliquid cōtra illos, pro deo et propter deum cum fiducia exeat ⁊ dicat. Ueruntamen memor ſit conditionis ſuę.

Poſtea Pontifex facta aliquali mora, conuertens ſermonem ſuū ad ordinandos inſtruit, ⁊ admonet eos, dicens.

Conſecrandi fratres chariſſimi in Preſbyteratus officium: illud digne ſuſcipere, atq; ſuſceptum laudabiliter exequi ſtudeatis. Sacerdo. officium. Sacerdotem etenim oportet offerre, benedicere, pręeſſe, prędicare, et baptiȝare, cum magno quippe timore ad tantū gradum aſcendendum eſt, atque prouidendum: vt cęleſti ſapientia, probi mores, et diuturna iuſtitię obſeruatio, ad id electos commendet. Unde dominus pręcipiens Moyſi, vt ſeptuaginta viros de vniuerſo Iſrael in adiutorium ſuum eligeret, quibus ſpiritus ſancti dona diuideret, ſuggeſſit, quos tu noſti, quod ſenes populi ſunt. Uos ſiquidem, in ſeptuaginta viris et ſenibus ſignati eſtis: ſi per ſpiritum ſeptiformem decalogum legis cuſtodientes: probi et maturi in ſcientia ſimiliter, et opere eritis. Sub eodem quoque myſterio, et eadem figura, in nouo teſtamento dominus ſeptuagintaduos elegit, atque binos ante ſe in prędicationem miſit, vt doceret verbo ſimul et facto, miniſtros eccleſię ſuę, fide, et opere debere eſſe perfectos, ſeu geminę dilectionis, Dei ſcilicet et proximi virtute fundatos. Tales itaque eſſe ſtudeatis, vt i adiutorium Moyſi ⁊ duodecim apoſtolorum, epiſcoporum, videlicet catholicorum, qui per Moyſen et apoſtolos figurantur: digne per gratiam dei eligi valeatis. Hac certe mira varietate Eccleſia ſancta circūdatur, ornatur, et regitur, cum alij in ea Pōtifices, alij minoris ordinis Sacerdotes, Diaconi, ⁊ Subdiaconi diuerſorum ordinum viri conſecrantur: et ex multis, et alternę dignitatis membris, vnū corpus Chriſti efficitur. Itaque dilectiſſimi fratres, quos ad noſtrum adiutorium, fratrum noſtrorum arbitriū conſecrandos elegit: ſeruate in moribus veſtris caſtę et ſanctę vitę integritatem. Agnoſcite, quod agitis. Imitamini, q̄ tractatis: q̄tenus mortis dominicę myſterium celebrātes, mortificare membra veſtra a vitijs et concupiſcentijs omnibus procuretis. Sit doctrina veſtra ſpiritualis medicina populo dei.

Sit odor vitę veſtrę delectamentum eccleſię Chriſti: vt prędicatione atq; exemplo ędificetis domum, ideſt familiam Dei: quatenus nec nos de veſtra prouectione, neque vos de tanti officij ſuſceptione damnari a domino, ſed remunerari potius mereamur. Quod ipſe nobis concedat per gratiam ſuam. ℟. Amen.

¶ Nota q̄ hic leguntur Litanię ſuper presbyterandos ſi non ſint factę ordinationes ſubdiaconorum vel diaconorum: quas require ſupra. fol. 55. in ordinatione ſubdiaconi: et eundem modum ſeruabis.



VTRANQVE MANVM SVPER CAPVT.

Cū mitra

Poſt hęc ſurgunt omnes et presbyterandi coram Pontifice binis & binis ſucceſſiue genuflectentibus: Pontifex ſtans ibidem ante faldiſtorium cum mitra, & nulla oratione pręmiſſa, imponit ſimul vtranque manum ſuper caput cuiuſlibet ordinandi ſucceſſiue nihil dicens. Idem faciunt poſt eum omnes ſacerdotes ibidem pręſentes. Quo facto tam Pontifex quam ſacerdotes tenent manus dexteras extenſas ſuper illos. Et Pontifex ſtans cum mitra, dicit.

Oremus dilectiſſimi Deum patrem omnipotentem, vt ſuper hos famulos ſuos, quos ad Presbyterij munus elegit, cęleſtia dona multiplicet: et quod eius dignatione ſuſcipiunt, ipſius conſequantur auxilio, Per Chriſtum dominum noſtrum. Reſpon. Amen.

Pontifex depoſita mitra conuerſus ad altare, dicit. Oremus. Flectamus genua. Et miniſtri. Leuate. Et mox verſus ad ordinandos, dicit.

Sine mitra.

Exaudi nos quęſumus domine Deus noſter, et ſuper hos famulos tuos benedictionem ſancti ſpiritus et gratię ſacerdotalis infunde virtutem: vt quos tuę pietatis aſpectibus offerimus conſecrandos, perpetua muneris tui largitate proſequaris, Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus. Tum extenſis manibus ante pectus, dicit.

Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro. ℟.

Digitized by Google

℟. Dignum et iuſtum eſt.

Vere dignum ⁊ iuſtum eſt: ęquū et ſalutare. Nos tibi ſemper et vbiq; gratias agere, domine ſancte, pater omnipotēs, ęterne de⁹. Honorum dator, et diſtributor omnium dignitatum, per quem proficiunt vniuerſa, per quē cuncta firmantur: amplificatis ſemper in melius rationabilis naturę incrementis, per ordinem congrua ratione diſpoſitum. Vnde et ſacerdotales gradus atque officia Leuitarum ſacramentis myſticis inſtituta creuerunt: vt cum Pontifices ſummos regēdis populis pręfeciſſes, ad eorum ſocietatis et operis adiumentum: ſequentis ordinis viros ⁊ ſecundę dignitatis eligeres. Sic et in eremo per ſeptuaginta virorum prudentum mentes, Moyſi ſpiritum propagaſti: quibus ille adiutoribus vſus, in populo innumerabiles multitudines facile gubernaret. Sic ⁊ in Eleazaro et Ithamar filijs Aaron paternę plenitudinis abundantiam transfudiſti: vt ad hoſtias ſalutares et frequentioris officij ſacramentum, miniſterium ſufficeret ſacerdotum. Hac prouidentia domine apoſtolis filij tui, doctores fidei comites addidiſti: quibus illi orbem totum ſecundis prędicationibus impleuerunt. Quapropter infirmitati quoque noſtrę domine quęſumus, hęc adiumenta largire, qui quanto fragiliores ſumus, tanto his pluribus indigemus. Da quęſumus omnipotens Deus, in hos famulos tuos Preſbyterij dignitatem, innoua in viſceribus eorum ſpiritum ſanctitatis, et acceptum a te Deus: ſecundi meriti munus obtineant: cenſuramq; morum exemplo ſuę cōuerſationis inſinuent. Sint prouidi cooperatores ordinis noſtri, eluceat in eis totius forma iuſtitię: vt bonā rationem diſpenſationis ſibi creditę reddituri: ęternę beatitudinis pręmia conſequantur. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtū filium tuum: Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Pontifex ſedet accepta mitra, et reflectit orarium, ſiue ſtolam ab humero ſiniſtro cuiuſlibet capiēs partem quę retropēdet, ⁊ imponens ſuper dextrum humerum, aptat eam ante pectus in modū crucis, ſingulis dicens.

STOLAM APTAT.

Accipe iugum domini: iugum enim eius ſuaue eſt, et onus eius leue.

Poſtea imponit cuilibet ſucceſſiue caſulam vſque ad ſcapulas, quam quilibet teneat ſuper humeros complicatam, a parte anteriori deorſum dependentem, ſingulis dicens.

Digitized by Google

CASVLAM PONIT.

Accipe veſtem ſacerdotalez, per quam charitas intelligitur: potens eſt enim dominus augere tibi charitatem, et opus perfectum. ℟. Deo gratias.

Surgit Pontifex ſine mitra, et dicit.

Deus ſanctificationum omnium author, cuius vera cõſecratio: plenaq; benedictio eſt: Tu domine ſuper hos famulos tuos, quos Preſbyterij honore dedicamus, munus tue bene✠dictionis infunde, vt grauitate actuum, et cenſura viuendi probent ſe eſſe ſeniores, his inſtituti

1. The. 3. Ad Tit. 1. diſciplinis, quas Tito et Timotheo Paulus expoſuit: vt in lege tua die ac nocte omniq; tempore meditantes quod legerint credant, quod crediderint doceant, quod docuerint imitẽtur: iuſtitiam, conſtantiam, miſericordiam, fortitudinem, cęteraſq; virtutes in ſe oſtendant: exẽplo prębeant, admonitione confirment, ac purum et immaculatum miniſterij ſui donum cuſtodiant, et in obſequium plebis tuę panem et vinum in corpus et ſanguinem filij tui immaculata benedictione transforment: et inuiolabili

Ephes. 4. charitate, in virum perfectum, et in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti: in die iuſti, et ęterni iudicij, conſcientia pura, fide plena, ſpiritu ſancto pleni perſoluant. Per eũdem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Reſpon. Amen.

Tum Pontifex ad altare conuerſus, flexis genibus, incipit Hymnum.

Sine mitra genuflexus.

Veni creator ſpiritus: mentes tuorum viſita, imple ſuperna gratia, quę tu creaſti pectora.

Surgit Pontifex et ſedet in faldiſtorio cum mitra, et dum proſequitur hymnum, extrahuntur ei anuli, et chirothecę, reponuntur ſibi anuli, imponitur ei gremiale, ſiue mappula ſuper gremium, et ſinguli ordinandi ſucceſſiue coram eo genuflectunt.

Qui paraclitus diceris: donum dei altiſſimi: fons viu9, ignis, charitas, et ſpiritalis vnctio.

Tu ſeptiformis munere: dextrę dei tu digitus: tu rite promiſſum patris, ſermone ditans guttura.

Accende lumen ſenſibus: infunde amorem cordibus, infirma noſtri corporis: virtute firmans perpeti.

Hoſtem repellas longius: pacemque dones protinus: ductore ſic te prębio: vitemus omne noxium.

Per te ſciamus da patrem: noſcamus atque filium: te vtriuſq; ſpiritum, credamus omni tempore.

Gloria patri domino, natoque

qui

Digitized by Google

qui a mortuis: ſurrexit ac paraclito, in ſeculorum ſecula. Amen.

Hymno finito, Pontifex cum oleo cathecumenorum vngit vnicuique ambas manus ſimul iunctas, in modum crucis, producendo cum pollice ſuo dextro, in dictum oleū intincto, duas lineas: videlicet a pollice dextrę manus, vſque ad indicem ſiniſtrum, et a pollice ſiniſtro, vſque ad indicem dextrum, vngendo mox totaliter palmas, dicens dum quemlibet inungit.

MANVS VNGIT.

Conſecrare, & ſanctificare digneris domine manꝰ iſtas, per iſtam vnctionem, et noſtram bene ✠ dictionem.

Pontifex producit manu dextra ſignum crucis ſuper manꝰ illius, quem ordinat et proſequitur.

Ut quęcunque benedixerint benedicantur, et quęcunque conſecrauerint conſecrentur, et ſanctificētur: in nomine domini noſtri Jeſu chriſti. Et quilibet reſpondet. **Amen.** Tunc Pontifex claudit ſeu iungit manus cuilibet ſucceſſiue: quas ſic conſecratas aliquis miniſtrorum Pontificis albo panniculo lineo ſimul: videlicet dextram ſuper ſiniſtram alligat: & mox vnuſquiſque ad ordinem ſuum redit, & ſic clauſas & alligatas manus tenet. Omnium manibus vnctis, & conſecratis: Pontifex manus lauat, & tergit: tum tradit cuilibet ſucceſſiue calicem cum vino & aqua, & patenā ſuper poſitam cum hoſtia, et ipſi illa accipiunt inter indices & medios digitos, ac cuppam calicis & patenam ſimul tangunt, Pontifice, ſingulis dicente.

Claudit manus.

Miniſter ligat.

Lauat manus.



CALICEM CVM VINO.

Accipe poteſtatem offerre ſacrificium deo, miſſaſq; celebrare, tam pro viuis, quam pro defunctis: in nomine domini.

In hoc actu imprimitur character

His peractis Pontifex lauat manus cum medulla panis: ſimiliter & ordinati ſacerdotes lauāt manus ſuas cum medulla panis, et aqua bene mundant, ac extergunt mappulis illis, quibus erāt ligatę, & aqua ablutionis huiuſmodi proijcitur in ſacrarium: Pontifex manibus lotis deponit mitraȝ, ſurgit & amouetur faldiſtorium, & ad altare conuerſus in cornu epiſtolę, dicit ſecundum verſum gradualis. Graduale.

Lauat manus.

Sine mitra.

Ut quid domine receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus in tribulatione? dum ſuperbit impius, incenditur pauper.

Tum

Tum Capellanus aſſiſtens portat librum ad cornu euangelij, et Pontifex ſtans ante medium altaris, iūctis manibꝰ dicit ſecrete.

Munda cor meum ac labia mea omnipotens deus, qui labia Iſaię prophetę calculo mūdaſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare mundare: vt ſanctum euangelium tuū digne valeam nuntiare. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Deinde dicit eodem modo ſtans.

Dominus ſit in corde meo, et in labijs meis, vt digne et competenter annuntiem euangelium ſuū.

Et verſus ad cornu euāgelij iunctis manibus dicit intelligibili voce. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Signat ſe in fronte, ore, et pectore, dicens.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Iohannem. ℟. Gloria tibi dñe. ca. 8.

In illo tempore. Dicebat Ieſus turbis iudęorum. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitę. Dixerunt ergo ei phariſęi. Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuū non eſt verum. Reſpondit Ieſus, et dixit eis. Et ſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo, verū eſt teſtimonium meum, quia ſcio vnde veni: et quo vado. Vos autem neſcitis vnde venio, aut quo vado. Vos ſecundum carnem iudicatis: ego nō iudico quēquam. Et ſi ego iudico, iudicium meum verum eſt, quia ſolus nō ſum, ſed ego, et qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptū eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt. Ego ſum, qui teſtimonium perhibeo de meipſo, et teſtimonium perhibet de me, qui miſit me pater. Dicebant ergo ei. Vbi eſt pater tuus? Reſpondit Ieſus. Neque me ſcitis, neq; patrem meum. Si me ſciretis, forſitan et patrem meum ſciretis. Hęc verba locutus eſt Ieſus in Gazophilatio docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nōdum venerat hora eius.

Pontifex deoſculatur textum euangelij, et altare, ac verſus ad populum, dicit. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Et iterum verſus ad altare dicit. Oremus. Offertorium.

Factus eſt dominus firmamentum meum, et refugium meum: et liberator meus ſperabo in eum.

CANDELAS OFFERVNT.

Ponitur faldiſtorium ante medium altaris, et Pontifex accepta mitra ibi ſedet: et omnes ordinati accedunt bini et bini: et coram eo genuflexi offerunt illi ſingulos cereos, ſiue ſingulas candelas, et oſculātur eius manum: primo Preſbyteri, tum diaconi, ſucceſſiue alij ſuo ordine. Accepto ſingulorum offertorio, extrahuntur Pontifici anuli, et lauat

lauat manus; quibus abſterſis, reaſſumit anulos, ſurgit, ac tollitur faldiſtorium et mitra.

¶ Interim Preſbyteri ordinati, retro Pontificem, vel hinc, et inde, vbi magis commodum erit in terra genuflexi, habeãt libros Teneant miſſales. Miſſales coram ſe, ſuper ſcabellis, ſeu bancis ordinatis, vbi commode dicere poſſint cum Pontifice ſecretas, ⁊ omnia alia de miſſa: prout dicit Pontifex. Qui tamen bene aduertat, ꝙ ſecretas moroſe dicat: et aliquantulum altę: ita, vt ordinati ſacerdotes poſſint ſecum omnia dicere, et pręſertim verba conſecrationis, quę dici debent eodem momento per ordinatos, quo dicuntur p Pontificem. Moroſe dicat ſecreta. Demum Pontifex verſus ad altare offert patenam cũ hoſtia, et alijs particulis pro numero ordinatorum, dicens.

PATENAM OFFERT.

Suſcipe ſancte, pater omnipotens, ęterne Deus, hanc immaculatam hoſtiam, quã ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo viuo et vero: pro innumerabilibus peccatis ⁊ offenſionibus, et negligẽtijs meis, et pro omnibus circumſtantibus: ſed ⁊ pro omnibus fidelibus chriſtianis, viuis atque defunctis: vt mihi et illis proficiat ad ſalutem in vitam eternam. Amen.

Quando mittit aquam in calicem, dicit.

Deus, qui humanę ſubſtantię dignitatem mirabiliter condidiſti, et mirabilius reformaſti: da nobis per huius aquę ⁊ vini myſterium, eius diuinitatis eſſe conſortes: qui humanitatis noſtrę fieri dignatus eſt particeps Jeſus Chriſtus filius tuus dominus noſter: Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Deinde offert calicem, dicens.

Offerimus tibi domine calicem ſalutaris, tuam deprecantes clementiam: vt in conſpectu diuinę maieſtatis tuę, pro noſtra, et pro totius mundi ſalute, cum odore ſuauitatis aſcendat. Amen:

Deinde dicit orationem.

In ſpiritu humilitatis, et in animo cõtrito ſuſcipiamur a te domine: et ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi domine deus.

Sequitur oratio ſuper hoſtiam, ⁊ calicem cum ſigno crucis.

Veni ſanctificator omnipotens ęterne deꝰ: ⁊ bene ✠ dic hoc ſacrificium tuo ſancto nomini pręparatum.

Pontifex accepta mitra accedit ad cornu epiſtolę, et ſtans lauat manus, dicens.

Lauabo inter innocẽtes manus meas, ⁊ circundabo altare tuum domine. Cũ mitra

Vt audiã vocẽ laudis tuę: ⁊ enar

rem

rem vniuerſa mirabilia tua.
Domine dilexi decorem domus tue: et locum habitationis glorie tue.
Ne perdas cum impijs deus animam meam: ⁊ cum viris ſanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me et miſerere mei.
Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicam te domine.
Gloria patri, et filio, et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio, et nunc, ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſclo͞r. Amen.
Pontifex depoſita mitra inclinat ſe ante medium altaris, ⁊ dicit hanc orationem.

Sine mitra.

Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationem, quã tibi offerimus, ob memoriam paſſionis, reſurrectionis, et aſcenſionis Jeſu Chriſti domini noſtri, et in honore beatę Marię ſemper virginis, et beati Johannis Baptiſtę, et ſanctorum apoſtolorum Petri ⁊ Pauli, ⁊ iſtorũ ⁊ omnium ſanctorum, vt illis proficiat ad honorẽ: nobis autem ad ſalutem, et illi pro nobis intercedere dignẽtur in cęlis: quorum memoriam facimus in terris. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.
Erigens ſe deoſculatur altare, ⁊ vertens ſe ad populum, dicat.

Orate fratres, vt meum ac veſtrum ſacrificiũ acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem.
Circunſtantes reſpondeant.
Suſcipiat dominus ſacrificium de manibus tuis, ad laudem, et gloriam nominis ſui, ad vtilitatẽ quoque noſtram, totiuſque eccleſię ſuę ſanctę. Amen.
Deinde Pontifex iterum conuerſus ad altare, et extenſis manibus ante pectus, dicit ſecretas ſequentes.

Oblationibus noſtris queſumus domine placare ſuſceptis, ⁊ ad te noſtras etiam rebelles cõpelle propitius volũtates.
Quis queſumus domine operare myſterijs, vt hęc munera dignis tibi mentibus offeramus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Secreta.
Exaudi nos deus ſalutaris noſter, vt per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mẽtis et corporis hoſtibus tuearis, gratiã tribuens in preſenti, ⁊ gloriam in futuro. Secreta.
Deus cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue queſumus, vt intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorum quos in oratione commendatos ſuſcepimus, et nomina omnium

omnium fidelium beatę prędeſti-
nationis liber aſcripta retineat,
Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filium tuum: qui tecū
viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus
ſancti Deus,

Deinde itelligibili voce dicit prę-
fationem manibus extenſis.


PEr omnia ſecula ſeculorum.
℟. Amen. ℣. Dominus vo-
biſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Surſum corda. ℟. Habe-
mus ad dominum. ℣. Gratias
agamus domino Deo noſtro.
℟. Dignum et iuſtum eſt.

VEre dignum ⁊ iuſtū eſt: ęquum
et ſalutare. Nos tibi ſemper et
vbique gratias agere. Domine
ſancte, pater omipotens, ęterne
Deus, Qui corporali ieiunio vi-
tia comprimis, mentem eleuas,
virtutem largiris et pręmia, per
Chriſtum dominum noſtrum.
Per quem maieſtatem tuam lau
dant angeli, adorant dominatio-
nes tremunt poteſtates. Cęli cę-
lorumque virtutes ac beata ſera
phim, ſocia exultatione concele-
brant. Cum quibus et noſtras
voces, vt admitti iubeas depre-
camur, ſupplici confeſſione di-
centes.

SAnctus. Sanctus. Sanctus.
Dominus deus ſabaoth. Pleni
ſunt cęli ⁊ terra gloria tua, Ho-
ſanna in excelſis. Benedictus
qui venit in nomine domini, Ho
ſanna in excelſis.

Inclinatus

Digitized by Google



Digitized by Google





Inclinatus Pontifex iunctis manibus, dicit.



TE igiť clementiſſime pater, per Jeſuz Chriſtum filium tuum dominum noſtrum, ſupplices rogamus ac petimus, Hic oſculatur altare deide erectis manibus dicit. vti accepta habeas ⁊ benedicas, Hic ter ſignet tam ſuper hoſtiā ꝙ̃ ſuper calicē. Hec ✠ dona, hec ✠ munera, hec ✠ ſctā ſacrificia illibata: in primis, quę tibi offerim⁹ pro eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, ⁊ regere digneris: toto orbe terrarum, vna cum famulo tuo Papa noſtro. N. ⁊ me indigno ſeruo tuo et omnibus orthodoxis, atque catholicę ⁊ apoſtolicę fidei cultoribus.





Digitized by Google

Commemoratio pro viuis.

Memento domine famulorum famularumq; tuarum N. et omnium circunſtantium, quorum tibi fides cognita eſt et nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis: pro ſe, ſuiſq; omnibus, pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis et incolumitatis ſuę: tibiq; reddunt vota ſua, ęterno deo viuo et vero. Actio.

Communicantes et memoriam venerantes. In primis glorioſę ſemperq; virginis Marię, genitricis dei, et domini noſtri Jeſu chriſti. Sed ⁊ beatorum apoſtolorum ac martyrum tuorum Petri ⁊ Pauli, Andreę, Jacobi, Johannis, Thomę, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis, et Thadei, Lini, Cleti, Clemētis, Sixti, Cornelij, Cipriani, Laurentij, Chriſogoni, Johannis ⁊ Pauli, Coſmę et Damiani: et omnium ſanctorum tuorum, quorum meritis precibuſq; concedas: vt in omnibus protectionis tuę muniamur auxilio. Per eundem Chriſtum dñm nrm. Amen. Infra actionē.

Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtrę, ſed et cunctę familię tuę quęſumus domine: vt placatus accipias: dieſque noſtros in tua pace diſponas, atq; ab ęterna damnatione nos eripi, ⁊ in electorum tuorū iubeas grege numerari. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Oratio.

Quam oblationem tu deus in omnibus queſumus. Hic ſignet ter taꝫ ſuper hoſtiam q̄ ſuper calicem dicens: bene ✠ dictam, aſcri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilem, acceptabilemq; facere digneris, vt nobis Hic ſuper hoſtiam ſemel ſignet, ⁊ ſuper calicem ſemel dicēs. Cor ✠ pus, ⁊ ſan ✠ guis fiat dilectiſſimi filij tui domini noſtri Jeſu Chriſti. Hic accipit hoſtiam in manibus, et eleuatis ſurſum oculis benedicit eam, dicens.

Qui pridie q̄ pateretur, accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: et eleuatis oculis in cęlum, ad te Deum patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens, bene ✠ dixit, fregit, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ manducate ex hoc omnes.

Hoc eſt eniꝫ corpus meum.

Hic corpus Chriſti leuat adeo, vt a circunſtantibus poſſit videri. Et depoſita hoſtia, calicem manibus accipiens, gratias agens, benedicit, dicens.

Simili modo poſtq̄ cęnatuꝫ eſt, accipiens ⁊ hunc preclarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: Item tibi gratias agens: bene ✠ dixit, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes.

Hic

Digitized by Google

Hic eſt eniꝫ calix ſanguinis mei: noui et ęterni teſtamēti: myſteriuꝫ fidei: qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in remiſſionem peccatorū.

Hęc quotieſcunq̃ feceritis, in mei memoriam facietis.

Hic deponit caliceꝫ, deinde dicit.

Unde et memores domine nos ſerui tui, ſed ⁊ plebs tua ſancta, Chriſti filij tui domini noſtri, tam beatę paſſionis, nec non ⁊ ab inferis reſurrectionis: ſed ⁊ in cęlos glorioſę aſcenſionis, offerimus pręclarę maieſtati tuę de tuis donis ac datis,

Hic ter ſignet ſuper corpus ⁊ ſanguinem, et deinde ſuper corpus ſemel: ⁊ itidem ſuper ſanguinem dicens. Hoſtiam ✠ purā, hoſtiā ✠ ſanctā, hoſtiam ✠ imaculataꝫ, panem ✠ ſanctum vitę ęternę, et calicē ✠ ſalutis perpetuę. Orō.

Supra quę propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, et accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, et ſacrificium patriarchę noſtri Abrahę: et quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam. Hic inclinet ſe, ⁊ dicat.

Supplices te rogamus omnipotens deus, iube hęc perferri per manus ſancti angeli tui, in ſublime altare tuuꝫ, in conſpectu diuinę maieſtatis tuę, Hic erigit ſe et oſculato altari dicit. vt quotquot ex hac altaris participatione, ſacroſanctum filij tui, Hic ſuper hoſtiam ⁊ deinde ſuper calicem ſignet dicens. Corpꝰ ✠ ⁊ ſan ✠ guinē ſumpſerimꝰ, Hic ſe ipſum ſignet, dicēs. omni bene ✠ dictione cęleſti, ⁊ gratia repleamur, Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis.

Memento etiam domine famulorū famularumq̃ tuarum. N. qui nos pręceſſerunt cuꝫ ſigno fidei, ⁊ dormiunt in ſomno pacis: ipſis domine et omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij lucis ⁊ pacis, vt indulgeas deprecamur, Per eundem Chriſtum dominum nrm̄. Amē.

Hic percutiat pectus ſuum aliquantulum altius dicens.

Nobis quoq̃ peccatoribus famulis tuis, de multitudine miſerationum tuaruꝫ ſperantibus, partem aliquam ⁊ ſocietatem donare digneris, cum tuis ſanctis apoſtolis ⁊ martyribus, cum Iohanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anaſtaſia. Et omnibus ſanctis tuis, intra quorum nos conſortium, non ęſtima-

Digitized by Google

tor meriti, ſed venię, queſumus largitor admitte. Per Chriſtum dominum noſtrum.

PEr quem hec omnia domine ſemper bona creas, Hic ſignet ter tam ſuper hoſtiā quā ſuper calicem, dicens. ſancti✠ficas, viui✠ficas, bene✠dicis, ⁊ preſtas nobis. Hic diſcooperiat calicem, ⁊ accepta hoſtia, ter cum ea ſignet ſuper ſanguinē, dicens. Per ip✠ſum, ⁊ cum ip✠ſo, et in ip✠ſo, Hic cum ipſa hoſtia bis inter ſe, et calicem ſignet dicens. eſt tibi deo patri omni✠potenti, in vnitate ſpiritus ✠ ſancti, omnis honor ⁊ gloria, Hic cum dextera manu hoſtiam tenens: calicem deinde erigat cum vtraque manu dicens.

PEr omnia ſecula ſeculorū. R. Amen. Hic reponit hoſtiā, ⁊ calicē ipſum cooperit dicēs.

Oremus. Preceptis ſalutaribus moniti, ⁊ diuina inſtitutione formati, audemus dicere. Pater noſter qui es in celis: ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua: ſicut in celo ⁊ in terra. Panē noſtrum quotidianū da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo. Amē. Deīde dicit.

LIbera nos queſumus domine ab omnibus malis, preteritis, preſentibus, ⁊ futuris: et intercedente beata et glorioſa ſemper virgine dei genitrice Maria, et beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque Andrea, ⁊ omnibus ſanctis: da propitius pacem in diebus noſtris; vt ope miſericordię tuę adiuti, ⁊ a peccato ſimus ſemper liberi, ⁊ ab omni perturbatione ſecuri.

Hic accipit patenam dextera manu, ⁊ cū ea ſe ſignat: et eandē ſubmittens hoſtię, ponit hoſtiam in patena, ⁊ diſcooperto calice reuerenter hoſtiam per mediū ſuper calicem frangit, dicens. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, Et mediam partē quam dextera tenet, ponit in patena. Et de illa quā tenet in ſiniſtra, frangit particulā, ⁊ medię parti, quę eſt in patena adiungit, dicens. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus, Reliquā vero partem dextere ſuper calicē tenens Pontifex calice deinde parum eleuato, dicit. Per omnia ſecula ſeculorum. R. Amen. Hic calice depoſito, ter cum particula illa ſignat ſuper calicem tantū, dicens. Pax ✠ domini ſit ✠ ſemper vobiſ✠cum. R. Et cū ſpiritu tuo. Hic ponat particulam hoſtię in ſanguine, dicens.

HAec commixtio ⁊ conſecratio corporis ⁊ ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, accipientibus nobis in vitam eternam. Amen. Deinde dicit.

AGnus dei, qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.

Agnus

Digitized by Google

Agnus dei, q tollis peccata mundi: miſerere nobis.

Agnus dei, q tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

Hic inclinat ſe ante corpus Domini, dicens.

Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti apoſtolis tuis: pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, ne reſpicias peccata mea, ſed fidem eccleſię tuę: eamq́ꝫ ſecundum voluntatem tuam pacificare, ꝛ coadunare dignare, Qui viuis ꝛ regnas deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Dat pacē. Pontifex oſculatur altare, et dat primo ex ſingulis ordinatis cuiuſlibet ordinis ad cuꝫ ſucceſſiue accedenti: ꝛ altare prius ad dextrā Pontificis deoſculāti, pacē dicēs. Pax tecum. Cui ille reſpondet. Et cum ſpiritu tuo. Et quilibet illorum dat ſequenti ſui ordinis ſecum ordinato: ꝛ ille alteri, et ſic

Dant ſibi pacem. vſque ad vltimum continuat: ſi autē ordinatorum paruus ſit numerus, Pōtifex poterit dare pacem ſingulis. Quibus peractis Pontifex iterum inclinatus ante corpus Chriſti, dicit.

Domine Jeſu Chriſte, fili dei viui, qui ex volūtate patris cooperante ſpiritu ſancto: p mortem tuam mundum viuificaſti, libera me per hoc ſacrum corpus ꝛ ſanguinem tuum ab omnibꝰ iniquitatibus meis, ꝛ vniuerſis malis, ꝛ fac me tuis ſemper inhęrere mandatis, ꝛ a te nunq́ꝫ ſeparari permittas, Qui cum eodem deo patre, ꝛ ſpiritu ſancto viuis ꝛ regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

Perceptio corporis tui domine Jeſu chriſte, qđ ego indignꝰ ſumere prȩſumo, non mihi proueniat in iudicium et cōdemnationē, ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamentum mentis ꝛ corporis, et ad medelam percipiendam, Qui viuis ꝛ regnas cū deo patre in vnitate ſpūs ſancti deus, per omnia ſecula ſeculorū.

Hic accipit patenam cum corpore Chriſti, ꝛ cum maxima humilitate et reuerentia, dicit.

Panem cęleſtem accipiam, ꝛ nomen domini inuocabo.

Hic percutiat pectꝰ ſuū, ter dicens.

Domine nō ſuꝫ dignꝰ, vt intres ſub tectū meū, ſed tantum dic ꝟbo, ꝛ ſanabit aīa mea.

Hic ſumat corpus reuerenter, ſignans ſe, illo, dicens.

Corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

Hic poſtea ſi quid remanſerit in patenā, cum digito reponit in calicem: ꝛ cum reuerentia deinde accipit calicem ipſum, dicens.

Quid retribuaꝫ domino, pro omnibus quę retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, ꝛ nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dn̄m, et ab inimicis meis ſaluus ero. Hic ſumat ſanguinem: ſignās ſe, ipſo, dicēs.

Sanguis domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat animaꝫ meam in vitam ęternam. Amen.

COMMVNICATVRI ACCEDANT.

Et priuſq̄ digitos abluat, accedunt ad altare omnes ad ſacros ordines promoti. Primo Preſbyteri, deinde Diaconi, tandē Subdiaconi, quibus ordinate diſpoſitis ꝛ genuflexis, Pontifex facta reuerētia ſacramento, ꝛ aliquantulum verſus cornu euangelij, ſe retrahens, ad eos ſe conuertit, ꝛ ſinguli ex Diaconis et Subdiaconis, dicunt ſubmiſſa voce.

Confiteor Deo omnipotēti. ꝛc.

Et Pōtifex ſtans capite detecto, verſus ad eos, dicit itelligibili voce

Sine mitra abſolu.t.

Miſereatur veſtri omnipotens deus, ꝛ dimiſſis omnibus peccatis veſtris, ꝑducat vos ad vitam ęternam. ℞. Amen.

Indulgentiam abſolutionem, ꝛ remiſſionem peccatorum veſtrorum, tribuat vobis omnipotens ꝛ miſericors dominus. ℞. Amē.

Et manu dextra ſignū crucis ſuper eos communiter producit.

¶ Preſbyteri ante communionem non dicunt confeſſionem neque datur eis abſolutio, quia concelebrant Pontifici: propterea ſi non ſunt alij ordinati, confeſſio ꝛ abſolutio prędicte omittuntur. Tum accedunt ad ſupremum gradum altaris bini ꝛ bini.

¶ Pontifex vero verſus ad altare facit reuerentiam ſacramēto, ꝛ ponit plures hoſtias conſecratas ſup patenā, quam ori cuiuſlibet cōmunicandi ſupponit: ꝛ ſingulos cōmunicat, cuilibet dicēs.

Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti, cuſtodiat te, et perducat in vitam ęternam. Cuilibet dicit.

Quilibet reſpondet. Amen.

Et priuſq̄ cōmunionem ſumat, manum Pontificis hoſtiā tenentem oſculatur. Unus miniſtrorū Pontificis ſtat iuxta cornu epiſtolę altaris: calicē habens, non illum cum quo Pontifex celebrauit, ſed alium cum vino, ꝛ mappulam mūdam in manibus, ad quē ſinguli cōmunicati accedunt, ꝛ ſe purificant, os extergūt, ꝛ ad partem ſe locant. Omnibus cōmunicatis Pontifex extergit patenā ſuper calicē ſuū, ꝛ ſup eū digitos abluit, ꝛ ſumit ablutionē, dicens. Purificat ſe ꝛc.

Quod ore ſumpſimus domine, pura mente capiamus: ꝛ de munere temporali, fiat nobis remedium ſempiternū. Corpus tuū domine, quod ſumpſi, ꝛ ſanguis quem potaui adhęreat viſceribus meis ꝛ pręſta: vt in me non remaneat ſcelerum macula, quem pura et ſancta refecerunt ſacramenta, Qui viuis ꝛ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus, Per oīa ſclā ſeculorū.

Deinde accipit mitram et lauat manus.

¶ Pōtifex lotis manibus mitra depoſita, ſtans in cornu epiſtolę altaris, verſus ad illud, dicit infraſcriptum Reſponſoriū.

Quod quidem omittitur cum reliquis, quę ſequuntur vſq; ad cōmunionem excluſiue, ſi non ordinauit aliquē ad pſbyteratum. ℞. Quando omittitur.

Iam

Sine mitra.

Iam non dicã vos ſeruos ſed amicos meos, quia omnia cognouiſtis, quę operatus ſum in medio veſtri. Accipite ſpiritum ſanctum in vobis paraclitum, Jlle eſt quem pater mittet vobis. ℣. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quę ego pręcipio vobis. Accipite ſpiritum ſanctum in vobis paraclitum. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Jlle eſt quem pater mittet vobis.

Dicto reſponſorio, Pontifex accepta mitra, vertit ſe ad ordinatos Sacerdotes, qui ante altare coram ipſo ſtantes, ſimul profitentur fidem, quam prędicaturi ſunt, dicentes.

Credo in Deum patrē omnipotentem, creatorem cęli, ⁊ terrę. Et in Jeſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum, Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub põtio Pilato, crucifixus mortuus, ⁊ ſepultus. Deſcẽdit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcẽdit ad cęlos, ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Jnde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Credo in ſpiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicam. Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Et vitã ęternã. Amẽ.

Sedet cum mitra.

Quo finito Pontifex cum mitra ſedens ſupra faldiſtorium ante medium altaris: imponit ambas manus ſuper capita ſingulorum, coram eo genuflectentiũ, dicens cuilibet.

MANVS SVPER CAPVT.

Accipe ſpiritum ſanctũ, quorum remiſeris peccata remittuntur eis, et quorum retinueris retenta ſunt.

CASVLAM EXPLICAT.

Deinde explicãs caſulam, quam vnuſquiſque habet ſuper humeros complicatam: induit illa quẽlibet ſingulis, dicens.

Stola innocẽtię induat te dñs.

Et mox vnuſquiſq; iterũ ad Pontificem accedit, ⁊ genuflexus ponit manus ſuas iunctas, inter manus Pontificis, dicẽtis cuilibet.

Promittis mihi ⁊ ſucceſſoribus meis reuerentiã ⁊ obedientiam? Et ille reſpondet. Promitto. Si vero Pontifex non eſt ſuus diœceſanus ſeu ordinarius, dicit ſingulis cũ manus eorũ inter ſuas tenet, vt prefert.

Promittis Pontifici ordinario tuo pro tempore exiſtenti, reuerentiam et obedientiam? Et ille reſpondet. Promitto.

Tum Pontifex tenens manus illius inter ſuas, oſculatur vnumquẽq; dicẽs. Pax dñi ſit ſemper tecum. Et ille reſpondet. Amen.

Oſculans dicit.

His expletis, ⁊ omnibus ad ordinem ſuum reuerſis: Pontifex ſedens cũ mitra, dicit ad eos ſtãtes.

Quia res quam tractaturi eſtis, ſatis periculoſa eſt fratres chariſſimi, moneo vos diligenter: vt honeſte totius miſſę ordinem, ⁊ hoſtię cõſecrationem ⁊ fractionem atq; cõmunionem,

ab alijs iam doctis ſacerdotibus diſcatis, priuſquam ad celebrandum miſſam accedatis.

Depoſita mitra pſequit miſſam.

Poſt hec Pontifex depoſita mitra ſurgit, et amoto faldiſtorio cõuertitur ad altare, et in cornu epiſtole dicit communionem.

¶ Ordinati Sacerdotes retro Pontificem in locis ſuis genuflexi, perficiunt ſecrete cum Pontifice miſſam. Communio.

Dominus regit me et nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me collocauit, ſuper aquam refectionis educauit me.

Oſculatur altare in medio, et verſus ad populũ, dicit. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo.

Et conuerſus ad altare in cornu epiſtole, dicit. Oremus. Poſtcõ.

Tua nos queſumus domine ſancta purificẽt, et operationis ſue remedio, tibi faciant eſſe placatos. Et nos tuis domine reficis ſacramentis, cõtinuis attolle benignus auxilijs, vt tue redemptionis effectum, et myſterijs capiamus et moribus. Per dominũ noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Reſpõ. Amen. Oremus. Oratio.

Mundet et muniat nos queſumus domine diuini ſacramenti munus oblatum, et intercedente beata virgine dei genitrice Maria cum beatis apoſtolis tuis Petro et Paulo atque beato N. et oĩbus ſanctis, a cunctis nos reddat et peruerſitatibus expiatos, et aduerſitatibus expeditos.

Purificent nos queſumus omnipotens et miſericors deus ſacramenta que ſumpſimus, et intercedentibus omnibus ſanctis tuis preſta: vt hoc tuum ſacramentũ non ſit nobis reatus ad penam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniã, ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra omnia mundi pericula firmamentum, ſit viuorum atque mortuorum fidelium remiſſio omnium delictorũ. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Deinde dicit. Oremus.

Et ſic ſtans verſus ad altare aliquantulum caput inclinãs, dicit. Humiliate capita vr̃a deo. Orõ.

Deus, qui ſperantibus in te miſereri potius eligis, quã iraſci: da nobis digne flere mala, que fecimus: vt tue cõſolationis gratiam inuenire valeamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Et deoſculato altari in medio, verſus ad populum, dicit. Verſus. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Et conuerſus ad altare, dicit. Benedicamus domino. Reſpon. Deo gratias.

Deinde aliquantulum inclinatus, dicit.

Pla

Placeat tibi ſancta Trinitas obſequium ſeruitutis meę, & pręſta, vt ſacrificium quod oculis tuę maieſtatis indignus obtuli, tibi ſit acceptabile, mihique et omnibus pro quibus illud obtuli: ſit te miſerante propitiabile, Per Chriſtum dñm nrm. Amen.

Cũ mitra & baculo. Quo dicto Pontifex accepta mitra & baculo paſtorali, ſtit ſe ad ordinatos, & ſtans hortatur eos cõmuniter ſub his verbis, dicẽs.

Fratres chariſſimi, diligenter conſiderate ordinez per vos ſuſceptum, ac onus veſtris humeris impoſitum: ſtudete ſancte & religioſe viuere, omnipotenti Deo placere: vt ſuam gratiam poſſitis acquirere, quam ipſe vobis per miſericordiam ſuam concedere dignetur. Singuli ad primam tonſuram, vel ad quatuor minores ordines promoti dicite ſemel ſeptem pſalmos pęnitentiales, cum litanijs, verſiculis, & orationibus. Ad Subdiaconatũ vel Diaconatum, nocturnum talis diei. Ad Preſbyteratum vero ordinati, poſt primam ſuaʒ miſſam, in tribus immediate ſequẽtibus diebus, tres alias miſſas: videlicet vnam de ſpiritu ſancto. Aliam de beata Maria ſemper virgine. Tertiam pro fidelibus defunctis dicite, et omnipotentem Deum etiam pro me orate.

Quod illi deuote ſuſcipiunt & reſpondent ſe facturos: poſtremo benedicit eis genuflectentibus verſus ad illos, dicens.

Benedictio dei omnipotentis pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & ſpiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper vos, vt ſitis benedicti in ordine ſacerdotali, & offeratis placabiles hoſtias pro peccatis atq; offenſionibus populi, omnipotẽti deo, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Tum Pontifex conuertens ſe ad altare, dicit. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Initium ſancti euangelij ſm Johannem.

In principio erat verbum. &c.

Signat altare & ſe, et reuertitur interim cum euangelium ipſum dicit ad faldiſtorium ſuũ, vbi exuitur ſacris veſtibus. Ordinati etiã ad Preſbyteratum dicunt idem euangelium, & in locis conuenientibus ſacras veſtes deponunt, et cũ eis alij ordinati. Si vero Pontifex non ordinauit aliquem ad Preſbyteratum, dicto per eum Placeat. accepta mitra dat benedictionem ſolitam, dicens.

Sit nomen domini benedi. &c.

Tum admonet ordinatos, vt ſupra dictum eſt: omittens partem Preſbyteros concernentẽ. Tum cõuerſus ad altare, dicit. Dominus vobiſcum. & alia, vt ſupra.

Digitized by Google

Miſſa Feriæ quintæ in cœna Domini: cum conſecrationibus oleorum.

PRAEPARANDA.

SVMMO mane Sacriſta vel ille ad quē ſpectat, oīa que ad chriſmatis cōſecrationem ac oleorum confectionem neceſſaria ſunt parat, videlicet. **Tres ampullas** oleo mūdiſſimo plenas, quas in ſacrario ponit, ⁊ diligenter cuſtodit. **Unā** ad **Oleum infirmorum.** **Aliam** ad oleum cathecumenorū. **Tertiam** que maior ſit ad chriſma: et hec tertia cooperiri debet de **panno** ſerico **albo.** Prima autem et ſecunda de ſerico panno **alterius coloris** ſint coopte. Duas mappulas mundas ſiue vela pro Diaconis, qui ampullas oleorum pro chriſmate, ⁊ oleo cathecumenorū de ſacriſtia ad chorum portare debent. Et vltra hec faldiſtorium ⁊ credentiam conſuetā. Paratur etiam alia ſedes in Preſbyterio, ab oppoſito altaris iuxta gradus circa finē Preſbyterij, ⁊ ante ipſam ſedem verſus altare paratur menſa mappis ornata, que ſit iuxta ſedem, inter ipſam et altare. Iuxta dictam ſedem hinc, ⁊ inde magis tamen ad finē Preſbyterij poſita ſint ſcāna pro duodecim ſacerdotibus: ita vt ibidē ſedētes facies vertāt ad altare. 12. ſcān.

Hora vero competenti Pontifex venit ad eccleſiam cū ſua cappa magna Pōtificali, Capellano eius caudam deferente, ⁊ accedēs ante altare, genuflexus aliquandiu orat: poſtea ſurgit, ⁊ vadit ad ſacriſtiam, ⁊ ibi parat ſe ad miſſā oībus Pontificalibus ornamentis precioſis albi coloris, dicens. **Añ. Ne reminiſcaris.** cum pſal'o. **Quam dilecta.** fol. 4. ⁊ alijs orationibus more conſueto. Parāt ſe etiam miniſtri Pontificis, ⁊ vltra illos duodecim Preſbyteri, ſeptem Diaconi, ſeptem Subdiaconi, acolyti, ⁊ alij neceſſarij, omnes veſtibus albi coloris ordini ſuo congruētibus. Quibus omnibus paratis procedunt ad altare proceſſionaliter hoc modo. 12. pſby. 7. Diac. 7. Subd.

In primis precedit thuriferarius, quem ſequuntur duo ceroferarij, poſt hos ſeptem Subdiaconi bini ⁊ bini, ⁊ in tertio loco tres ſimul vadunt. Tum ſeptem Diaconi etiam bini et bini, et in tertio loco tres. Poſt hos duodecim Preſbyteri bini, et bini, quos ſequitur Subdiaconus librum euangeliorum portans cū manipulo in eo repoſito: deinde Dia- Quo ordine eundū.

Digitized by Google

Diacon⁹, ⁊ a dextris ei⁹ Capellanus aſſiſtẽs, quos demũ Põtifex ſequitur incedens medius inter duos digniores canonicos eccleſię, aut in dignitate conſtitutos, ſi Pontifex ſit in eccleſia ſua: alioquin ibit medius inter Diaconũ et aſſiſtentem. Et ſi Pontifex ſit Archiepiſcopus vel Patriarcha et in eccleſia ſua, portatur etiam in huiuſmodi proceſſione crux p vnum ex miniſtris ad hoc ordinatum, qui medius inter ceroferarios incedit.



Duodecim Preſbyteri ſuo ordine iuxta bancos in fine Preſbyterij poſitos, hinc ⁊ inde ſtabunt vel ſedebunt aut genuflectent, prout tempus poſtulabit; facies ſemper ad altare vertentes. Poſt eos ſtabũt ſeptem Diaconi, ⁊ poſt Diaconos ſeptẽ Subdiaconi in gradibus Preſbyterij. Põtifex vero poſtquã ante altare peruenerit, extrahitur ei mitra a Diacono, facit reuerentiam altari, ⁊ facit confeſſionem.



INCIPIT INTROITVS, ⁊ proceditur in Miſſa more conſueto.

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nr̃i Jeſu Chriſti, in quo eſt ſalus, vita, ⁊ reſurrectio noſtra, per quem ſaluati ⁊ liberati ſumus. Ps. Deus miſereatur noſtri ⁊ benedicat nobis, illuminet vultum ſuum ſuper nos ⁊ miſereatur noſtri. Non dicitur Gloria patri. Sed repetitur totus Introit⁹. Nos aũt. Deinde dicit cum circunſtãtibus.

Kyrie eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Kyrie eleiſon.

Chriſte

Chriſte eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.

Sedet poſtea Pontifex, imponit ſibi mitra ꝛ gremiale, et cantato Kyrie a choro: ſurgit ꝛ detracta mitra: expanſis manibus, dicit.



Glo ri a in excelſis de o.

Et cum dicit deo, iungit manus: deinde proſequitur cū miniſtris aſtantibus, dicens. Et in terra pax hominibus bone volūtatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuā. Domine deus rex celeſtis, deus pater oīpotēs. Domine fili vnigenite, ieſu chriſte. Dn̄e deus agnus dei, filius pr̄is. Qui tollis peccata mūdi, miſerere nobis. Qui tollis peccata mūdi, ſuſcipe deprecationē noſtram. Qui ſedes ad dexteram patris, miſerere nobis. Quoniā tu ſolus ſanctus. Tu ſolus dominus. Tu ſolus altiſſimus Ieſu chriſte. Cū ſancto ſpū in glīa dei pr̄is. Amen.

Sedet Pontifex cum mitra dū p̄miſſa a choro cantantur. Quibus finitis, ſurgit ſine mitra, et verſus ad populū, dicit ℣. Pax vobis. ℟. Et cum. Deinde iterū verſus ad librū, dicit. Oremus. Oro.

Deus a quo ꝛ iudas ꝓditor reatus ſui penā, ꝛ confeſſionis ſue latro premiū ſumpſit: concede nobis tue ꝓpitiationis effectū: vt ſicut in paſſione ſua Ieſus chriſtus dn̄s noſter diuerſa vtriſq; intulit ſtipendia meritoꝝ: ita nobis ablato vetuſtatis errore: reſurrectionis ſue gratiam largiatur. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpūs ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Deinde ſedet Pontifex cum mitra, ꝛ Subdiaconus accedens ad locum ſuum: librum ſuis manibus ſuſtinens, cantat epiſtolam.

Lectio epiſtole beati pauli apoſtoli, ad Corinthios. 1. Co. 11.

Fratres. Conuenientibus vobis in vnū, iam non eſt dominicā cenam mādūcare. Unuſquiſq; enim ſuā cenā preſumit ad mādūcandū. Et alius quidē eſurit: alius autē ebrius eſt. Nunquid domos nō habetis ad manducandū ꝛ bibendum? Aut eccleſiā dei contēnitis, ꝛ confunditis eos, q non habēt? Quid dicam vobis? Laudo vos. In hoc non laudo. Ego enim accepi a dn̄o, qd et tradidi vobis: qm̄ dn̄s Ieſus in qua nocte tradebatur accepit panē, ꝛ gratias agēs, fregit, ꝛ dixit. Accipite ꝛ māducate, hoc eſt corpus meū, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter ꝛ calicē poſtq; cenauit dicēs. Hic calix nouū teſtamentū eſt i meo ſanguine: hoc facite quotieſcūq; bibetis in meā cōmemorationē. Quotieſcunq; enim manducabitis panē hunc, ꝛ calicem bibetis, mor-

mortem dñi annũtiabitis donec veniat. Itaqꝫ quicũqꝫ manducauerit panẽ hunc vel biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis ꝛ ſanguinis dñi. Probet autẽ ſeipſum homo, ꝛ ſic de pane illo edat, ꝛ de calice bibat. Qui enim mãducat ꝛ bibit indigne: iudiciũ ſibi mãducat, ꝛ bibit: non dijudicans corpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi ꝛ imbecilles: ꝛ dormiunt multi. Qđ ſi noſmetipſos dijudicaremus: non vtiqꝫ iudicaremur. Dum iudicamur autem a domino corripimur: vt non cum hoc mundo damnemur.

Tum Subdiaconus librum clauſum tenens ante pectus, accedẽs ad Põtificem, genuflexus ponit librum in eius gremio, ꝛ eiꝰ manũ oſculat. Deinde Pontifex cum mitra ſedens legit epiſtolã, ꝛ omnia alia vſqꝫ ad euãgelium incluſiue. Sequitur Graduale.

Chriſtus factus eſt pro nobis obediẽs vſqꝫ ad mortem, mortem autẽ crucis. ℣. Propter qđ ꝛ deus exaltauit illum, ꝛ dedit illi nomẽ, quod eſt ſuper omne nomẽ.

Interim vel dum tẽpus erit: Diaconus euãgelium dicturus accepto libro euangeliorum ante pectus ſuum: ponit illuꝫ ſuper altare in medio, ꝛ genuflexus dicit.

Munda cor meũ ac labia mea oĩpotens deꝰ, q̃ labia Iſaie pphete calculo mundaſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare mundare, vt ſanctũ euãgeliũ tuũ digne valeã nũtiare. Per Chriſtum dñm noſtrum. Amen.

Tum capiens ex altari librum, et ante pectus illum tenens, accedit ad Pontificem ꝛ genuflexus dicit. Iube domne benedicere.

Et Pontifex ſedens, dicit.

Dominus ſit in corde tuo, et in labijs tuis, vt digne ꝛ cõpetenter annũties euãgeliũ ſuũ. Et producendo ſuper eũ ſignum crucis, dicit. In nomine patris ꝛ filij ꝛ ſpiritus ſancti. Tum Diaconus vadit ad pulpitum, ꝛ poſito deſuper libro, dicit. Dominꝰ vobiſcum. ℟. Et cuꝫ ſpũ tuo. ℣. Sequẽtia ſci euangelij: Secunduꝫ Iohãnem. ℟. Gloria tibi dñe.

Signans et thurificans more conſueto. ca. 13.



Ante diẽ feſtũ paſche, ſciẽs Ieſus, quia venit hora eiꝰ vt tranſeat ex hoc mũdo ad patreꝫ, cuꝫ dilexiſſet ſuos, q erãt in mũdo, in finẽ dilexit eos. Et cena facta, cũ diabolus iã miſiſſet i cor, vt traderet eũ iudas Simonis ſcariothis: ſciẽs quia omnia dedit ei pater in manus: ꝛ quia a deo exiuit, ꝛ ad deũ vadit, ſurgit a cena, ꝛ ponit veſtimenta ſua. Et cum accepiſſet lintheum precinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim, ꝛ cepit lauare pedes diſcipulorum, ꝛ extergere linteo, quo erat precinctus. Venit

nit ergo ad Simonem Petrū, et dixit ei Petrus. Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Jeſus, ⁊ dixit ei. Quod ego facio, tu neſcis modo: ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in ęternū. Reſpōdit ei Jeſus. Si nō lauero te, non habebis partē mecum. Dicit ei Simon Petrus. Dn̄e, nō tātum pedes meos, ſed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei Jeſus. Qui lotus eſt, nō indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mūdus totus. Et vos mūdi eſtis: ſed non oēs. Sciebat enī quiſnam eſſet qui traderet eū: propterea dixit: nō eſtis mundi oēs. Poſtq̄ ergo lauit pedes eoꝝ, accepit veſtimēta ſua, ⁊ cū recubuiſſet iterū, dixit eis. Scitis qd fecerī vobis? Vos vocatis me magiſter ⁊ dn̄e, ⁊ bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros dn̄s ⁊ magiſter, ⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis: vt quēadmodū ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis.

Finito euangelio Subdiaconus portat librū apertū ad oſculādū Pōtifici, q mox per Diaconū incenſat. Tum Pontifex ſine mitra ſtans verſa facie ad altare, dicit.



Credo in vnum deum.

Patrem oīpotentem factorem cęli ⁊ terrę: viſibilium oīum ⁊ inuiſibilium. Et in vnū dn̄m Jeſum chriſtum filium dei vnigenitū. Et ex patre natum, ante oīa ſecula. Deū de deo, lumen de lumine: deū verum de deo vero. Genitum nō factum, cōſubſtantialē patri, per quē oīa facta ſunt. Qui propter nos hoīes, ⁊ propter noſtram ſalutem deſcendit de cęlis. Et incarnatꝰ eſt de ſpiritu ſctō, ex Maria virgine, Et homo factꝰ eſt. Crucifixus etiam pro nobis, ſub pontio Pilato paſſus ⁊ ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundū ſcripturas. Et aſcendit in cęlū, ſedet ad dexterā patris. Et iterū venturus eſt cum gloria iudicare viuos ⁊ mortuos: cuius regni nō erit finis. Et i ſpūm ſanctū dn̄m, ⁊ viuificātem: qui ex patre, filioq̄ procedit. Qui cum patre ⁊ filio ſimul adoratur, ⁊ conglorificatur, Qui locutus eſt ꝑ prophetas. Et vnā ſanctam catholicā ⁊ apoſtolicam eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionē pctōrum. Et expecto reſurrectionem mortuoꝝ. Et vitā vēturi ſeculi. Amē.

Lecto ſymbolo Pontifex ſedet cū mitra: ⁊ eo a choro finito Pontifex ſurgit ſine mitra, ⁊ verſus ad populū dicit. Dn̄s vobiſcū. Rꝫ. Et cū. Et verſus ad altare, p aſſiſtentē Pontifici offert liber ⁊ dicit Oremꝰ. Deide legit Offerto.

Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me, non moriar, ſed viuam, ⁊ narrabo opera domini.

Pontifex ſedet, imponitur ei mitra: extrahuntur ei anuli ⁊ chirotecę, ⁊ cum mitra lauat manus, et reaſſumptis anulis ſurgit, accedit

Digitized by Google

dit ad altare, ⁊ ante ſupremũ gradum altaris Diaconus detrahit ei mitram. Tum Pontifex oſculatur altare i medio, ⁊ de manib⁹ Diaconi accipiens patenam cum hoſtijs, ambabus manibus illã tenens, offert hoſtiam, dicens.

Patenã cũ hoſtiis accipit

SUſcipe ſancte, pater oipotens, eterne deus, hanc immaculatã hoſtiam, quã ego indign⁹ famulus tu⁹ offero tibi deo meo viuo ⁊ vero, pro inumerabilibus peccatis ⁊ offenſionibus ⁊ negligentijs meis: ⁊ pro oibus circunſtantibus: ſed ⁊ pro oibus fidelibus chriſtianis viuis, atq; defunctis, vt mihi ⁊ illis proficiat ad ſalutem in vitam eternam. Amen.

Et reponens hoſtias ſup corporalia, patenã reddit Diacono, q eam ponit ſub corporalibus. Tũ Pōtifex verſus ad Subdiaconũ qui aquã miſcendã in calice in manibus tenet: benedicit aquã, pducēs ſup eã ſignum crucis, dicens.

DEus, qui humane ſubſtantie dignitatem mirabiliter condidiſti ⁊ mirabilius reformaſti: da nobis p huius aque ⁊ vini myſterium, eius diuinitatis eſſe cōſortes, qui humanitatis noſtre fieri dignatus eſt particeps Jeſus chriſtus filius tuus dñs nr̄: q tecũ viuit ⁊ regnat i vnitate ſpũs ſancti deus: p oia ſclã ſclo⁊. Amē.

Subdiacon⁹ aquã infundit in calicē, quē Diacon⁹ accipiēs offert Pōtifici, ⁊ ſimul dicũt hāc orōnē.

OFferimus tibi dñe calicem ſalutaris tuam deprecantes clementiam: vt in conſpectu diuine maieſtatis tue pro noſtra et pro totius mundi ſalute cũ odore ſuauitatis aſcendat. Amen.

Pontifex ponit calicē ſup altare, ⁊ diacon⁹ palla illũ coopit: ⁊ pōtifex aliquãtulum inclinatus, dicit.

IN ſpiritu humilitatis, et in animo cōtrito, ſuſcipiamur a te domine: ⁊ ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi domine deus.

Eleuat man⁹ Pontifex, ⁊ eas iũgit: tũ benedicendo oblata, dicit.

VEni ſanctificator oipotens eterne de⁹: ⁊ bene ✠ dic hoc ſacrificium tuo ſctō nōi pparatũ.

Tum benedicit incenſum oblatum per Diaconũ, ⁊ illud in thuribulum mittit, dicens.

PEr interceſſionē beati Michaelis archangeli ſtantis a dextris altaris incenſi: ⁊ oium electo⁊ ſuorum, incenſum iſtud dignetur dominus bene ✠ dicere, ⁊ in odorem ſuauitatis accipere, Per chriſtum dñm nr̄m. Amen.

Accipiens deinde thuribulum a Diacono: incenſat primum oblata ter ſuper ea crucē faciens: tum bis faciens circulum a dextris et ſemel a ſiniſtris, interim dicens.

Incenſat oblata.

INcenſum iſtud a te bene ✠ dictũ aſcēdat ad te dñe, ⁊ deſcēdat ſuper nos miſericordia tua.

Facta deide reuerētia cruci, q̄ eſt in medio altaris, illã incenſat ter thuribulum ducens: deinde reliquum altaris vt mos eſt, dicens.

DIrigatur dñe oratio mea ſicut incēſũ in cōſpectu tuo. Eleuatio manuũ meaꝝ ſacrificiũ veſp

tinum

tinū. Pone dñe cuſtodiā ori meo,
⁊ oſtiū circūſtantię labijs meis.
Ut nō declinet cor meū in verba
malitię, ad excuſandas excuſatio
nes in peccatis. Reddit deinde
thuribulum Diacono dicens.
Accēdat in nobis dñs ignē ſui
amoris, ⁊ flāmā ęternę charitatis.
Amē. Tu accepta mitra incenſat
a Diacono, ⁊ lauat manus, dicēs.
Lauabo inter innocētes ma
nus meas, ⁊ circundabo al
tare tuū dñe. Ut audiā vocē lau
dis tuę: ⁊ enarrē vniuerſa mirabi
lia tua. Dñe dilexi decorē dom9
tuę: ⁊ locū habitationis glię tuę.
Ne pdas cū impijs deus aiam meā:
⁊ cū viris ſanguinum vitā meam.
In quoꝝ manib9 iniqtates ſūt:
dextera eoꝝ repleta ē munerib9.
Ego aūt in innocētia mea igreſ
ſus ſum: redime me ⁊ miſere mei.
Pes meus ſtetit in directo: in ec
cleſijs benedicam te dñe. Gloria
patri, et filio, et ſpiritui ſancto.
Sicut. ⁊c. Deide depoſita mitra
accedit ad mediū altaris, ⁊ aliquā
tulū inclinatus, tenens man9 iun
ctas ſuper altare ſecrete dicit.
Suſcipe ſancta trinitas hanc
oblationem, quā tibi offeri
mus ob memoriā paſſionis, reſur
rectionis, ⁊ aſcenſionis Jeſu chri
dñi nři: ⁊ in honore beatę Marię
ſemp vginis, ⁊ beati Johānis ba
ptiſtę: ⁊ ſcōꝝ apłoꝝ Petri ⁊ Pau
li, ⁊ iſtoꝝ ⁊ oium ſanctoꝝ, vt illis
proficiat ad honorē: nobis autē
ad ſalutem, ⁊ illi pro nobis inter
cedere dignent in celis, quorum
memoriā facimus in terris. Per
eundem Chřm dñm nřm. Amen.
Oſculatur deinde altare, ⁊ ver
ſus ad populum, dicit.
Orate fratres, vt meū ac ve
ſtrum ſacrificiū acceptabile
fiat apud deum patrem omnipo
tētem. Circunſtātes reſpōdent.
Suſcipiat dñs ſacrificiū de ma
nibus tuis, ad laudē ⁊ gloriā noiſ
ſui, ad vtilitatē quoq; noſtram:
totiuſq; eccleſię ſuę ſanctę. Amē.
Deinde Pontifex iterū ꝯuerſus
ad altare: ⁊ extenſis manib9 ante
pectus, dicit ſecretam. Secreta.
Ipſe tibi qs dñe ſancte, pater
oipotens, ęterne deus, ſacri
ficium noſtrū reddat acceptum:
qui diſcipulis ſuis in ſui cōmemo
ratione hoc fieri hodierna tradi
tione monſtrauit Jeſus chriſtus
filius tuus dñs nř: qui tecū viuit
⁊ regnat in vnitate ſpūs ſcti deus,
His dictis Pontifex poſitis am
babus manibus hinc ⁊ inde ſu
per altare, dicit cantando.




Per omnia ſcła ſeculoꝝ. ℟.



Amē. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et



cū ſpū tuo. ℣. Surſū corda.



℟. Habem9 ad dñm. ℣. Gratias
aga

Digitized by Google

agamꝰ domino deo nřo. Jūgit manꝰ ante pectus, ⁊ caput deo inclinat: diſiungit deinde manus, ⁊ diſiunctas, ante pectus extenſas tenet vſque ad finem pręfationis. ℟.

Dignum ⁊ iuſtum eſt. Sequitur.

Vere dignū ⁊ iuſtū eſt: ęquū ⁊ ſalutare: nos tibi ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ gratias agere: dñe ſctē pr̃ oipotēs ęterne deꝰ. Qui ſalutē humani gñis in ligno crucis ↄſtituiſti: vt vnde mors oriebať: inde vita reſurgeret. Et q in ligno vincebat in ligno quoqꝫ vincereť. Per chřm dñm noſtrum.

Per quē maieſtatē tuaꝫ laudāt angeli: adorāt dñationes tremūt poteſtates. Celi celorūqꝫ vtutes ac beata ſeraphim ſocia exultatione cōcelebrāt. Cū qbꝰ ⁊ nřas voces vt admitti iubeas deprecamur: ſupplici confeſſione dicentes.


Pontifex iungit manus ante pectus, dicens.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus deꝰ ſabaoth. Pleni ſunt cęli ⁊ terra gloria tua, Hoſanna in excelſis. Cū dextera ſeipſum a fronte ad pectus cruce ſignans, dicit. Benedictꝰ qui venit in nomine domini, Hoſanna in excelſis. Deinde iunctis manibus ante medium altaris, deuote ſe inclinans dicit, oculis ad Deum eleuatis.

Digitized by Google



Digitized by Google







TE igitur clementiſſime pater, per Jeſum Chriſtum filium tuum dominum noſtrum; ſupplices rogamus ac petimus, Inclinet ſe, ⁊ oſculetur altare: tum erigat ſe, et dicat. vti accepta habeas ⁊ benedicas, Jungat primo manus: deinde diiungat ⁊ faciat tres cruces communiter ſuper oblata dicens. Hęc ✠ dona, hęc ✠ munera, hęc ✠ ſancta ſacrificia illibata: Extenſis manibus ante pectus proſequitur. In primis, quę tibi offerimus pro eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, ⁊ regere digneris toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo Papa noſtro. N. et me indigno ſeruo tuo et omnibus orthodoxis, atque catholicę et apoſtolicę fidei cultoribus.










Memento domine famulorum famularumqꝫ tuaruz. *Iungat man⁹ ante pect⁹ vel oculos, ꝛ memoria agat ꝓ viuis. Tuz man⁹ vt prius extēdat, ꝛ ꝓſequat.* Et omnium circūſtantium, quorum tibi fides cognita eſt et nota deuotio, pro qbus tibi offerim⁹, vel qui tibi offerūt hoc ſacrificiū laudis: pro ſe, ſuiſqꝫ omnib⁹, pro redemptione animarum ſuaruz, pro ſpe ſalutis et incolumitatis ſuę: tibiqꝫ reddunt vota ſua, ęterno deo viuo et vero. *Sequitur.*

Communicantes ꝛ diem ſacratiſſimum celebrātes, quo dominus noſter Jeſus Chriſtus pro nobis eſt traditus. Sed ꝛ memoriam venerantes. In primis glorioſę ſemperqꝫ virginis Marię, genitricis dei, et domini noſtri Jeſu Chriſti. Sed et beatorum apoſtolorum ac martyrum tuorum Petri ꝛ Pauli, Andreę, Jacobi, Johannis, Thomę, Jacobi, Philippi, Bartholomęi, Matthęi, Simonis, et Thadęi, Lini, Cleti, Clemētis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chriſogoni, Johannis ꝛ Pauli, Coſmę et Damiani: et omnium ſanctorum tuorum, quorum meritis precibuſqꝫ concedas: vt in omnibus protectionis tuę muniamur auxilio. Per eundem Chriſtum dñm nr̄m. Amen. *Tum extendat manus verſus oblata, dicens.*

Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtrę, ſed et cunctę familię tuę, quam tibi offerimus ob diē in qua dñs nr̄ Jeſus chrīs tradidit diſcipulis ſuis corporis ꝛ ſanguinis ſui myſteria celebranda: q̄s dñe, vt placatus accipias: dieſqꝫ nr̄os in tua pace diſponas, atqꝫ ab ęterna damnatione nos eripi, ꝛ in electorum tuoꝝ iubeas grege numerari. Per eundē chriſtum dominum noſtrum. Amen. *Deinde eleuat manus ꝛ iungit.*

Quam oblationē tu deus in oībus quęſumus, *Signet tertio cōmuniter ſup oblata, dicens.* bene ✠ dictaz, aſcri ✠ ptā, ra ✠ tam, rationabilem, acceptabilemqꝫ facere digneris, *Signet ſup hoſtiā primo: deinde ſuper calicē dicens.* vt nobis cor ✠ pus, ꝛ ſan ✠ guis, *Jungat manus ante pectus dicēs.* fiat dilectiſſimi filij tui domini noſtri Jeſu Chriſti. *Tergat aliquantulum pollicem, ꝛ indicem vtriuſqꝫ manus ſuper corporalia interim, dicens.*

Qui pridie q̄ȝ pro nr̄a oīumqꝫ ſalute pateretur, hoc eſt hodie: *Accipiat hoſtiaz dextera manu, et ponat in ſiniſtra, et dicat:* accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: *Eleuet oculos ad deū, dicens.* et eleuatis oculis in cęlum, ad te deum patrē ſuum omnipotētem, tibi gratias agens. *Dextera manu ſignet ſuper hoſtiam, dicens.* bene ✠ dixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis dicens. Accipite, et manducate ex hoc omnes. *Teneat hoſtiam ambabus manibus dicēs verba conſecrationis.*

Hoc

Digitized by Google

Hoc eſt eniꝫ corpus meum.

Et ſtatim deuote ac ꝓfunde ſe inclinans, adorat ſacramentũ, ⁊ ſurgẽs eleuat hoſtiã modeſte, ⁊ oſtẽdit populo: ⁊ iteruꝫ collocat ſup altare, ac ꝓfunde eã venerat. Tũ pollicibus, ⁊ indicibus nõ diſiunctis accipiens calicẽ in manibus quẽ Diacon⁹ diſcooperuit, dicit.

Simili modo poſtq̃ꝫ cęnatuꝫ eſt, accipiens ⁊ hunc pręclarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: Item tibi gratias agẽs. Siniſtra teneat calicem, ⁊ dextera benedicit ſuper eum dicẽs: bene ✠ dixit, deditq̃ꝫ diſcipulis ſuis dicens. Accipite, ⁊ bibite ex eo omnes.

Teneat ambabus manibus calicem dicens ṽba conſecrationis.

Hic eſt eniꝫ calix ſanguinis mei: noui et ęterni teſtamẽti: myſteriuꝫ fidei: qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in remiſſionem peccatorũ.

Tũ adorato profunde ſacramento, eleuat calicem, ⁊ oſtendit populo: ⁊ mox reponit ſuper altare, et Diaconus cooperit palla, Pontifice interim dicente.

Hęc quotieſcunq̃ꝫ feceritis, in mei memoriam facietis.

Deinde diſiunctis manibus, ⁊ ante pectus extenſis dicit.

Unde et memores domine nos ſerui tui, ſed ⁊ plebs tua ſancta, Chriſti filij tui domini noſtri, tam beatę paſſionis, nec non ⁊ ab inferis reſurrectionis: ſed ⁊ in cęlos glorioſę aſcenſionis, offerimus pręclarę maieſtati tuę de tuis donis ac datis. Signat tertio cõmuniter ſuper hoſtiã, ⁊ calicẽ dicens. Hoſtiam ✠ purã, hoſtiã ✠ ſanctã, hoſtiam ✠ imaculatam: Signat ſup hoſtiam tãtũ. panem ✠ ſanctum vitę ęternę, Signat tantum ſup ſanguinem. et calicem ✠ ſalutis perpetuę.

Deinde diſiunctis manibus, et ante pectus extenſis, dicit.

Supra quę propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, et accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, et ſacrificiũ patriarchę nſi Abrahę: et qđ tibi obtulit ſumm⁹ ſacerdos tu⁹ Melchiſedech, ſanctũ ſacrificiuꝫ immaculataꝫ hoſtiam. Junctis manib⁹ deinde iclinat ſe, ⁊ dicit.

Supplices te rogamus omnipotens deus, iube hęc perferri per manus ſancti angeli tui, in ſublime altare tuuꝫ, in ꝯſpectu diuinę maieſtatis tuę, vt quotquot ex hac altaris Oſculatur altare. participatione, ſacroſanctũ filij tui, Signet ſuper hoſtiã tãtũ. Cor ✠ p⁹, Signet ſup ſanguinẽ tãtũ. ⁊ ſan ✠ guinẽ ſumpſerim⁹, Pro/


Producat ſignum crucis ante faciem et pectus ſuum. **omni bene ✠ dictione cęleſti, et gratia repleamur, Per eundem Chriſtū dominum noſtrum. Amen.**

Memento etiam domine famulorū famularumq; tuarum. N. Iūgit manꝰ ante pectus vel oculos, ⁊ agit memoriam pro defunctis. Tū extendit manus, ⁊ proſequit̄. **qui nos p̄ceſſerunt cū ſigno fidei, ⁊ dormiunt in ſomno pacis: ipſis domine et omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij lucis ⁊ pacis, vt indulgeas deprecamur, Per eundem Chriſtum dominum nr̄m. Amē.**

Hic percutiat pectꝰ ſuum, dicēs.

Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis, de multitudine miſerationum tuarū ſperantibus, partem aliquam ⁊ ſocietatem donare digneris, cum tuis ſanctis apoſtolis ⁊ martyribus, cum Iohanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anaſtaſia: Et omnibus ſanctis tuis, intra quorum nos conſortium, non eſtimator meriti, ſed venie q̄s largitor admitte: p Chriſtū dn̄m noſtrū.

Pōtifex facta reuerētia ſacramēto i altari ꝯſecrato, retrahit ſe ad partē ep̄lę altaris: vbi ſup aliū calicē vacuū **abluit digitos**, ⁊ ad purificatoriū extergit, ⁊ ablutio vſque poſt cōionē Pontificis reſeruat̄: tū facta iterū reuerētia ſacramēto: deſcēdit ad primū gradū altaris: ⁊ ibidē accepta mitra vadit ad dictā ſedē ſibi paratā in pſbyterio ab oppoſito altaris, ⁊ ſedet ſup ipſam v̄ſa facie ad altare, dictā mēſam ante ſe habens, circūſtantibus miniſtris. Sacerdotibus, ⁊ alijs paratis p̄dictis in ſuis locis manētibus. Tūc Archidiaconus ſtans apud Pontificem, dicit alta voce in tono lectionis.



Oleū infirmoꝝ.

Et mox vnꝰ Subdiaconꝰ ex ſepteꝫ paratis predictis cū duobꝰ acolytis hinc, ⁊ inde aſſociatus: vadit ad ſacriſtiā, vbi accipiens ampullā olei, qd̄ pro infirmis cōſecrari debet: coopertā vt inuenit portat eam ſiniſtro brachio amplexatā ante Pontificē, vbi eam tradit in manibus Archidiaconi plane dicens. **Oleum infirmorum.** Archidiaconus preſentat illā Pontifici ad benedicendum idem dicens: collocans eam coram eo ſupra menſam ſupradictam.



Pontifex ſurgens cū mitra exorcizat ⁊ bn̄dicit illud voce demiſſa: ita tñ q̄ a circūſtātibꝰ ſacerdotibus

bus

dius audiri poſſit, abſolute dicēs.

Exorcizo te immūdiſſime ſpiritus omniſq; icurſio ſathane, ꝛ omne phantaſma: In nomine pa✠tris, ꝛ fi✠lij, ꝛ ſpiritus ✠ſancti, vt recedas ab hoc oleo: vt poſſit effici vnctio ſpiritalis ad corroborandum templum dei viui, vt in eo poſſit ſpiritus ſanctus habitare: per nomen dei patris omnipotentis, ꝛ per nomen dilectiſſimi filij ei⁹ domini noſtri Ieſu chriſti. Deinde depoſita mitra benedicit ipſum oleū dicens eadem voce. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpū tuo. Oremus. Oro.


Emitte queſumus domine ſpiritum ſanctum paraclitum de celis in hanc pinguedinē oliue, quam de viridi ligno producere dignatus es, ad refectionem mentis ꝛ corporis, vt tua ſancta bene✠dictione ſit omni hoc vnguento celeſtis medicine peruncto: tutamen mentis ꝛ corporis ad euacuandos omnes dolores, omnes infirmitates, omnemq; egritudinem mentis ꝛ corporis: vnde vnxiſti Sacerdotes, reges, prophetas, ꝛ martyres tuos, ſit chriſma tuum perfectū nobis domine a te benedictum permanēs in viſceribus noſtris: In nomine dñi noſtri Ieſu chri. ℟. Amē.

His expletis oleū ipſum eo modo quo apportatū fuit ad ſacrarium reportatur ꝛ diligentiſſime conſeruatur. Tunc Pontifex reaſſumpta mitra ſedet ꝛ lauat manus, tū ſurgit ꝛ cum mitra cū miniſtris ſuis, ceteris ſacerdotib⁹ ꝛ alijs paratis in locis ſuis manentibus, accedit vſq; ad gradū altaris, vbi depoſita mitra, facit reuerentiā ſacramento. Tum aſcēdit ad altare, ꝛ iunctis manib⁹, dicit.


Pontifex cū mitra accedit ad altare, ꝛ ꝑ legit miſſam vſq; ad cōmunionem incluſiue.

Per quem hec oīa domine ſemper bona creas. Tertio ſignat communiter ſuper hoſtiam ꝛ calicem, dicens. Sancti✠ficas, viui✠ficas, bene✠dicis, ꝛ preſtas nobis. Diaconus diſcooperit calicem, ꝛ Pontifex facta reuerentia, accepta in dextera manu hoſtia, tertio cum ea ſignet ſuper calicem a labio in labium, dicens. Per ip✠ſum, ꝛ cum ip✠ſo, et in ip✠ſo. Tum cum ipſa hoſtia bis inter ſe et calicem ſignet, dicens. eſt tibi deo✠patri omnipotenti, in vnitate ſpiritus ✠ſancti, omnis honor et gloria.


Tum reponens hoſtiam ipſam in locum ſuum deuote ſe inclinet: ꝛ terſis ſummitatibus digitorū cum quibus illam tetigerat, ſuper labium calicis. Calix ipſe a Diacono cooperitur, et Pontifex poſitis manibus ſuper altare: retinens tamen vtriuſq; manus pollicem, et indicem ſimul iunctos, cantans dicit.




Per omnia ſecula ſeculorū.




℟. Amen. Deinde eleuat manus dicens.




Oremus. Preceptis ſalutaribꝰ




moniti, ⁊ diuina inſtitutione




formati audemus dicere.




Pater noſter, qui es in celis: ſan




ctificetur nomen tuum. Adue




niat regnum tuū. Fiat volūtas




tua ſicut in celo ⁊ in terra. Panē




noſtrum quotidianum da no




bis hodie. Et dimitte nobis de




bita noſtra, ſicut ⁊ nos dimit



timus debitoribus noſtris. Et



ne nos inducas in tentationē.



℟. Sed libera nos a malo.

Pontifex dicit plane. Amē. ⁊ pſequitur extenſis manibꝰ ſequentē orōnē ſecrete. Interim Diaconus dat ei patenā i manū dextrā, quā ex manu ſubdiaconi accipit.


Libera nos queſumus domine ab omnibus malis, preteritis, preſentibus, ⁊ futuris, et intercedēte beata ⁊ glorioſa ſemper vgine dei genitrice Maria, ⁊ beatis aplis tuis Petro ⁊ Paulo atqz Andrea, ⁊ oībus ſanctis.

Pontifex producit ſignū crucis a fronte ad pectus cum patena, ⁊ eam oſculatur: interea dicens.


Da propitius pacem in diebꝰ noſtris: vt ope miſericordie tue adiuti, ⁊ a pctō ſimus ſemper liberi, ⁊ ab omni perturbatione ſecuri.

His dictis Diaconus diſcooperit calicem: ⁊ Pontifex profunde ſe inclinans veneratur ſacramentum, ⁊ ſubmittit patenam hoſtie, ac hoſtiaz ipſam deuote accipiēs frangit eam ſuper calicē in duas partes, dicens. **Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum:** et partem que

In dextra eſt ponit deuote ſup patenam: deinde ex parte que in ſiniſtra remanſerat, amouet particulam dicens. qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſancti deus, Et quod remanſerat in ſiniſtra ponit ſuper patenam iuxta aliaꝫ partem: particulam autem quaꝫ habet in dextera, tenet ſuper calicē, ⁊ paululum eleuāſ calicē dicit.



Per omnia ſecula ſeculoruꝫ.




℟. Amen.

Deide ſignat ter cū ipſa particula ſup calicem de labio in labium, dicens.



Pax ✠ domini ſit ✠ ſemper



vobi ✠ ſcum. ℟. Et cum ſpū.

Tum immittit ipſam particulam in calicem, dicens.

Fiat commixtio ⁊ conſecratio corporis ⁊ ſanguinis domini noſtri Jeſu chriſti, accipientibus nobis in vitā eternā. Amē.

Deinde percutiens pectus ſuū, ac mentem ⁊ oculoſ ad ſacramentum in altari poſitum conuertēſ, cum circunſtantibus dicit.

Agnus dei, qui tolliſ peccata mundi: miſerere nobis.

Agnus dei, q tollis peccata mundi: miſerere nobis.

Agnus dei, q tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

Tum iunctis manibus deuote ſe inclinans ante ſacramentū, dicit.

Domine Jeſu chriſte, qui dixiſti apoſtolis tuis, pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, ne reſpicias peccata mea, ſed fidem eccleſie tue: eamq; ſecūdū voluntatē tuam pacificare et coadunare dignare: q viuis ⁊ regnas de⁹: p oia ſecula ſcloꝝ. Amē.

Pax nō datur: ſed Pontifex deoſculato tantum altari, iūctis manibus, vt prius inclinatus dicit.

Domine Jeſu Chriſte fili dei viui, qui ex volūtate patris cooperante ſpiritu ſancto p mortem tuam mundum viuificaſti: libera me per hoc ſacrum corpus ⁊ ſanguinem tuum, ab omnibus iniqtatibus meis ⁊ vniuerſis malis, ⁊ fac me tuiſ ſemper inherere mandatis, ⁊ a te nunquam ſeparari permittas: qui cū eodem deo patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas i ſecula ſeculoꝝ. Amē. Oro.

Perceptio corporiſ tui domine Jeſu Chriſte, quod ego indignus ſumere preſumo: non mihi proueniat in iudicium ⁊ cōdemnationem, ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamentū mentis ⁊ corporiſ, ⁊ ad medelam percipiendam, Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Et accipienſ patenam cū corpore reuerenter, ac eam manu ſiniſtra tenens, dicit.

Pa

Digitized by Google

PAnem celeſtem accipiam et nomen domini inuocabo.

Et percutit pectus ſuũ, ter dicẽs.

DOmine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meũ, ſed tantum dic verbo, et ſanabitur anima mea. Deinde ſignans ſe cum ipſa hoſtia, dicit.

COrpus domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat animam meam in vitam eternam. Amen.

Et deuote ſumit eã: deinde ſi qd remanſerit in patena cum digito reponit in calicẽ, ⁊ cũ reuerentia deĩde accipit calicẽ ipſum, dicẽs.

QUid retribuã domino, pro omnibus q̃ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, et nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum, et ab inimicis meis ſaluus ero.

Hic ſumat ſanguinem ſignans ſe ipſo, dicens.

SAnguis domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat animam meam in vitam eternam. Amen.

Deinde Pontifex anteq̃ ſe purificet, reponit reuerenter corpus domini reſeruandum in calicem vltimo paratum, quẽ Diaconus cum palla patena deſuper poſita, ⁊ velo ſericeo cooperit, ⁊ i medio altaris collocat reuerẽter. Deinde Pontifex ſe purificat in eodẽ loco, ſumens etiam primam purificationem, dicens.


QUod ore ſumpſimus domine, pura mente capiamus, ⁊ de munere temporali, fiat nobis remedium ſempiternũ. Oratio.

COrpus tuũ domine, quod ſumpſi, ⁊ ſanguis quem potaui, adhereat viſceribus meis: et preſta, vt in me non remaneat ſcelerum macula, quem pura et ſancta refecerũt ſacramẽta, Qui viuis ⁊ regnas in ſcl'a ſcl'oꝝ. Amẽ.

Cum facta reuerentia ſacramento, ſine mitra quaſi lateraliter in cornu epiſtole ob reuerentiam ſacramenti: vbi ſtãs verſa facie ad populum lauat manus. Deinde accipit mitram, ⁊ redit ad predictam ſedem cum miniſtris ſuis, ⁊ alijs aſſiſtentibus eo ordine, quo premiſſum eſt: ⁊ ibi cũ mitra ſedet.


Tunc Archidiaconus ſtãs apud Pontificem dicit alta voce, in tono lectionis.

Archidiaconus alta voce dicit. Oleum ad ſanctum chriſma, ⁊ Oleum cathecumenorum



Oleum ad ſanctum chriſma.

Et mox eadem voce dicit.



Oleum cathecumenorum.

Quo dicto duodecim Presbyteri, ſeptem Diaconi, ⁊ ſeptẽ Subdiaconi parati predicti: ⁊ alij miniſtri, quot neceſſarij fuerint, eo ordine, quo venerũt pergunt ad ſacrarium ad deferendum cum omni decore ⁊ reuerentia oleum chriſmale, ⁊ oleũ cathecumenoꝝ.

12. presbyteri, 7. diaconi, ⁊ 7. ſubdiaconi vadũt ad ſacrarium, ⁊ deferũt cũ oĩ decore duas ampullas cũ oleo.

Miniſtris tamen Pontificis cum eo remanẽtibus, qui oblato ſibi thuribulo, imponit incenſum, et benedicit more ſolito. Incedunt


autẽ

Ordo redeũtiũ ad altare cũ oleis, ⁊ qd cãtare debeant.


autem redeũtes ad chorum cum ampullis hoc ordine. Primo thuriferarius cum thuribulo fumigãte, quem ſequitur Subdiaconus crucem deferens medius inter duos acolytos cum cereis ardentibus: tum duo cantores cantantes. ℣. O redemptor. vt infra habentur, quos ſequuntur bini, ⁊ bini Subdiaconi, et Diaconi. Deinde vnus Subdiaconus portans vaſculum cum balſamo.



Tũ duo Diaconi ampullas olei ad ſanctũ chriſma, ⁊ pro oleo cathecumenorum portãtes, qui habeant mappulas mũdas, ſiue vela ad collum: quorum extremitates ante pectus depẽdent, tenentes ipſas ampullas ſiniſtris brachijs amplexatas, ſeu circũdatas: ⁊ extremitatibus mappularum, quę a dextris dependent inuolutas ⁊ coopertas: ita tamẽ, vt a medio ſupra videri poſſint. Diaconus autem, qui oleũ pro chriſmate portat a dextris vadit: hos ſequuntur duodecim Sacerdotes prędicti bini, ⁊ bini, quibus ſic a ſacriſtia verſus Pontificem procedentibus, duo cantores prędicti cantant verſus ſequentes.




O Redemptor ſume car-




men: temet concinentium.


Et chorus replicat, deinde cantores ſequuntur.



Audi iudex mortuorũ: vna ſpes




credentium: audi voces profe-




rentũ: donũ pacis pręmium.


Chorus repetit. ℣. O redẽptor. Deinde dicti duo cantores proſequuntur.



Arbor fœta alma luce: hoc ſa-




crandũ protulit: fert hoc prona




pręſens turba ſaluatori ſeculi.

Chorus repetit. ℣. O redemptor ſume. ⁊c. Duo cantores proſequuntur.


Stans



Stans ad aram humi ſupplex




inſulatus Põtifex: debitum




pſoluit oẽ ꝯſecrato chriſmate.

Chorus repetit ℣. O redẽptor.


Duo cantores proſequuntur.



Conſecrare tu dignare rex pe




rennis patrię: hoc ſi gnũ oli




uę viuũ: contra iura dęmonũ.

Chorus repetit. ℣.



O redemptor ſume carmen:



te met concinentiũ.

His igit ordine pręmiſſo in Preſbyterium eccleſię cantando verſus pręmiſſos ꝑuenientib⁹, crux cum cãdelabris, ⁊ incenſo ſituantur ꝓpe altare iuxta cornu ep̃ſ.

Archidiaconus, Diacon⁹, Subdiaconuſq; miniſtrantes ſint circa Pontificem hinc ⁊ inde. Sacerdotes vero duodecim parati iuxta eos duo cornua faciunt, ſex hinc, ⁊ ſex illinc vertentes faciem ad altare: a lateribus aſſiſtentes Pontifici, tanq̃ eius teſtes ⁊ miniſterij ſacri chriſmatis cooperatores. Diaconi vero poſt tergũ Pontificis, ⁊ poſt eos Subdiaconi parati ſtant, tanquã miniſtri ⁊ inſpectores. Interim Diaconi ampullas olei chriſmalis, et olei cathecumenorum portantes: et Subdiaconus cũ balſamo ſe firmant, quouſq; omnes prędicti in locis ſuis fuerint ordinati. Omnib⁹ igitur diſpoſitis Diaconus ampullam olei chriſmalis ferens venit ante Pontificem, ⁊ Archidiaconus illam inuolutam cum mappula, quã Diaconus ipſe circa collum portauit, de manu eius accipiens, eam ſic inuolutã oſtendit Pontifici ſedenti: ⁊ illã ſuper menſam ante Epiſcopum poſitã collocat diligẽter: alio Diacono ampullam aſſidue inter brachia tenente. Tũc Subdiaconus vaſculum cum balſamo portans, illud tradit Archidiacono, q balſamum Pontifici ſimiliter oſtendens: ipſum ſupra menſam collocat. Tum Pontifex depoſita mitra ſurgit, ⁊ verſus ad altare, habens ante ſe ſuper menſam ampullam olei chriſmalis et balſamum. Ante omnia benedicit ipſum balſamum, dicẽs ℣. Dominus

Pontifex ſtans ſine mitra, verſus ad altare, bñdicit balſamum.

nus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus miniſterioꝝ cęleſtium et virtutum oium ꝑparator: nr̃as queſumus preces exaudire: hãc odoriferam ſicci corticis lachꝛymam, quę felicis virgę profluendo ſudorem ſacerdotali nos opimat vnguento: acceptabilem tuis preſta myſterijs, ⁊ cõceſſa benedictione ſcti ✠ fica. Per dñm nr̃m Jeſum chꝛm filium tuũ: qui tecũ viuit ⁊ regnat i vnitate ſpũs ſancti deus. Per oia ſcl'a ſcloꝫ. ℟. Amen. Alia oꝛatio. Oremus.

Creaturarũ oium dñe creatoꝛ, qui per Moyſen famulũ tuũ permixtis herbis aromatum fieri ꝑcepiſti ſanctificationez vnguenti, clementiam tuã ſuppliciter depoſcimus: vt huic vnguento, quod radix produxit ſtirpea, ſpiritualem gratiã largiẽdo, plenitudinem ſancti ✠ ficationis infundas. Sit nobis dñe fidei hilaritate conditum, ſit ſacerdotalis vnguenti chꝛiſma perpetuum: ſit ad celeſte vexillũ impꝛeſſione digniſſimum: vt quicũqꝫ baptiſmate ſacro renati, iſto fuerint liquore peruncti: corpoꝝ atqꝫ animaꝝ benedictionem pleniſſimã conſequantur, ⁊ illi beatę fidei collato munere perenniter amplientur. Per dñm nr̃m Jeſum chꝛiſtum filium tuuz: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen.

Deĩde accepta mitra adhuc ſtãs Põtifex miſcet ſuper patenã vel i aliquo paruo vaſculo balſamuz cuz modico olei de ampulla chꝛiſmali ſumpti dicẽs hanc oꝛonem.

Oremus dñm noſtrum oipotentem, qui incõpꝛehenſibilem filij ſui ſibiqꝫ coęterni diuinitatem: mirabili diſpoſitione verę humanitati inſeparabiliter coniunxit, ⁊ cooperante gratia ſpũs ſancti oleo exultationis pꝛę participib' ſuis liniuit, vt homo fraude diaboli perditus, gemina, ⁊ ſingulari conſtans materia, perẽni redderetur, de qua exciderat hereditati, quatenus hos ex diuerſis ſpecieb' liquoꝛes creatos ſanctę trinitatis perfectione bene ✠ dicat, ⁊ benedicendo ſancti ✠ ficet: cõcedatqꝫ vt ſimul permixti vnum fiant, ⁊ quicunqꝫ exterius inde perũctus fuerit: ita interius liniatur, quod oibus ſoꝛdib' corpoꝛalis materię carens, ſe participem regni cęleſtis effici gratuletur. Per eundem dñm noſtruz Jeſum Chꝛiſtũ filium ſuum: qui cum eo viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculoꝛum. ℟. Amen.

Quo facto ſedet Pontifex retenta mitra, ⁊ halat plane tertio in modum crucis ſuper os ampullę chꝛiſmalis inuolutę, ante eum ſuper menſam ſtantis. Deinde duodecim Sacerdotes parati, qui iuxta eum ſunt: oꝛdinatim facientes reuerentiam ſacramento in altari poſito, ⁊ Pontifici, ad menſam pꝛedictam accedunt: ⁊ ſtantes ante eam ſinguli ſuc-

Digitized by Google

ſucceſſiue eodem modo, vt Pontifex fecerat: in modum crucis ſuper os ampulle predicte halant. Cum reuerētiam vt ſupra facientes, ad loca ſua reuertuntur.

Quo facto, ſurgit Pontifex, et ſtans cum mitra, legendo benedicit exorciſmū chriſmalē abſolute, dicens. Benedictio chriſmatis.


Pontifex ſtās cū mitra, exorcizat oleum chriſmale.

Exorcizo te creatura olei per deum patrem omnipotentem, qui fecit cęlum et terram, mare, et omnia, quę in eis ſunt: vt omnis virtus aduerſarij, omnis exercitus diaboli, omniſque incurſio et omne fantaſma ſathanę eradicetur, et effugetur a te: vt fias omnibus, qui ex te vngendi ſunt, in adoptionem filiorum per ſpiritum ſanctū: in nomine dei pa ✠ tris omnipotentis, et in charitate Jeſu ✠ chriſti filij eius domini noſtri: qui cum eo viuit et regnat deus in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti.

Depoſita mitra extenſis manibus ante pectus dicit ſequentem prefationem.



Pontifex ſtans ſine mitra extenſis manibus ante pectus dicit prefationem.




Per omnia ſecula ſeculorum.



℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcū.




℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Surſum




corda. ℟. Habemus ad dñm.




℣. Gratias agamus dño deo




noſtro. ℟. Dignū et iuſtū eſt.




Vere dignū et iuſtū eſt: equū et




ſalutare. Nos tibi ſemper et



vbique gratias agere: dñe ſan-



cte, pater oīpotēs, ęterne deus.



Qui in principio inter cetera boni-




Digitized by Google




Digitized by Google



noſtrũ Jeſum Chriſtũ filium
tuum: vt huius creature pin-
guedinẽ ſancti ✠ ficare tua be-
ne ✠ dictione digneris, et ſcti
ſpiritus ei admiſcere virtutẽ:
cooperante chriſti filij tui po-
tentia: a cuius nomine ſancto
chriſma nomen accepit: vnde
vnxiſti ſacerdotes, reges, pro-
phetas, et martyres tuos: vt ſpi-
ritualis lauacri baptiſmo reno-
uãdis: creaturã chriſmatis in
ſacramẽtum pfecte ſalutis vi-
teq confirmes: vt ſctificatione
vnctionis infuſa: corruptione
prime natiuitatis abſorpta: ſan-
ctum vniuſcuiuſq; tẽplum ac-
ceptabili vite innocentie odo-
re redoleſcat: vt ſecundũ con-
ſtitutionis tue ſacramentum:




regio ⁊ ſacerdotali ꝓpheticoq;




honore pfuſi: veſtimēto incor




rupti muneris induātur: vt ſit




his q renati fuerint ex aqua ⁊



ſpiritu ſancto chriſma ſalutis:



eoſq; eterne vite participes, ⁊



celeſtis regni faciat eſſe ꝯſortes.

Quod ſequitur dicit plane legē, do tamē, q̄a circumſtantib⁹ audiri poſſit. **Per eundem dn̄m nr̄m Jeſum chriſtū filiū tuū: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculoꝝ. ℞. Amen.**

Quod ſequitur dicit plane.


Tum Pontifex balſamū cum illo modico oleo ex ampulla chriſmali ſumpto, miſtū cōmiſcet ſancto chriſmati, reponens ipſum in ampullam chriſmalem, dicens.

Pont. balſamū cum modico olei qd̄ benedixit, iꝑonit i ampulla chriſmali.

HEc cōmixtio liquoꝝ fiat oībus ex ea perfuſis ꝓpitiatio ⁊ cuſtodia ſalutaris in ſcl̄a ſcl̄oꝝ.

Tunc Diaconus, q ampullā chriſmalē de ſacriſtia portauit, deponit velū ſiue mappulā de ipſa ampulla, dimiſſa ei ſua ſerica veſte alba, quā antea habebat: ⁊ Pontifex capite iclinato ſalutat chriſma, dicens.

Pont. capite inclinato, ſalutat ſanctū chriſma ⁊ hoc ter facit ſp̄ eleuando vocem.




Aue ſanctum chriſma.

Et hoc ſecūdo ⁊ tertio facit, ſemper altius dicendo, quod poſtq̄ dixerit tertio, oſculatur ampulle labium: quo facto ſedet Pōtifex ⁊ accipit mitrā. Tū ſinguli duodecim ſacerdotes parati pdicti accedūt ſucceſſiue per ordinē ad mēſam ſupra quam poſita eſt ampulla chriſmatis: ⁊ factis reuerentijs ſacramēto in altari poſito, et Pontifici: tertio in varia diſtātia genuflectūt coram ampulla, qualibet vice ſemper altius dicendo in tono pdicto.

Pont. accipit mitrā ⁊ ſedet.

Duodecim ſacerdotes ſinguli facta reuerētia ſacro ⁊ pōtifici ter ſucceſſiue genufle//ctunt ⁊ dicit qualibet vice. Aue ſanctū chriſma.



Aue ſanctum chriſma.

Quo tertio dicto, labiū ampulle reuerēter oſculant, ⁊ ad loca ſua reuertunt. Quo pacto, ampullā in vno latere menſe pdicte collocāt. Et Diacon⁹ aliā ampullā ſua veſte coopertā cū oleo cathecumenoꝝ ferēs, accedit ad pſentiā Pōtificis, ⁊ ampullā ipſā ſine mappula, quā Diacon⁹ ipſe circa

collum


collum retinet: tradit Archidia-
cono, qui illā ſuſcipiēs, eā oſtēdit
Pōtifici, ⁊ collocat ſupra mēſam
pdictā in medio ante Pōtificem.
Tum Pontifex retēta mitra, ſe-
dens, halat plane tertio in modū
crucis ſuper os ampullę olei ca-
thecumenorum inuolutę ante eū
ſuper menſam ſtantis.
Deide duodecim ſacerdotes
parati, qui iuxta eū ſunt, ordina-
tim facientes reuerentiam ſacra-
mento in altari poſito ⁊ Pontifi-
ci, ad mēſam prędictam accedūt,
⁊ ſtantes ante eam ſinguli ſucceſ-
ſiue eodem modo, prout Ponti-
fex fecerat i modum crucis ſuper
os ampullę prędictę halant. Tū
reuerentiā vt ſupra facientes, ad
loca ſua reuertunt. Quo facto
Pōtifex ſurgēs cū mitra, ſubmiſ-
ſa voce legendo abſolute exorciſ-
mū olei cathecumenorum, dicit.

Exorcizo te creatura olei, in
nomine dei pa✠tris omni-
potētis, ⁊ in nomine Jeſu ✠ chri-
ſti, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: vt in hac
inuocatione indiuiduę trinitatis,
atq; vniꝰ virtute deitatis: omnis
nequiſſima virtus aduerſarij, oīs
inueterata malitia diaboli, omnis
violenta incurſio, omne cōfuſum
⁊ cecum fantaſma eradicetur, et
effugetur, ⁊ diſcedat a te: vt diui-
nis ſacramētis purificata fias in
adoptionē carnis ⁊ ſpiritus, his,
qui ex te vngendi ſunt in remiſ-
ſionem omnium peccatorum, vt
efficiātur eorum corpora ad om-
nem gratiam ſpiritualē accipien-
dam ſanctificata. Per eundem
dominum noſtrum Jeſum chri-
ſtum filium ſuum: qui cū eo ⁊ eo-
dem ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat
deus: per omnia ſecula ſeculorum.
Depoſita mitra, Pontifex ſtans
benedicit dictum oleum cathecu-
menorum eadem voce dicens. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟. Et cū
ſpiritu tuo. Oremus. Oratio. Sine mi-tra.

Deus incrementorum om-
nium, ⁊ profectuū ſpiritua-
lium remunerator, qui in virtute
ſpiritus ſancti imbecillarum mē-
tiū rudimenta confirmas: te ora-
mus domine, vt emittere digne-
ris tuam bene✠dictionē ſuper
hoc oleum, ⁊ venturis ad beatę
regenerationis lauacrū tribuas
per vnctionē huiuſ creaturę pur-
gationem mentis ⁊ corporis: vt
ſiquę illiſ aduerſantium ſpirituū
inheſere reliquię vel maculę, ad
tactum ſanctificati olei huius ab-
ſcedant: nullus ſpiritalibus ne-
quitijs locus, nulla refugij ſit fa-
cultas, nulla inſidiantibus ma-
lis licentia latendi relinquatur.
Sed venientibus ad fidem ſer-
uis tuis, et ſancti ſpiritus tui ope-
ratione mundandis, ſit vnctio-
nis huius pręparatio vtilis ad ſa-
lutem, quam etiam per cęleſtis
regenerationis natiuitatem, in
ſacramēto ſunt baptiſmatis adē-
pturi. Per dominum noſtrum
Jeſum Chriſtum filium tuum:
qui venturus eſt iudicare viuos
et mortuos, et ſeculū per ignem.
℟. Amen.


Pontifex ⁊ 12. ſacerdotes ſucceſſiue ſalutant ſanctũ oleum ter, ꝑ quolibet ſemꝑ eleuando vocem.

Deinde Pontifex capite inclinato ſalutat oleum ipſum dicens.



Aue ſanctum oleum.


Et hoc ſecũdo ⁊ tertio facit, ſemper altius dicendo, quod poſtq̃ tertio dixerit, oſculatur os ipſius ampullę. Quo facto ſedet Pontifex, ⁊ accipit mitram. Tum ſinguli ſacerdotes parati prędicti accedunt ſucceſſiue per ordinem ad menſam prędictam: ⁊ factis reuerentijs ſacramento in altari poſito ⁊ Pontifici: tertio in varia diſtantia genuflectunt coram ampulla, qualibet vice ſemper altius dicendo in tono prędicto.




Aue ſanctum oleum.

Per duos Diaconos eo ordine, quo fuerit allata reportant olea ad ſacriſtiam, ⁊ dũ reportant cãtantur infraſcripta.


Quo tertio dicto, labium ampullę reuerenter oſculantur, ⁊ ad loca ſua reuertunt. His peractis, ampullę per dictos duos Diaconos eo ordine ⁊ decore, quo delatę fuerant, ad ſacrarium, ſiue ſacriſtiã proceſſionaliter reportantur. Interim dũ reportãtur duo premiſſi cantores cantant ℟.



Vt nouetur ſexus omnis




vnctione chriſmatis: vt ſanetur




ſauciata, dignitatis gloria.

Chorus replicat ℟.




O redemptor ſume carmen




temet concinentium.


Cantores ℟.



Lota mẽte ſacro fonte, auffugã




tur crimina: iuncta fonte ſacro




ſancta influunt chariſmata.

Chorus replicat. O redemptor.


Cantores proſequuntur.



Corde natus ex parentis, aluũ




implẽs ꝟginis: pande vitã claude




de, mortẽ conſecrato chriſmate.

Chorus


Chorus replicat. ℣. O redemptor.
Cantores proſequuntur. ℣.



Sit hec dies feſta nobis ſeculo-



rũ ſeculis, ſit ſacrata vera lau-



de: nec ſeneſcat tempore.

Chorus repetit. O redemptor.
Interim dum chriſma ⁊ oleũ cathecumenorũ ad ſacriſtiam portantur: Pontifex ſedens cum mitra lauat manus. Tum ſurgit, ⁊ cum mitra cum miniſtris ſuis ceteris ſacerdotibus ⁊ alijs paratis in locis ſuis manentibus: accedit vſq; ad gradũ altaris, vbi depoſita mitra facit reuerẽtiam ſacramento, ⁊ accedens ad altare in cornu epiſtole dicit. Commu.

Dominus Jeſus poſtquã cenauit cum diſcipulis ſuis lauit pedes eorum, ⁊ ait illis: ſcitis quid fecerim vobis? ego dominus et magiſter exemplum dedi vobis: vt et vos ita faciatis.

Pontifex in medio altaris illo prius oſculato, facta reuerentia ſacramento, retrahit ſe aliquantulum verſus cornu euangelij, et verſus ad populum dicit. Verſus.
Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum.
Inde facta iterum reuerentia ſacramẽto, accedẽs ante miſſale ad cornu epl'e dicit. Orem⁹. Poſtcõ.

Refecti vitalibus alimentis quęſumus domine deus noſter: vt quod tẽpore noſtre mortalitatis exequimur, tue immortalitatis munere conſequamur. Per dñm noſtrum Jeſum Chriſtũ filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſancti deus: per omnia ſecula ſclo2. ℟. Amẽ.


Deinde reuertitur ad medium altaris, ⁊ illo prius oſculato, facta reuerentia ſacramẽto: ad populum verſus dicit. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
Et Diacon⁹ verſus ad populum dicit. Ite miſſa eſt. ℟. Deo grãs.
Pontifex verſus ad altare inclinatus, dicit.

Placeat tibi ſancta Trinitas obſequium ſeruitutis mee: ⁊ preſta, vt ſacrificium, quod oculis tue maieſtatis indignus obtuli, tibi ſit acceptabile: mihique et omnibus pro quibus illud obtuli, ſit te miſerante propitiabile. Per Chriſtum dominum noſtrũ. ℟. Amen.


Quo dicto, ſi Pontifex ſit Archiepiſcopus vel ſimilis, portat crucẽ ſua ante altare ſpacio congruẽti.

Pont. dat ſolennem bñdictionem.


Et Pontifex facta reuerentia ſacramento, retrahit ſe aliquantulum verſus cornu euangelij, et ſtans ſine mitra verſa facie ad altare: et baculum paſtoralem in ſiniſtra manu tenens: formans ſibi ſignum crucis cum pollice dextre manus in pectore, competenti voce dicit. [illegible]




Sit nomē domini bñdictū. ℟.




Ex hoc nunc, ⁊ vſq; in ſeculum.
Tum ſignans ſe a fronte ad pectus, et a ſiniſtro ad dextrum humerum, eadem voce dicit. ℣.




Adiutoriū nr̄m in nomine dn̄i.




℟. Qui fecit celum et terram.
Tū eleuat manū dextram, ⁊ dicit.



Benedicat vos oīpotens deus.
Et cum dicit deus erigit manū dextrā vſq; ad faciem ſuam, ⁊ vertens ſe ad dextrum latus, benedicit populū, ſignans ter, et dicens.



pa ✠ ter, ⁊ fi ✠ lius, ⁊ ſpi ✠ ri



tus ſanctus.

Deinde denūtiantur indulgentię, ⁊ Pōtifex ſignat altare, dicens.

Dominus vobiſcū. ℟. Et cū.
Initium ſancti euangelij ſecundū Johānē. ℟. Gloria tibi dn̄e.
In principio erat verbum. ⁊c.

Quo incepto, illud proſequēdo, facta reuerentia ſacramento deſcendit ad primū graduʒ altaris, ⁊ ibidem accepta mitra ⁊ baculo paſtorali accedit ad faldiſtoriū: ⁊ eo finito ſedet cū mitra, ⁊ iubet Preſbyteris attēte vt iuxta canonū traditionē chriſma, ⁊ olea fideliter cuſtodiāt: ⁊ nulli ſub pretextu medicinę vel maleficij tradere pſumāt, alioquin honore priuent.

¶ His peractis, Pōtifex ſurgit, accedit ad altare, deponit mitrā, ⁊ in ſupremo gradu altaris antē ſacramentū genuflexus, miniſtrāte nauiculā archipreſbytero, iponit incēſuʒ in thuribulū, cū quo icenſat ſacramentū, etiā genuflex⁹ ter ducēs thuribulū. Tū Diaconus iponit velū pulchrū circa collum Pōtificis: deinde facta reuerētia ſacramēto, illud reuerenter accipit ⁊ tradit ad manus Pōtificis adhuc genuflexi, q ſurgit, ⁊ precedente clero ⁊ capl'o ecclię cū luminarib⁹ more ſolito ſub baldachino, illud portat ad locū deputatū: ad quē cū peruenerit, firmat ſe ante altare, ⁊ Diaconus reuerēter accipiens ſacramentū de manib⁹ Pōtificis, illud reponit. Pōtifex corā ſacramēto genuflexus miniſtrāte Archipreſbytero nauiculā: iterū iponit incēſuʒ in thuribulū, ⁊ incēſat iterū ſacramētū. Poſtea reuertit ad faldiſtorium, vbi ſacras veſtes deponit vſq; ad ſtolā, quā ⁊ omnia alia paramenta, quę ſub ipſa ſtola habet retinet, et deſuper pluuiale violaceum accipit.

Pontifex ſine mitra genuflex⁹ iponit incenſum, ⁊ thurificat: et p man⁹ Diaconi accepto ſacramento, illud reuerēter portat ad locū deputatum.

Velū circa collum.

Diaconus ſacramētū accipit.

Pontifex incenſat.

Vſq; ad ſtolam deponit.

Interim

Preparantur neceſſaria ad mãdatum faciendū vt in textu habet. Interim dicuntur veſperę, et parãtur per ſacriſtam, aut alium ad quē ſpectat, in loco cõuenienti ⁊ conſueto pro mãdato faciendo, credentia cū mappa cõgruenti: ſuper quam ponãtur duo, aut tria bacilia cum totidem buccalibus: 13. mantilia. vnum bacile cum tredecim mãtilibus plicatis ſi pauperibus lauandi ſunt pedes: alioquin ſi prius pauperibus pedes loti fuerunt: paretur pro canonicis cum totidem mãtilibus quot ſunt canonici. Bacile cū pecunia. Aliud bacile cū pecunijs, pauperibus lotis donandis, in monticulis ſeparatim poſitis, ſi tunc lauandi ſunt pedes pauperum. Linteum. Linteum cingẽdum Põtifici loturo: Vaſa. 2. vas aquę calidę, ⁊ etiã vas aquę frigidę ad ſufficiẽtiam. Flores, ⁊ herbę odoriferę ꝑ lauãdis: Aquę parãdę. bacile cum buccali pro lotione manuum Pontificis, thuribulum cum igne, nauicella, ⁊ icenſo, liber euangeliorum: duo cãdelabra cum cereis ardentibus, pulpitus pro euangelio decantando: ſedilia ordinata pro lauandis, faldiſtorium pro Pontifice. Quibus omnibus paratis, ⁊ veſperis completis: Paratus pcedit ad faciendū mandatū. Pontifex paratꝰ amictu, alba, cingulo, ſtola, ⁊ pluuiali violatis, ac mitra ſimplici, cum canonicis eccleſię ſuę, et clero ac Diacono, ⁊ Subdiacono in eorū habitu, in quo in miſſa Pontifici ſeruierunt ei aſſiſtentibus, procedit ad locum capitularē eccleſię, 13. pauperes, vel canonici. vel alium conſuetum in quo lauandi, ſiue ſint tredecim pauperes, ſiue canonici eccleſię, prout in aliquibus locis ſeruatur, ſtant apud ſedilia ſibi parata. Pontifex autem in faldiſtorio in conuenienti loco ibidem ſibi ordinato ſedet. Tunc Diaconus cum thuriferario accedit ante Pontificē, qui imponit incenſum more conſueto: deinde idem Diaconus coram Pontifice genuflexus, medius inter duos ceroferarios, capitibus inclinatis ſtantes, petit benedictionē dicēs. **Iube domne benedicere.** Et Pōtifex dicit. Dicturus euãgeliū petit benedictionem. **Dominus ſit in corde tuo, et in labijs tuis: vt digne ⁊ competenter annunties euãgelium ſuum: In nomine patris, et filij, ⁊ ſpiritus ſancti. Amen.** Tum ſurgit, ⁊ vadit ad locum vbi euangelium eſt dicturus, precedentibus thuriferario, ceroferarijs, ⁊ ſubdiacono, ⁊ in eodem loco, dicit. **Dominus vobiſcum.** ℟. **Et cum ſpiritu tuo. Sequentia ſancti euãgelij ſecundum Johannem.** Signans ⁊ thurificans more cõſueto. ℟. **Gloria tibi domine.**

Ante diem feſtum paſchę: ſciens Jeſus, quia venit hora eius. ⁊c. vt ſupra in miſſa. Interim Pontifex ſtat ſine mitra verſus ad Diaconum cantantē. Pontifex ſine mitra. Finito euãgelio, ceroferarij reuertuntur ad credentiam, ⁊ Subdiaconꝰ portat librū apertū Pōtifici, qui oſculatꝰ illum, ⁊ incenſatꝰ more cõſueto. Tunc cantores incipiunt ⁊ proſequuntur. An. **Mandatum nouū. ⁊c.** Prout in Miſſali habet.

DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI EXEMPLO,
Pontifex non dedignetur infimorum pedes lauare.



Pontifex depoſito pluuiali tenens mitrā: pręcingit ſe ꝛ accedit ad lotionē pedum.

PONtifex ſuo depoſito pluuiali, pręcingit linteo mundo, ꝛ accepta mitra accedit ad lauandos in ſuis ſedilibus ſedētes: vbi a dextris eius ſit ſcutifer, in ſiniſtra habēs peluim floribus ꝛ herbis odoriferis adornatam, ꝛ in dextera buccale cum aqua calida.

Un⁹ mappulam.

Unus Capellanus bacile tenens cum mappulis pro lotis tergendis.

Alter pecuniam.

Alius Capellanus bacile tenens cum pecunijs pauperibus lotis donandis.

Pedem dextrum vnicuiqꝫ lauat.

Tum Pontifex genuflexus cuꝫ mitra lauat vnicuiqꝫ pedem dextrum, quem deinde mappula tergit, et oſculatur:

Tergit pedes ꝛ oſculatur.


et ſi lotus pauper eſt, mappulam ipſam cum pecunijs ad voluntatē ipſius Pontificis in eleemoſynam dat ipſi loto.

Si lauādi ſint canonici, non dantur eis mappula, nec pecunia.


Si vero loti ſunt canonici, eis neque mappula illa, neqꝫ pecunię dantur.

Pontifex lauat manus ꝛ reaſſumit pluuiale, et ſtans ſine mitra, dicit. Pater noſter. ꝛ ℣. et orōnem.

Lotis omnibus Pontifex ſurgit, ꝛ reuertitur ad faldiſtorium ſuum, deponitur ei linteus: ſedenſqꝫ cuꝫ mitra lauat manus, ꝛ tergit: tum ſurgit imponitur ſibi pluuiale violaceum prędictum. Interim duo ceroferarij accedūt ante ipſum duo candelabra cum luminaribus tenentes, vſque ad finem orationis, et detecto capite dicit voce intelligibili.




Pater noſter. Quod ſecrete complet: deinde dicit.




Et ne nos inducas in tētationē.
℟. Sed liba. Uerſus.

Digitized by Google





Tu mandaſti mandata tua do- mine. ℟. Cuſtodiri nimis. ℣.






Tu lauaſti pedes diſcipulo- rum tuorum. ℟. Opera manuum tuarum ne deſpicias. ℣.





Domine exaudi oꝛonem meã. ℟. Et clamoꝛ meꝰ ad te veniat.



℣. Dominus vobiſcum. ℟.



Et cum ſpiritu tuo. Oꝛemus.

Oꝛatio.

ADeſto queſumus domine officio ſeruitutis noſtrę, et quia tu diſcipulis tuis pedes lauare dignatus es, ne deſpicias opera manuum tuarum, quę nobis retinenda mandaſti: vt ſicut hic a nobis exterioꝛa abluuntur inquinamenta, ſic a te omnium noſtrum interioꝛa lauentur peccata. Quod ipſe pręſtare digneris: Qui viuis et regnas deus, per omnia ſecula ſeculoꝛum. ℟. Amen.

Pontifex in eadem ſede deponit ſacras veſtes, et induit cappam, ⁊ diſcedit in pace.

Digitized by Google

Incipit Miſſa Sabbathi Sancti.

Cum ſacris ordinibus præinſertis.



PRÆPARANDA.

PONtifex volens eccleſiaſticos ordines conferre, ⁊ pro maiori commoditate miſſam plane ⁊ ſine cantu celebrare, antequam ad ordinationem procedat: debet prius omnia diligenter conſiderare, aduertere, et obſeruare, quę ſupra notata ſunt ante miſſā quatuor temporum de Aduētu: ⁊ eo ordine ad ordinationeꝫ procedere. Omnibuſ igitur pręparatis, mane, hora competenti.

Pontifex veniēſ ad eccleſiam, facta oratione ante altarę ad faldiſtorium accedit, ſeu ad ſedem ſuam ad cornu epiſtolę, vbi accipit omnia paramenta Pontificalia coloris violacei, pręter ſandalia, ſubcinctorium, et ſtolam, quę debent eſſe alba, ⁊ mitram albam ſimplicem, dicens Pſalmos, **Quam dilecta.** ⁊ aliaſ orationeſ conſuetas, vt ſupra poſitas, fol. 4.

Quibus ſic paratus aſcendit ad altare, quod debet eſſe ſine luminaribus, et ibi in medio in ſuperiori gradu, ſiue plano ſup faldiſtorium ſedēs: vertēs renes altari, ordinandos ante eū genuflexos, ⁊ in modum coronę diſpoſitos, abſoluit publice ad cautelaꝫ: confirmat in fronte ſi aliqui confirmandi ſunt: ⁊ legitur mandatū iterdicti, ſicut ſupra notatū eſt ante miſſam. iiij. tpoꝝ de aduentu.

Quib⁹ expeditis, Pōtifex deponit mitrā, ⁊ ſurgit. Et conuerſus ad altare i cornu epiſtolę, ex libro ſuper altari poſito ſtās legit prophetiaſ abſolute ſine titulo. Aut ſi Pōtifici placuerit propter aliquam corporis debilitatem: poterit etiā ſedendo ſup faldiſtorium poſitum ad cornu epiſtolę altariſ

verſa

Digitized by Google

verſa facie ad cornu euangelij retenta mitra legere ꝓphetias: Capellano ante eũ genuflexo librũ tenente, ⁊ finita qualibet prophetia, depoſita mitra, ſurgere, ⁊ conuertens ſe ad altare, ſtans dicere orõnes ex libro ſup altari poſito.

Sequitur prophetia prima Geneſis capitulo. I.

In principio creauit Deus cęlum ⁊ terrã. Terra aũt erat inanis ⁊ vacua, ⁊ tenebrę erãt ſuper faciem abyſſi, ⁊ ſpiritus dñi ferebatur ſuper aquas. Dixitq; Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem, ꝙ eſſet bona: ⁊ diuiſit lucem a tenebris: appellauitq; lucem diem ⁊ tenebras noctem. Factumq; eſt veſpere, ⁊ mane dies vn⁹. Dixit quoq; Deus. Fiat firmamẽtum in medio aquarum, ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamẽtum: diuiſitq; aquas, quę erant ſub firmamento, ab his, quę erãt ſuper firmamentum. Et factum eſt ita. Uocauitq; deus firmamẽtum cęlum. Et factũ eſt veſpere, ⁊ mane dies ſecũdus. Dixit vero deus. Congregentur aquę, quę ſub cęlo ſunt in locum vnũ: ⁊ appareat arida. Factumq; eſt ita: ⁊ vocauit deus aridam terram, cõgregationeſq; aquarum appellauit maria. Et vidit deus, ꝙ eſſet bonum, ⁊ ait. Germinet terra herbam virentem, ⁊ facientẽ ſemen, ⁊ lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terrã. Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam virentem, ⁊ afferẽtem ſemẽ iuxta genus ſuum: lignũq; faciens fructum, ⁊ habens vnumquodq; ſementẽ, ſm ſpeciẽ ſuã. Et vidit deus, ꝙ eſſet bonũ. Factumq; eſt veſpere, ⁊ mane dies tertius. Dixit autẽ deus. Fiant luminaria in firmamento cęli, et diuidãt diem ac noctem: ⁊ ſint in ſigna, ⁊ tempora, ⁊ dies, ⁊ annos: vt luceant in firmamento cęli, ⁊ illuminent terram. Et factũ eſt ita. Fecitq; deus duo luminaria magna: luminare maius vt pręeſſet diei, ⁊ luminare min⁹ vt pręeſſet nocti, ⁊ ſtellas. Et poſuit eas i firmamento cęli, vt lucẽrent ſup terram, ⁊ pręeſſent diei ac nocti, ⁊ diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit deus, qđ eſſet bonũ. Et factũ eſt veſpere, ⁊ mane dies quartus. Dixit etiã deus. Producãt aquę reptile animę viuentis, ⁊ volatile ſuper terrã ſub firmamento cęli. Creauitq; deus cęte grãdia, ⁊ oẽm animã viuentem atq; motabilem, quam produxerant aquę in ſpecies ſuas: ⁊ omne volatile ſm genus ſuũ. Et vidit de⁹, qđ eſſet bonum; benedixitq; eis dicens: Creſcite, ⁊ multiplicamini, ⁊ replete aquas maris, aueſq; multiplicentur ſuper terram. Et factum eſt veſpere, ⁊ mane dies quintus. Dixit quoq; deus. Producat terra animam viuẽtem in genere ſuo: iumenta, ⁊ reptilia, ⁊ beſtias terrę, ſm ſpecies ſuas. Factumq; eſt ita. Et fecit deus beſtias

ſtias

Digitized by Google

ſtias terrę iuxta ſpecies ſuas:iumenta,⁊ omne reptile terrę in gēnere ſuo. Et vidit deus, qd eſſet bonum,⁊ ait. Faciamus hominē ad imaginem ⁊ ſimilitudineʒ noſtram: ⁊ pręſit piſcibus maris, ⁊ volatilibus cęli,⁊ beſtijs vniuerſę terrę: omniqʒ reptili,quod mouetur in terra. Et creauit de⁹ hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem ſuam,ad imaginem dei creauit illum: maſculum, et fęminam creauit eos. Bñdixitqʒ illis de⁹, ⁊ ait. Creſcite,⁊ multiplicamini, ⁊ replete terram,⁊ ſubijcite eam, ⁊ dominamini piſcibus maris,et volatilibus cęli, ⁊ vniuerſis animantibus, quę mouentur ſuper terram. Dixitqʒ deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentē ſemen ſuper terram,⁊ vniuerſa ligna,quę habent in ſemetipſis ſemētem generis ſui: vt ſint vobis in eſcam, ⁊ cunctis animantibus terrę: omniqʒ volucri cęli, ⁊ vniuerſis,quę mouentur in terra: in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcenduʒ. Et factū eſt ita. Viditqʒ deus cuncta, quę fecerat,⁊ erant valde bona. Et factum eſt veſpere, ⁊ mane dies ſextus. Igitur pfecti ſunt cęli ⁊ terra,⁊ oīs ornat⁹ eorū. Cōpleuitqʒ deus die ſeptimo opus ſuū,quod fecerat,⁊ requeuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.

Tum Pontifex ſtās in eodem loco dicit. Oremus. Flectamus genua. qd dū dicit genuflectit,⁊ ſurgit: ⁊ miniſtri. ℟. Leuate. Oro.

DEus,qui mirabiliter creaſti hominē,⁊ mirabilius redemiſti: da nobis quęſumus contra oblectamenta peccati mentis ratione perſiſtere: vt mereamur ad ęterna gaudia puenire, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiuʒ tuum: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſcti deus: per oīa ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen.

Prophetia ſcda. Geneſis c.5.⁊.6.

NOe vero cum quingentorū eſſet annorum,genuit Sem, Cham,⁊ Japhet. Cūqʒ cępiſſent homines multiplicari ſuper terram,⁊ filias procreaſſent: videntes filij dei filias hominuʒ, quod eſſent pulchrę: acceperūt ſibi vxores ex oībus quas elegerant. Dixit quoqʒ Deus. Non permanebit ſpūs meus in homine in ęternum,quia caro eſt. Eruntqʒ dies illius centum viginti annorum. Gigātes autem erant ſuper terram in diebus illis. Poſtq̄ autē ingreſſi ſunt filij dei ad filias hominuʒ: illęqʒ genuerunt: iſti ſunt potentes a ſeculo viri famoſi. Videns autem Deus, quod multa malitia hominuʒ eſſet in terra, et cuncta cogitatio cordis humani intenta eſſet ad malum omni tēpore: penituit eum, quod hoiem feciſſet in terra. Et pręcauens in futurum, et tactus dolore cordis intrinſecus: delebo inquit hoiem quem creaui a facie terrę, ab homine vſqʒ ad animantia, a reptili vſque ad volucres cęli. Penitet enim me feciſſe eos. Dixitqʒ deus ad

ad Noe. Finis vniuerſę carnis venit coꝛaꝫ me: repleta eſt terra iniquitate a facie eoꝛū, ⁊ ego diſperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis, manſiunculas in arca facies, et bitumine linies intrinſecus, ⁊ extrinſecus, ⁊ ſic facies eam. Trecentoꝝ cubitoꝛum erit longitudo archę: quinquaginta cubitoꝛum latitudo, et triginta cubitoꝛū altitudo eius. Feneſtram in arca facies, ⁊ in cubito conſummabis ſummitatem eius. Oſtium autem archę pones ex látere deoꝛſum. Cęnacula et triſtega facies in ea. Ecce ego adducaꝫ diluuij aquas ſuper terrā: vt interficiam omnem carnem, in qua ſpiritus vitę eſt ſubter cęlū, ⁊ vniuerſa, quę in terra ſunt conſumentur. Ponāq; fędus meum tecum, et ingredieris arcam tu, ⁊ filij tui, vxoꝛ tua, ⁊ vxoꝛes filioꝝ tuoꝛum tecum. Et ex cunctis animantibus vniuerſę carnis, bina et bina induces in arcam: vt viuant tecum, maſculini ſexus, ⁊ fęminini. De volucribus iuxta genus ſuum, ⁊ de iumentis in genere ſuo: ⁊ ex omni reptili terrę ſm genus ſuum: bina de omnib⁹ ingredientur tecum, vt poſſint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis, quę mandi poſſunt, ⁊ cōpoꝛtabis apud te, ⁊ erunt tam tibi, quam illis in cibum. Fecit ergo Noe omnia, quę pꝛęceperat illi Deus. Eratq; ſexcentoꝝ annorum quādo aquę diluuij inundauerunt ſuper terraꝫ. Rupti ſunt autem omnes fontes abyſſi magnę, ⁊ cataractę cęli apertę ſunt, et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, Sem, Cham, ⁊ Japhet: filij eius, vxoꝛ illius, ⁊ vxoꝛes filioꝛum eius cum eo in arcam, ipſi et omne animal ſm genus ſuum: vniuerſaque iumenta in genere ſuo, ⁊ omne, qđ mouetur ſuper terram in genere ſuo, cunctūq; volatile ſecūduꝫ genus ſuum. Poꝛró arca ferebatur ſuper aquas, ⁊ aquę pꝛęualuerūt nimis ſuper terrā. Opertiq; ſunt omnes montes excelſi, ſub vniuerſo cęlo. Quindecim cubitis altioꝛ fuit aqua ſuꝑ montes, quos operuerat. Conſumptaq; eſt omnis caro, quę mouebatur ſuper terram, volucrū, animantium, beſtiarum, omniumq; reptilium, quę reptant ſuper terram. Remāſit autem ſolus Noe, et qui cum eo erant in arca. Obtinueruntq; aquę terram cētum quinquaginta diebus. Recoꝛdatus autem dominus Noe, cūctorūq; animantium, ⁊ omnium iumentoꝛum, quę erant cum eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terram, et imminutę ſunt aquę, et clauſi ſunt fontes abyſſi, et cataractę cęli, et ꝓhibitę ſunt pluuię de cęlo: reuerſęque ſunt aquę de terra euntes, et redeuntes: et cęperunt minui poſt centum quadraginta dies. Cūq; tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe fene-

Digitized by Google

feneſtram archę, quã fecerat, dimiſit coruum. Qui egrediebatur, ꝛ non reuertebatur donec ſiccarentur aquę ſuper terram. Emiſit quoq; colũbam poſt eum, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquę ſuper faciem terrę. Quę cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius: reuerſa eſt ad eum in arcã. Aquę enim erant ſuper vniuerſam terram. Extẽditq; manum, ꝛ apprehenſam intulit in arcam. Expectatis autem vltra ſeptẽ diebus alijs: rurſum dimiſit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad veſperam portans ramum oliuę virentibus folijs in ore ſuo. Intellexit ergo Noe, quod ceſſaſſẽt aquę ſuper terrã. Expectauitq; nihilominus ſeptem dieb⁹ alijs, ꝛ emiſit columbam, quę non eſt vltra reuerſa ad eum. Locutus eſt autem dñs ad Noe dicens. Egredere de arca tu, ꝛ vxor tua, filij tui, ꝛ vxores filioꝝ tuorũ tecum: cunctaq; aĩantia, quę ſunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus, q̃ in beſtijs, ꝛ vniuerſis reptilibus, quę reptãt ſup terram educ tecum, ꝛ ingredimini ſuper terram. Creſcite, ꝛ multiplicamini ſuper eam. Egreſſus eſt ergo Noe, ꝛ filij eius, vxor illius, ꝛ vxores filioꝝ eius cum eo. Sed ꝛ oĩa animantia, iumẽta, ꝛ reptilia, quę reptant ſuper terram ſᵐ genus ſuum de arca egreſſa ſunt. Edificauit autẽ Noe altare domino, ꝛ tollens de cunctis pecoribus, ꝛ volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare dño. Odoratuſq; eſt dominus odorem ſuauitatis. Deinde dicit. Oremus. Flectam⁹ genua. ℟. Leua. Oĩo.

Deus incõmutabilis virtus, ꝛ lumen ęternũ: reſpice propitius ad totius eccleſię tuę mirabile ſacramentum, ꝛ opus ſalutis humanę, perpetuę diſpoſitionis effectu tranquillius operare: totuſq; mundus experiatur, et videat, deiecta erigi, inueterata renouari, ꝛ per ipſum redire oĩa in integrum, a quo ſumpſere principium. Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: qui tecũ viuit ꝛ regnat in vnitate ſpũs ſcĩ deus: per oĩa ſcl'a ſeculoꝝ. Amen.

Prophetia tertia. Gen. ca. 22.

In diebꝰ illis. Tẽtauit Deus Abraham, ꝛ dixit ad eum. Abraham Abraham. At ille reſpondit. adſum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, et vade in terram viſionis, ꝛ offeres eum ibi in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens: ſtrauit aſinum ſuum, ducens ſecũ duos iuuenes, ꝛ Iſaac filiũ ſuũ. Cũq; concidiſſet ligna in holocauſtum: abijt ad locum quẽ preceperat ei Deus. Die autem tertio eleuatis oculis, vidit locũ procul. Dixitq; ad pueros ſuos. Expectate hic cum aſino, ego ꝛ puer illucuſq; properãtes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoq; ligna holocauſti,

Digitized by Google

ſti, ⁊ impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum. Ipſe vero portabat in manibus ſuis ignem ⁊ gladiū. Cūq̃ʒ duo pergerēt ſimul: dixit Iſaac patri ſuo. Pater mi. At ille reſpōdit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis ⁊ ligna, vbi eſt victima holocauſti? Dixit Abraham. Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti fili mi. Pergebāt ergo pariter: venerūtq̃ʒ ad locum quem oſtenderat ei Deus, in quo ędificauit altare, ⁊ deſuper ligna cōpoſuit. Cumq̃ʒ colligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altari ſuper ſtruem lignorum. Extenditq̃ʒ manum ⁊ arripuit gladiū, vt imolaret filium ſuum. Et ecce Angelus domini de cęlo clamauit dicens. Abraham Abraham. Qui reſpondit, adſum. Dixitq̃ʒ ei. Ne extēdas manum tuam ſuper puerum, neq̃ʒ facias illi quicq̃ʒ. Nunc cognoui, ꝙ timeas Deum, et non peperciſti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit ergo Abraham oculos, viditque poſt tergum arietem, inter vepres hęrentem cornibus. Quē aſſumēs obtulit holocauſtū pro filio: appellauitq̃ʒ nomen loci illius, dn̄s videt. Unde vſq̃ʒ hodie dicitur: in monte dominus videbit. Uocauit aūt angelus dn̄i Abraham ſecundo de cęlo dicens. Per memetipſum iuraui dicit dn̄s, quia feciſti rem hanc, ⁊ non peperciſti vnigenito filio tuo propter me: benedicēs benedicam tibi, ⁊ multiplicabo ſemē tuum ſicut ſtellas cęli, ⁊ velut arenam, quę eſt in litore maris. Poſſidebit ſemē tuū portas inimicorū ſuorum, ⁊ benedicent in ſemine tuo omnes gentes terrę, quia obediſti voci meę. Reuerſuſq̃ʒ eſt Abrahā ad pueros ſuos: abieruntq̃ʒ Berſabee ſimul, et habitauit ibi. Deinde dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus fideliū pater ſumme, qui in toto orbe terrarū promiſſionis tuę filios diffuſa adoptionis gratia multiplicas: ⁊ per paſchale ſacramentum, Abrahā puerum tuum, vniuerſarū ſicut iuraſti gentium, efficis patrē: da populis tuis: digne ad gratiā tuę vocationis itroire. Per dominū noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuum: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Prophetia quarta. Exo. ca. 14.

In diebus illis. Factum eſt in vigilia matutina, ⁊ ecce reſpiciēs dn̄s ſuper caſtra ęgyptiorum: per columnā ignis, ⁊ nubis interfecit exercitū eorū, ⁊ ſubuertit rotas curruum: ferebāturq̃ʒ in profundum. Dixerūt ęgyptij. Fugiamus Iſraelem: dn̄s enim pugnat pro eis cōtra nos. Et ait dn̄s ad Moyſen. Extende manū tuam ſuper mare: vt reuertātur aquę ad ęgyptios ſuper currus, ⁊ equites eorū. Cūq̃ʒ extendiſſet Moyſes manū contra mare: reuerſuʒ eſt primo diluculo ad priorem locum. Fugientibuſq̃ʒ ęgyptijs:

ptijs: occurrerunt aquę, ⁊ inuol-
uit eos dñs in medijs fluctibus.
Reuerſeque ſunt aquę, et coope-
ruerunt currus, ⁊ equites cuncti
exercitus Pharaonis, qui ſequē-
tes ingreſſi fuerāt mare: nec vnꝰ
quidem ſuperfuit ex eis. Filij au-
tem Iſrael perrexerunt per me-
dium ſicci maris, ⁊ aquę eis erant
quaſi pro muro a dextris, ⁊ ſini-
ſtris. Liberauitqꝫ dñs in die illo
Iſrael de manu ęgyptiorꝫ, ⁊ vide-
runt ęgyptios mortuos ſup littus
maris, ⁊ manū magnā, quā exer-
cuerat dñs cōtra eos. Timuitqꝫ
populus dominum, ⁊ crediderūt
domino, ⁊ Moyſi ſeruo eiꝰ. Tunc
cecinit Moyſes, ⁊ filij Iſrael car-
men hoc domino, et dixerunt.

Deinde legit tractū. Cantemus
domino: glorioſe enim honorificatus eſt:
equum ⁊ aſcenſorem proiecit in mare, ad-
iutor, ⁊ protector factus eſt mihi in ſalutē.
℣. Hic deus meus, ⁊ honorificabo eum,
deus patris mei, ⁊ exaltabo eum. ℣. Do-
minus conterens bella, dñs nomē eſt illi.

Deinde dicit. Oremus. Flecta-
mus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus cuius antiqua miracu-
la, etiam noſtris ſeculis co-
ruſcare ſentimus: dum quod vni
populo a perſecutione ęgyptia-
ca liberando: dexterę tuę poten-
tia contuliſti, id in ſalutē gentiū
per aquā regenerationis opera-
ris: pręſta, vt in Abrahę filios, et
in iſraeliticam dignitatem totius
mundi tranſeat plenitudo. Per
dominum noſtrum Jeſum Chri-
ſtum filium tuum: qui tecum vi-
uit et regnat in vnitate ſpūs ſcti
deus: p oīa ſcla ſeculorum. Amen.

Prophetia qnta. Iſa. ca. 54. ⁊ 55.

Hec eſt hereditas ſeruorum
dñi, ⁊ iuſtitia eorū apud me,
dicit dominus. Omnes ſitientes
venite ad aquas, ⁊ qui non habe-
tis argentum properate, emite, ⁊
comedite. Venite emite abſqꝫ ar-
gento, ⁊ abſqꝫ vlla cōmutatione
vinū ⁊ lac. Quare appenditis ar-
gentum non in panibus, ⁊ labo-
rem veſtrum, non in ſaturitate?
Audite audientes me, ⁊ comedi-
te bonum, ⁊ delectabitur in craſ-
ſitudine anima veſtra. Inclinate
aurem veſtrā, ⁊ venite ad me: au-
dite, ⁊ viuet anima veſtra. Et fe-
riam vobiſcum pactū ſempiter-
nū: miſericordias Dauid fideles.
Ecce teſtem populis dedi eū, du-
cem ac pręceptorem gentibꝰ. Ec-
ce gentes quas neſciebas voca-
bis, ⁊ gentes, quę non cognoue-
rūt te, ad te current: propter do-
minū deum tuum, ⁊ ſanctū iſrael,
quia glorificauit te. Quęrite do-
minū dum inueniri poteſt, inuo-
cate eum dum prope eſt. Derelin-
quat impius viam ſuam, ⁊ vir ini-
quus cogitationes ſuas, ⁊ reuer-
tatur ad dominū, ⁊ miſerebitur
eius, ⁊ ad dñm deū nrm, quoniā
multus eſt ad ignoſcendum. Nō
enim cogitationes meę, cogitatio-
nes veſtrę: neqꝫ vię meę, vię veſtrę
dicit dñs. Qr ſicut exaltantur cę-
li a terra, ſic exaltatę ſūt vię meę, a
vijs veſtris: ⁊ cogitationes meę, a
cogitationibus veſtris. Et quo-

modo

Digitized by Google

modo deſcẽdit imber, ⁊ nix de cęlo: ⁊ illuc vltra nõ reuertitur: ſed inebriat terram: ⁊ infundit eam: ⁊ germinare eam facit: ⁊ dat ſemen ſerenti: ⁊ panẽ comedenti: ſic erit verbum meũ, quod egredietur de ore meo. Dicit dñs omnipotẽs. Deinde dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus; multiplica in honorẽ nominis tui quod patrum fidei ſpopondiſti: ⁊ promiſſionis filios ſacra adoptione dilata: vt qđ priores ſancti, non dubitauerunt futurũ: eccleſia tua iam ex parte cognoſcat impletum. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuum: qui tecum viuit, et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Prophetia. 6. Baruch. cap. 3.

Audi Iſrael mandata vitę: auribꝰ percipe, vt ſcias prudentiam. Quid eſt Iſrael quod in terra inimicorum es? Inueteraſti in terra aliena: coinquinatus es cũ mortuis: deputatus es cũ his q ſunt in inferno. Dereliquiſti fontem ſapientię. Nã ⁊ ſi in via dei ambulaſſes: habitaſſes vtiq; in pace ſuper terrã. Diſce vbi ſit ſapiẽtia: vbi ſit virtus: vbi ſit prudentia: vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul, vbi ſit longiturnitas vitę, ⁊ victus: vbi ſit lumen oculorum, ⁊ pax. Quis inuenit locum eius: ⁊ qs introiuit in theſauros illius? Ubi ſunt principes gentium, et qui dominant ſuper beſtias, quę ſunt ſuper terram? Qui in auibus cęli ludũt: qui argentum theſaurizant: et aurum in quo confidunt homines: et non eſt finis poſſeſſionis eorum? Qui argentum fabricant, ⁊ ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operum illorum. Et tamen exterminati ſunt, et ad inferos deſcenderunt: et alij in locum eorum ſurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen: ⁊ habitauerunt ſuper terram. Uiam autem diſciplinę neſcierunt: neq; intellexerũt ſemitas eius: neq; ſuſceperunt eam filij eorum. A facie eorum longe facta eſt. Non eſt audita in Chanaam: neq; viſa eſt in Theman. Filij quoq; Agar, qui exquiſierunt prudentiam, quę de terra eſt: negociatores terrę, et themã: et confabulatores: et exquiſitores prudentię: et intelligẽtię: viam autem ſapientię neſcierunt: neq; meminerunt ſemitarũ eius. O Iſrael, q̃ magna eſt domus dei: ⁊ ingẽs locus poſſeſſionis eius: Magnus, et non habet conſummationem: excelſus, ⁊ imenſus. Ibi fuerũt gigantes nominati: illi q ab initio fuerunt, ſtatura magna, ſcientes bellũ. Non hos elegit dominus: neq; viã diſciplinę inuenerunt: propterea perierunt. Et quoniam non habuerũt ſapientiã: interierũt propter ſuam inſipientiã. Quis aſcẽdit in cęlũ: et accepit eam, et eduxit eam de nubibus? Quis tranſfretauit mare: et inuenit eam: et attulit eam ſuper aurum electũ?

Non eſt qui ſciat viam eius: neq;
qui excógitet ſemitas eius. Sed
qui ſcit vniuerſa nouit illã, ⁊ ad
inuenit eã prudẽtia ſua. Qui per
fecit terrã in ſempiterno tempo
re: ⁊ adimpleuit eã pecudibus.
Vocauitq; eam: ⁊ obaudiuit eũ
in tremore. Stellę autẽ dederũt
lumen in cuſtodijs ſuis: et letatę
ſunt. Vocatę ſunt: ⁊ dixerũt: adſu
mus. Et luxerũt ei cum iocundi
tate: q fecit illas. Hic eſt deus no
ſter: ⁊ non extimabitur alius ad eũ.
Hic adinuenit omnẽ viam diſci
plinę: et dedit illam Jacob pue
ro ſuo: ⁊ Iſrael dilecto ſuo. Poſt
hęc ſuper terram viſus eſt: ⁊ cum
hominibus conuerſatus eſt. De
inde dicit. Oremus. Flectamus
genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus qui eccleſiam tuã ſem
per gentiũ vocatione mul
tiplicas: cõcede ꝓpitius: vt quos
aqua baptiſmatis abluis, conti
nua protectione tuearis. Per do
minum nr̃m Jeſum Chr̃m filiũ
tuum: qui tecũ viuit, ⁊ regnat in
vnitate ſpiritus ſancti deus: per
omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Prophetia. 7. Ezechielis. ca. 37.

In diebus illis. Facta eſt ſu
per me manus domini: ⁊ edu
xit me in ſpiritu domini: ⁊ dimiſit
me in medio campi: qui erat ple
nus oſſibus: et circunduxit me
per ea in giro. Erant autem mul
ta valde ſuper faciem campi, ſic
caque vehementer. Et dixit ad
me. Fili hominis, putáſne viuent
oſſa iſta? Et dixi. Domine deus tu
noſti. Et dixit ad me. Vaticinare
de oſſibus iſtis: et dices eis. Oſſa
arida, audite verbũ dñi. Hęc di
cit dñs oſſibus his. Ecce ego in
tromittam in vos ſpiritũ, et viue
tis: ⁊ dabo ſuper vos neruos: et
ſuccreſcere faciam ſuper vos car
nem: ⁊ ſuperextendam in vobis
cutem: ⁊ dabo vobis ſpiritũ, ⁊ vi
uetis: ⁊ ſcietis, q ego dominus.
Et prophetaui, ſicut pręceperat
mihi. Factus eſt autem ſonitus
prophetante me: ⁊ ecce cómotio,
Et acceſſerunt oſſa ad oſſa: vnũ
quodq; ad iuncturam ſuam. Et
vidi: et ecce ſuper ea nerui, ⁊ car
nes aſcenderũt: ⁊ extẽta eſt in eis
cutis deſuper: ⁊ ſpiritum non ha
bebant. Et dixit ad me. Vaticina
re ad ſpiritum: vaticinare fili ho
minis, ⁊ dices ad ſpiritũ. Hęc di
cit dñs deus. A quatuor vẽtis ve
ni ſpiritus: ⁊ inſuffla ſup interfe
ctos iſtos: ⁊ reuiuiſcant. Et pro
phetaui, ſicut p̄ceperat mihi. Et
ingreſſus eſt in ea ſpiritus: ⁊ reui
xerunt: et ſteterunt ſuper pedes
ſuos: exercitus grãdis nimis val
de. Et dixit ad me. Fili hominis:
oſſa hęc, vniuerſa domus Iſrael
eſt. Ipſi dicunt: aruerunt oſſa no
ſtra: et periit ſpes noſtra: ⁊ abſciſſi
ſumus. Propterea vaticinare: et
dices ad eos. Hęc dicit dominus
deus. Ecce ego aperiam tumu
los veſtros: ⁊ educam vos de ſe
pulchris veſtris, populus meus:
⁊ inducam vos in terram Iſrael.
Et ſcietis, quia ego dominus cũ
aperuero ſepulchra veſtra: ⁊ edu
xero

Digitized by Google

xero vos de tumulis veſtris populus meus: ⁊ dedero ſpiritum meum in vobis, ⁊ vixeritis: ⁊ requieſcere vos faciaꝫ ſuper humū veſtram: Dicit dominus oipotēs.
Deinde dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.
Deus qui nos ad celebrandum paſchale ſacramentū: vtriuſque teſtamenti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericordiā tuā, vt ex pceptione preſentium munerum: firma ſit expectatio futuroꝝ. Per dn̄ꝫ nr̄m Jeſuꝫ Chr̄m filiū tuū: qui tecū viuit, ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſcti deus: per oia ſecula ſeculorum. Amen.
Prophetia. 8. Iſaie. cap. 4.
Apprehendet ſeptem mulieres virum vnum in die illa, dicētes. Panē nr̄m comedemus: veſtimentis noſtris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuuꝫ ſuper nos: aufer opprobriū noſtrum. In die illa erit germen domini in magnificētia et gloria: ⁊ fructus terre ſublimis: et exultatio ijs, qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit: omnis, qui relictus fuerit in Sion: et reſiduus in Jeruſalem: ſanctus vocabitur omnis qui ſcriptus eſt in vita in Jeruſaleꝫ. Si abluerit dominus ſordes filiarum Sion: ⁊ ſanguinem Jeruſaleꝫ lauerit de medio eius: in ſpiritu iudicij, et ſpū ardoris. Et creauit dominus deus ſuper omnem locū mōtis Sion: et vbi inuocatus eſt, nubem per diem: ⁊ fumum ⁊ ſplendorē ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio: ⁊ tabernaculum erit in vmbraculuꝫ diei ab eſtu: et in ſecuritatem, ⁊ abſcōſionem: a turbine, et a pluuia.
Deinde legit tractuꝫ. Uinea facta eſt dilecto meo i cornu in loco vberi. ℣. Et maceriam circundedit, ⁊ circūfodit et plantauit vineaꝫ Soreth: ⁊ edificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim dn̄i Sabaoth domus Iſrael eſt. Tuꝫ dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.
Deus qui in omnibus eccleſie tue, filijs ſanctorum prophetarū voce manifeſtaſti: in omni loco dominationis tue, ſatorē te bonorum ſeminū: ⁊ electorum palmitum eſſe cultorem: tribue queſumus populis tuis: qui ⁊ vinearum apud te nomine cenſentur et ſegetum: vt ſpinarum, ⁊ tribulorum ſqualore reſecato: digna efficiātur fruge fecūdi. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat, in vnitate ſpiritus ſancti Deus: Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.
Prophetia. 9. Exodi. cap. 12.
In diebus illis. Dixit dn̄s ad Moyſen, et Aaron in terra Egypti. Mēſis iſte vobis principiuꝫ menſiū: primus erit in menſibus anni: Loquimini ad vniuerſum cetum filiorū Iſrael: ⁊ dicite eis. Decima die menſis huius: tollat vnuſquiſque agnum per familias, et domos ſuas. Sin autem minor eſt numerus: vt ſufficere poſſit

poſſit ad veſcendū agnū: aſſumat vicinū ſuū, qui iunctus eſt domui ſue, iuxta numerū aiarum, que ſufficere poſſint ad eſum agni. Erit aūt agnus abſq macula: maſculus anniculus. Juxta quē ritum tolletis, ⁊ hedū: ⁊ ſeruabitis eū vſque ad quartādecimā diē menſis huius. Jmmolabitq eū vniuerſa multitudo filioꝝ Jſrael ad veſperā: ⁊ ſumēt de ſanguine eius: ac ponēt ſup vtrūq poſtē, ⁊ in ſupliminaribus domoꝝ: in quibus comedēt illū. Et edēt carnes nocte illa aſſas igni, ⁊ azimos panes, cū lactucis agreſtibꝰ. Non comedetis ex eo crudū quid: nec coctum aqua, ſed aſſum tm̄ igni: Caput cū pedibus eius, ⁊ inteſtinis vorabitis: ⁊ os eius nō cōfringetis: nec remanebit ex eo quicq, vſq mane. Si quid reſiduum fuerit: igni cōburetis. Sic autē comedetis illū. Renes vr̄os accīgetis: ⁊ calciamēta habebitis i pedibꝰ: tenētes baculos i manibꝰ: ⁊ comedetis feſtināter. Eſt enim phaſe: id eſt trāſitus dn̄i. Tū dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

Omnipotēs ſempiterne deꝰ, qui in omnium operum tuorum diſpenſatione mirabilis es: intelligant redempti tui non fuiſſe excellentius: quod in initio factus eſt mundus: quam quod in fine ſeculorum, Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Qui tecum viuit, et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Prophetia. 10. Jone prophete.

In diebus illis. Factū eſt verbum dn̄i ad Jonam prophetam ſecundo dicens. Surge, ⁊ vade in Niniuem ciuitatem magnā: ⁊ predica in ea predicationē: quā ego loquar ad te. Et ſurrexit Jonas, ⁊ abijt in Niniuem iuxta verbum domini. Et Niniue erat ciuitas magna: itinere dierū trium. Et cepit Jonas introire in ciuitatem: itinere diei vnius. Et clamauit ⁊ dixit. Adhuc quadraginta dies: et Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuite domino: ⁊ predicauerunt ieiunium: ⁊ veſtiti ſunt ſaccis: a maiore vſq ad minorem. Et peruēnit verbum ad Regem Niniue: ⁊ ſurrexit de ſolio ſuo: et abiecit veſtimentum ſuum a ſe: et indutus eſt ſacco: ⁊ ſedit in cinere: et clamauit: ⁊ dixit, in Niniue ex ore regis, ⁊ principum eius dicens. Homines, ⁊ iumenta, ⁊ boues, ⁊ pecora non guſtēt quicq: nec paſcantur, ⁊ aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines: ⁊ iumēta: ⁊ clament ad dn̄m in fortitudine. Et conuertatur vir a via ſua mala: ⁊ ab iniquitate que eſt in manibus eorum. Quis ſcit, ſi conuertatur, et ignoſcat Deus: ⁊ reuertatur a furore ire ſue: et non peribimus? Et vidit deus opera eorum: quia conuerſi ſunt de via ſua mala: et miſertus eſt populo ſuo, dominus Deus noſter. Deinde dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus

Digitized by Google

Deus qui diuerſitatem gentium in cõfeſſione tui nominis adunaſti: da nobis velle et poſſe que precipis: vt populo ad eternitatem vocato: vna ſit fides mentium et pietas actionum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit, et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Prophetia. 11. Deutero. cap. 31.

In diebus illis. Scripſit Moyſes canticum: et docuit filios Iſrael. Precepitque dominus Joſue filio Nun: et ait. Confortare, et eſto robuſtus. Tu enim introduces filios Iſrael in terrã quam pollicitus ſum eis: et ego ero tecum. Poſtquam ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius, in volumine, atq; compleuit: precepit Leuitis, qui portabant arcam federis Domini dicens. Tollite librum iſtum: et ponite illum in latere arche federis Domini dei noſtri: vt ſit ibi contra te in teſtimonium. Ego enĩ ſcio contentionem tuam, et ceruicem tuam duriſſimam. Adhuc enim viuente me: et ingrediente vobiſcum: ſemper cõtẽtioſe egiſtis contra dominum: quanto magis cũ mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus veſtras, atq; doctores: et loquar audientibus illis ſermones iſtos: et inuocabo contra eos celum et terrã. Noui enim quod poſt mortem meam inique agetis: et declinabitis cito de via, quam precepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tempore: quando feceritis malum in conſpectu domini: vt irritetis eum, per opera manuũ veſtrarũ. Locutus eſt ergo Moyſes: audiente vniuerſo cetu filiorum Iſrael verba carminis huius: et ad finem vſque compleuit. Deinde dicit tractum.

Attende celum, et loquar: et audiat terra verba ex ore me℞. ℣. Expectetur ſicut pluuia eloquiũ meum: et deſcendant ſicut ros verba mea. ℣. Sicut imber ſuper gramẽ: et ſicut nix ſuper fenũ: quia nomen dñi inuocabo. ℣. Date magnitudinẽ deo nro: deus, vera opa eius: et oẽs vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo nõ eſt iniqtas: iuſtus et ſctũs dñs. Tũ dicit. Oremus. Flectam⁹ gẽua. ℟. Leuate. Oro.

Deus celſitudo humilium et fortitudo rectorum: qui per ſanctum Moyſen puerum tuum, ita erudire populum tuum ſacri carminis tui decãtatione voluiſti: vt illa legis iteratio, fieret etiã noſtra directio: excita in oẽs iuſtificatarũ gẽtium plenitudinẽ potẽtiã tuam: et da letitiam, mitigãdo terrores: vt oium peccatis tua remiſſione deletis: quod denũciatum eſt in vltionem: trãſeat in salutem. Per dñm noſtrum Jeſum Chrm filium tuum, qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpũs ſcti deus: per oia ſecula ſeculorum. Amen.

Prophetia. 12. Danielis. cap. 3.

In dieb⁹ illis. Nabuchodonoſor rex: fecit ſtatuam aureã altitudine cubitorum ſexaginta: la-

latitudine cubitorum ſex. Et ſtatuit eam in campo duran: prouincie Babylonis. Itaqȝ Nabuchodonoſor rex: miſit ad congregandos ſatrapas, magiſtratus, ⁊ iudices: duces, ⁊ tyrānos, ⁊ prefectos: omneſqȝ principes regionum: vt conuenirent ad dedicationē ſtatue quam erexerat Nabuchodonoſor rex. Tunc congregati ſunt ſatrape magiſtratus, ⁊ iudices: duces, ⁊ tyranni, ⁊ optimates, q erāt in poteſtatibus conſtituti: ⁊ vniuerſi principes regionum: vt conuenirent ad dedicationem ſtatue quam erexerat Nabuchodonoſor rex. Stabant autem in conſpectu ſtatue quam poſuerat Nabuchodonoſor rex: ⁊ p̄co clamabat valenter. Uobis dicit̄ populis, tribubus ⁊ linguis, in hora qua audieritis ſonitum tube, ⁊ fiſtule, ⁊ cithare, ⁊ ſābuce, ⁊ pſalterij, ⁊ ſymphonie, et vniuerſi generis muſicorum, cadentes adorate ſtatuā auream quam conſtituit Nabuchodonoſor rex. Si quis autem nō proſtratus adorauerit, eādem hora, mittetur in fornacem ignis ardentis. Poſt hec igitur ſtatim vt audierūt oēs populi ſonitum tube, fiſtule, et cithare, ſābuce, et pſalterij, et ſymphonie, et oīs generis muſicorum: cadētes oēs populi, tribus, ⁊ lingue: adorauerūt ſtatuam auream quam conſtituerat Nabuchodonoſor rex. Statimqȝ in ipſo tp̄e accedentes viri Chaldei accuſauerūt iudeos: dixerūtqȝ Nabuchodonoſor regi. Rex in eternum viue. Tu rex poſuiſti decretum: vt oīs homo qui audierit ſonitū tube, fiſtule, et cithare, ⁊ ſābuce, et pſalterij, et ſymphonie, et oīs generis muſicorū: proſternat ſe ⁊ adoret ſtatuā auream. Siquis aūt non procidens adorauerit: mittatur in fornacē ignis ardentis. Sūt ergo viri iudei, quos cōſtituiſti ſuper opera regionis Babylonis: Sydrach, Miſach, et Abdenago: Uiri iſti contempſerūt rex decretum tuū: Deos tuos non colunt, et ſtatuā auream quā erexiſti non adorāt. Tunc Nabuchodonoſor in furore et in ira precepit, vt adducerētur Sydrach, Miſach, et Abdenago. Qui cōfeſtim adducti ſunt in cōſpectu regis. Pronunciānſqȝ Nabuchodonoſor rex ait eis. Uere ne Sydrach Miſach et Abdenago: deos meos nō colitis: et ſtatuam auream quam conſtitui nō adoratis? Nunc ergo ſi eſtis parati: quacunque hora audieritis ſonitū tube, fiſtule, et cithare, ſambuce, ⁊ pſalterij: et ſymphonie, oīſque generis muſicorum: proſternite vos, et adorate ſtatuam quam feci. Quod ſi non adoraueritis: eādem hora mittemini in fornacem ignis ardētis. Et quis eſt deus qui eripiat vos de manu mea? Reſpondentes Sydrach, Miſach, et Abdenago: dixerunt Nabuchodonoſor regi. Non oportet nos de hac re, reſpōdere tibi. Ecce enī deus nr̄ quē colimus: poteſt nos eripere de camino

ignis

Digitized by Google

ignis ardentis: et de manibus tuis o rex liberare. Quod ſi noluerit: notū ſit tibi rex: quia deos tuos non colimus: ꝛ ſtatuam auream quam erexiſti non adoramus. Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore: et aſpectus faciei illius immutatus eſt ſuper Sydrach, Miſach, et Abdenago: ꝛ precepit vt ſuccēderetur fornax ſeptuplum q̄ ſuccendi cōſueuerat. Et viris fortiſſimis de exercitu ſuo iuſſit, vt ligatis pedibus ꝛ manibus Sydrach, Miſach, ꝛ Abdenago: mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confeſtim viri illi vincti cum brachijs ſuis: ꝛ thiaris: ꝛ calciamentis: et veſtibus: miſſi ſunt in mediū fornacis ignis ardentis. Nam iuſſio regis vrgebat. Fornax autem ſuccenſa erat nimis. Porro viros illos qui miſerant Sydrach, Miſach, ꝛ Abdenago interfecit flamma ignis. Uiri autē hi tres: ideſt Sydrach, Miſach ꝛ Abdenago: ceciderunt in medio camini ignis ardentis colligati. Et ambulabant in medio flāme laudantes deum, ꝛ benedicentes domino. Deinde dicit. Oremus. Flectamus genua. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus ſpes vnica mundi: qui prophetarum tuorum preconio preſentium temporū declaraſti myſteria: auge populi tui vota placatus: quia in nullo fidelium niſi ex tua inſpiratione, proueniūt quarumlibet incrementa virtutum. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Pontifex retenta planeta (quia debet ordinandos benedicere) reaſſumit mitram, ꝛ ibidem ſuper faldiſtorium ante medium altaris poſitum cum mitra procumbit: ꝛ omnes ordinandi ad ſacros ordines in locis ſuis ſuper tapetia proſternūtur ad terram: ita vt medij ſint preſbyterandi: et ad eorum dexteram ſint diaconandi: ad ſiniſtram ſubdiaconandi faciebus altari verſis: miniſtri vero: ꝛ alij aſtantes genuflectunt, ꝛ Pontifex inchoat ꝛ perficit litaniam: miniſtris ꝛ capellanis reſpondentibus: dicēs.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de celis Deus: Miſerere nobis.
Fili redemptor mūdi deus: Miſerere nobis.
Spiritus ſancte deus: Miſerere nobis.
Sancta trinitas vnus deus: Miſerere nobis.
Sancta Maria: ora pro nobis.
Sancta dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.

Omnes ſancti beatorum ſpiri-
tuum ordines: orate.
Omnes ſancti angeli & archan-
geli: oraet.
Sancte Johãnes baptiſta ora.
Omnes ſancti patriarchę & pro
phetę: orate.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Andrea ora.
Sancte Jacobe ora.
Sancte Joannes ora.
Sancte Luca ora.
Sancte Marce ora.
Omnes ſancti apoſtoli & euan-
geliſtę: orate.
Omnes ſcti diſcipuli dñi: orate.
Omnes ſancti innocẽtes: orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Uincenti ora.
Sci Fabiane & Sebaſtiãe orate
Omnes ſancti martyres: orate
Sancte Sylueſter ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Ambroſi ora.
Sancte Auguſtine ora.
Sancte Hieronyme ora.
Sancte Martine ora.
Sancte Nicolae ora.
Omnes ſancti pontifices & con-
feſſores: orate.
Omnes ſancti doctores: orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Bernarde ora.
Sante Antoni ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Franciſce. ora.
Omnes ſancti monachi & Ere-
mitę: orate.

Omnes ſancti ſacerdotes & le-
uitę: orate.
Sctã Maria Magdalena ora.
Sancta Agatha ora.
Sancta Lucia ora.
Sancta Cecilia ora:
Sancta Catharina ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Margarita ora.
Omnes ſanctę Uirgines & Ui-
duę: orate.
Omnes ſancti & ſanctę dei: ora-
te pro nobis.
Propitiꝰ eſto: parce nobis dñe.
Ab omni malo: libera nos dñe.
Ab ira & odio: & omni mala vo-
luntate: lib.
Ab inſidijs diaboli: lib.
A fulgure & tempeſtate: lib.
A morte perpetua: lib.
Per myſterium ſanctę incarna-
tionis tuę. lib.
Per aduentum tuum: lib.
Per natiuitatem tuam: lib.
Per baptiſmum & ſanctum ieiu
nium tuum: lib.
Per crucem & paſſionẽ tuã: lib.
Per mortẽ & ſepulturã tuã: lib.
Per glorioſam reſurrectionem
tuam: lib.
Per admirabilem aſcenſionem
tuam. lib.
Per aduentum ſpiritus ſancti
paracliti: lib.
In die iudicij: lib.
Peccatores: te roga. audi nos.
Ut nobis parcas: te ro.
Ut nobis indulgeas: te ro.
Ut pacem nobis dones: te ro.
Ut eccleſiã tuã regere, defende-
re &

Digitized by Google

re, ⁊ ↄſeruare digneris: te ro.
Ut domnum apoſtolicum, ⁊ omnes eccleſiaſticos ordines: in ſancta religione cõſeruare digneris: te ro.
Ut noſmetipſos in tuo ſctõ ſeruitio ↄſeruare digneris: te ro.
Ut regibus ⁊ principibus chriſtianis: pacem ⁊ veram concordiam largiri digneris: te ro.
Ut cunctum populum chriſtianũ precioſo ſanguine tuo redẽptũ ↄſeruare digneris: te ro.
Ut mẽtes noſtras ad cęleſtia deſideria erigás: te ro.
Ut animas noſtras ⁊ parentum noſtrorũ: ab ęterna damnatione eripias: te ro.
Ut oibus bñfactoribus nr̃is, ſempiterna bona retribuas: te ro.
Ut omnibus fidelibus viuis, ⁊ defunctis: vitam ⁊ requiẽ ęternam cõcedere digneris: te ro.
Ut obſequiũ ſeruitutis noſtrę tibi rationabile facias: te ro.

Surgit Pontifex cum mitra ab accubitu: ⁊ ſe ad ordinandos vertens: ⁊ baculum paſtoralem in ſiniſtra manu tenens: ordinandis proſtratis manentibus, dicit.

Ut hos electos bene ✠ dicere digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Secundo dicit.

Ut hos electos bene ✠ dicere ⁊ ſcti ✠ ficare digneris. ℟. Te roga. audi nos. Tertio dicit.

Ut hos electos bene ✠ dicere: ſancti ✠ ficare: ⁊ conſe ✠ crare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Tum iterum ſuper faldiſtorium accumbit: ⁊ perficiens litaniam dicit.

Ut nos exaudire digneris: te rogamus audi nos.
Fili dei: te ro.
Agnus dei q tollis peccata mundi: parce nobis domine.
Agnus dei q tollis peccata mundi: exaudi nos domine.
Agnus dei q tollis peccata mundi: miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.

Pontifex ab accubitu ſurgit cũ mitra: ⁊ ordinandi etiã ſurgunt: Interim portatur faldiſtoriũ ad locum ſuum ad cornu Epiſtolę: ad quod accedens Pontifex: ſeu ad ſedem ſuam: deponit paramenta violacea: ⁊ accipit alba: ⁊ mitram precioſam: interim accenduntur luminaria ſuper altare et credentiam. Quibus peractis, Pontifex accedit ad gradus altaris in medio: vbi deponit mitram: et facta inclinatione altari: facit Confeſſionem: qua finita oſculatur altare in medio: et textum euangelij ad ſiniſtram, et in cornu epiſtolę dicit abſolute.

Kyrieleiſon.
Kyrieleiſon.
Kyrieleiſon.
Chriſteleiſon.
Chriſteleiſon.
Chriſteleiſon.
Kyrieleiſon.
Kyrieleiſon.
Kyrieleiſon.

Ad



AD PRIMAM TONSVRAM.

Ponitur faldiſtorium ante medium altaris: ⁊ Pontifex accipiens mitram: ibi ſedet renibus altari verſis: et archidiaconus vocat ordinandos dicens. *Vocatur.*

Accedant qui ordinādi ſunt ad primm tonſuram. Et mox notarius ſingulos nominatim legit: ⁊ quilibet nominatus reſpondet. Adſuz dñe. Quibus ante altare coram Pontifice in faldiſtorio cum mitra ſedente, genuflexis: legitur mandatum interdicti: vt ſupra fol. 8. Reuerendus in Chriſto pater, ⁊ cęte. Quo facto: ſurgit Pontifex: et ſtans cum mitra dicit. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. *Cū mitra.* ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. verſus. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et vſque in ſeculum.

Oremus dilectiſſimi fratres: dñm noſtrum Jeſum Chriſtum: pro his famulis ſuis: qui ad deponendas comas capitū ſuorum pro eius amore feſtinant: vt donet eis ſpiritum ſanctū: qui habituz religionis in eis perpetuo conſeruet: ⁊ a mundi impedimento ac ſeculari deſiderio, corda eorum defendat: vt ſicut imutantur in vultib⁹, ita dextera manus eius virtutis tribuat eis incrementa: ⁊ ab omni cęcitate ſpirituali ⁊ humana, oculos eorū aperiat: ⁊ ęternę gratię lumen eis cōcedat. Qui viuit ⁊ regnat cuz deo p̄re in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum.

Poſt hęc Pontifex ſedet: ⁊ legit antiphonam ⁊ pſalmum. Aña. Tu es domine, qui reſtitues hereditatem meam mihi. Pſalmus.

Conſerua me domine quoniam ſperaui in te: dixi domino deus meus es tu: quoniaz bonorum meorum non eges. *Legit alternati cū aſſiſtente.*

Sanctis qui ſunt in terra eius: mirificauit oēs voluntates meas in eis.

Multiplicatę ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Et repetit antiphonam. Tu es domine, qui reſtitues hereditatem meam mihi. Deinde Pontifex cuz forficibus incidit vnicuique extremitates capillorum in quatuor lobis, videlicet, in fronte: in occipitio: ⁊ ad vtraque aurem: deinde in medio capitis tres crines capillorum ſiue cincinnos: ⁊ in bacile deponit: ⁊ quilibet cum tondetur dicit. *Capillos incidit.*

Ca



CAPILLOS INCIDIT.

Dominus pars hereditatis meę, ⁊ calicis mei: tu es qui reſtitues hereditatem meã mihi.

Omnibus tonſis: mitra depoſita ſurgit Pontifex: ⁊ ſtans verſus ad illos dicit. Oremus.

Preſta quęſumus omnipotens Deus: vt hi famuli tui quorum hodie comas capitũ pro amore diuino depoſuimus: in tua dilectione perpetuo maneãt: ⁊ eos ſine macula, gratia tua in ſempiternũ cuſtodias. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

Tum Pontifex accepta mitra ſedet ⁊ dicit añam, ⁊ pſal. adiuuãtibus eum capellanis. Antiphona.

Hi accipient benedictionem a domino ⁊ miſericordiam a Deo ſalutari ſuo: quia hęc eſt generatio quęrẽtiũ dñm. Pſal.

Domini eſt terra ⁊ plenitudo eius: orbis terrarum et vniuerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: ⁊ ſuper flumina pręparauit eum.

Quis aſcẽdet in montem domini: aut qs ſtabit in loco ſctõ eius?

Innocens manibus et mundo corde: qui nõ accepit in vano animam ſuã: nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionẽ a domino: ⁊ miſericordiam a deo ſalutari ſuo.

Hęc eſt generatio quęrentium eũ: quęrentiũ faciem dei Jacob.

Attollite portas principes veſtras: ⁊ eleuamini portę ęternales: ⁊ introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię: dominus fortis ⁊ potens: dominus potens in pręlio.

Attollite portas principes veſtras: ⁊ eleuamini portę ęternales: ⁊ introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię: dñs virtutum ipſe eſt rex glorię.

Gloria patri, ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper: ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amẽ.

Deinde repetit totam antiphonam.

Hi accipient benedictionem a dño: et miſericordiã a deo ſalutari ſuo: quia hęc eſt generatio quęrentium Dominum.

Pontifex ſine mitra ſurgit: et ad altare cõuerſus dicit. Oremus.

Flectamus genua. ℟. Leuate.

Et mox ad tonſos genuflexos verſus: Pontifex dicit.

Adeſto dñe ſupplicationib⁹ noſtris: ⁊ hos famulos tuos bene✠dicere digneris: quibus in tuo nomine ſancto: habitũ ſacrę religionis imponimus: vt te largiente, ⁊ deuoti in eccleſia tua perſiſtere, ⁊ vitam percipere mereantur ęternã. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Ad tõſos dicit.

Tum

Tum Pontifex ſedet cum mitra: et accipiens in manum ſuperpelliciũ dicit ſingulis.



SVPERPELLICIVM INDVIT.

Et in hoc actu imprimit caracter huius ordinis.

Induat te dñs nouũ hominem, qui ſecundum deũ creatus eſt in iuſtitia ⁊ ſanctitate veritatis. Et mox imponit illud ſeriatim cuilibet: repetendo: Induat te ⁊c. imitens vſq; ad ſcapulas, et imediate trahens ſi vnum tãtum ſit ſuperpellicium: ſicq; facit vſq; ad vltimum, qui eo totaliter induitur. Si vero quiſq; ſuum habeat ſuperpelliciũ: ſinguli totaliter induuntur. Quo expedito ſine mitra ſurgit Pontifex: ⁊ verſus ad illos dicit. Oremus.

Sine mitra.

Omnipotẽs ſempiterne deus ꝓpitiare pecccatis noſtris: ab omni ſeruitute ſecularis habitus hos famulos tuos emunda: vt dum ignominiã ſecularis habitus deponunt: tua ſemper in euum gratia perfruãtur: et ſicut ſimilitudinem coronę tuę eos geſtare facimus in capitibus: ſic tua virtute hereditatem tuam ſubſequi mereantur ęternam in cordibus: Per dñm noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Deinde ſedens cum mitra: admonet eos ſub his verbis dicens. *Cũ mitra*

ADMONITIO.

Filij chariſſimi animaduertere debetis: quod hodie de foro Eccleſię facti eſtis: et priuilegia clericalia ſortiti eſtis: cauete igitur ne propter culpas veſtras illa perdatis: et habitu honeſto: boniſq; moribus ⁊ operibus deo placere ſtudeatis. Quod ipſe vobis agere concedat per ſpiritum ſanctum ſuum. Amen. Tum ſuggerente archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

¶ Surgit Põtifex, deponit mitram, amouetur faldiſtorium: ⁊ conuerſus ad altare in medio, expanſis, et deinde iunctis manibus ante pectus: dicit. *Mitrã deponit.*

Gloria in excelſis deo: Et in terra pax hominibus bonę voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriã tuã. Domine deus rex cęleſtis: deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite: Jeſu Chriſte. Dñe deus agnus Dei: filius patris. Qui tollis peccata mundi: miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi ſuſcipe deprecationẽ noſtrã. Qui ſedes ad dexteram patris: miſerere nobis. Quoniã tu ſolus ſanctus.

Tu

Digitized by Google

Tu ſolus dominus. Tu ſolus altiſſimus Jeſu Chriſte. Cum ſctō ſpiritu: in gloria dei patris. Amē. Ponitur faldiſtoriū ante mediū altaris: Et Pōtifex reaſſumpta mitra, ibi ſedet, renib⁹ altari verſis. Et ordinat ad quatuor minores.

PRO OSTIARIIS, parentur claues eccleſię.

ORdinandi per archidiaconum vocantur hoc modo: videlicet. Vocātur.

ACcedant qui ordinādi ſunt ad officium Oſtiariorum. Et mox notarius: ſingulos nominatim legit: ⁊ quilibet reſpōdet. Adſum domine. Omnibus in ſuperpellicijs cum candelis in manibus coram Pontifice genu flexis: legitur mandatum interdicti: vt ſupra folio 8. Reuerendus in Chřo př. ⁊c. Deinde Pontifex inſtruit et admonet illos dicens.

SVſcepturi filij chariſſimi officium oſtiariorum: videte quę in domo dei agere debeatis. Oſtiarij officium. Oſtiarium oportet percutere cymbalum, ⁊ cāpanam: aperire eccleſiam, ⁊ ſacrarium, ⁊ librum aperire ei qui prędicat. Prouidete igitur, ne per negligentiam veſtram: illarum rerum, quę intra eccleſiā ſunt, aliqd depereat: certiſq; horis domū dei aperiatis fidelibus: et ſemper claudatis infidelibus. Studete etiam, vt ſicut materialibus clauibus eccleſiam viſibilem aperitis, ⁊ clauditis: ſic ⁊ inuiſibilem dei domū: corda, ſcilicet fidelium: dictis, ⁊ exēplis veſtris: claudatis diabolo: ⁊ aperiatis deo: vt diuina verba, quę audierint, corde retineant, et opere, compleant: quod in vobis dominus perficiat per miſericordiam ſuam. Deinde Pontifex claues eccleſię de altari, ſeu manibus miniſtri recipiens illas, manu dextera tenens, et illis oſtendens dicit.



CLAVES CONSIGNAT.

SIc agite, q̄ſi reddituri deo rationem, pro his rebus quę his clauibus recluduntur. Ordinandus tāgit claues, et in hoc imprimit caracter. Et mox cuilibet eorum ad ſe accedenti, et manu dextera tangēti, tradit ſeriatim claues ipſas. Poſt hęc archidiaconus ducit eos ad oſtium eccleſię, ⁊ facit eos claudere, ⁊ aperire. Tradit etiam eis funes campanarum, faciens eos campanas pulſare: Deinde illos reducit ad Pontificem: quib⁹ coram Pontifice genua flectentibus: ſtans cum mitra Pontifex verſus ad ipſos ordinatos dicit.

DEum patrem oīpotentem fratres chariſſimi ſuppliciter deprecemur: vt hos famulos ſuos bene ✠ dicere dignet: quos Cum mitra ſtādo.

in

in officio oſtiarioꝝ eligere dignatus eſt: vt ſit eis fideliſſima cura in domo dei, diebus ac noctib⁹, ad diſtinctionem certarū horarū: ad inuocandū nomē dñi Jeſu Chriſti: adiuuante eodem domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum patre, et ſpiritu ſctō, viuit, ⁊ regnat deus: per omnia ſecula ſeculorū.

Sine mitra.

Cū mitra depoſita ſtans Pontifex: et conuerſus ad altare dicit.

Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. ⁊ ſtatī reuerſus ad illos genuflexos: ſtans ſine mitra dicit.

Domine ſancte, pater omnipotens, eterne deus, bene✠dicere dignare hos famulos tuos in officium oſtiariorū: vt inter ianitores eccleſię tuę: tuo pareant obſequio: et inter electos tuos: partem tuę mereantur habere mercedis. Per dñm noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuū: qui tecum viuit, et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Ordinati ad loca ſua redeūt.

Ordinati vero ſuggerente Archidiacono redeunt ad loca ſua.

PRO LECTORIBVS,

Paretur liber lectionum.

Pontifex ſedet ibidem ſuper faldiſtorium cum mitra: et archidiaconus vocat ordinandos hoc modo.

Vocātur.

Accedant qui ordinādi ſunt ad officium lectoꝝ. Et mox nominantur per notarium, vt ſupra dictū eſt: quibus coram Pontifice, cū cādelis in manib⁹, genuflexis legitur mādatū interdicti: vt ſupra fol. 8. Reuerēdus in chriſto pater. ⁊c. fol. 8. Deinde Pōtifex admonet eos, ⁊ inſtruit, dicēs.

ADMONITIO.

Electi fratres chariſſimi: vt ſitis lectores in domo dei noſtri: officium veſtrum agnoſcite ⁊ implete: Potens eſt enim deus, vt augeat vobis gratiā perfectionis ęternę. Lectores ſiquidē oportet legere ea, quę pdicat: ⁊ lectiones cantare: ⁊ benedicere panes, ⁊ omnes fructus nouos. Studete igit verba dei, videlicet, lectiones ſacras, diſtincte, ⁊ etiā aperte ad intelligentiā, ⁊ ędificationem fidelium, abſq; omni mēdacio falſitatis proferre: ne veritas diuinarum lectionum incuria veſtra, ad inſtructionē audientiū corrūpatur. Quod aūt ore legitis: corde credatis, atq; opere compleatis: quatenus auditores veſtros: verbo pariter, ⁊ exemplo veſtro docere poſſitis. Ideóq; dū legitis, in alto loco eccleſię ſtetis: vt ab omnibus videamini, et audiamini: figurantes poſitione corporali: vos in alto virtutum gradu, debere conuerſari: quatenus cunctis, a quibus audimini, et videmini: cęleſtis vitę formam prębeatis: quod in vobis deus impleat per gratiam ſuam.

Lectoris officium.

Pręſentat lectionarium.

Deinde Pontifex accipiens, ⁊ tenens in manibus: et eis oſtendens codicem, ſiue lectionarium de quo lecturi ſunt dicit.

Digitized by Google



LIBRVM TRADIT.

Accipite ⁊ eſtote verbi dei relatores: habituri ſi fideliter, ⁊ vtiliter impleueritis officiũ veſtrum: partē cũ his qui verbũ dei bene miniſtrauerũt ab initio.

Et mox ſucceſſiue cuilibet ad eũ accedenti, ⁊ manu dextera tãgẽti tradit librũ ipſum tangẽdũ. Quibus expeditis Põtifex ſtãs cũ mitra ꝯuerſus ad eos genuflexos dicit.

Oremus dilectiſſimi deũ patrem oĩpotentem: vt ſuper hos famulos ſuos: quos in ordine lectorũ dignatur aſſumere: bene ✠ dictionem ſuam clementer infundat: quatenus diſtincte legant: quę in eccleſia dei legenda ſunt: ⁊ eadem operibus impleãt. Per dñm noſtrum Jeſum Chriſtum filium ſuum: qui cũ eo viuit, et regnat in vnitate ſpiritus ſcti deus: per omnia ſecula ſeculorũ.

Tum Pontifex mitra depoſita, ſtans conuerſus ad altare, dicit.

Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Deinde ꝯuerſus ad ordinatos genuflexos dicit ſine mitra.

Domine ſancte, pater omnipotẽs, ęterne deus: bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos in officio lectorum: vt aſſiduitate lectionum inſtructi ſint, atq; ordinati: ⁊ agenda dicant: ⁊ dicta opere cõpleãt: vt in vtroq; ſctę eccleſię, exemplo ſanctitatis ſuę cõſultant. Per dñm nřm Jeſum Chriſtum filiũ tuum: qui tecũ viuit, ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſcti deus: per oĩa ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ.

Tum ordinati ſuggerente archidiacono redeunt ad loca ſua.

PRO EXORCISTIS,

paretur liber exorciſmorum, ſiue liber Pontificalis, vel Miſſalis.

Pontifex ſedet ibidem ſup faldiſtoriũ, ante mediũ altaris: ⁊ accipit mitrã: ⁊ archidiaconus vocat ordinãdos dicẽs.

Accedant qui ordinãdi ſunt ad officium Exorciſtarum. vocantur Exorciſtę

Et ipſi ſigillatim nominãtur per notariũ, vt prius dictũ eſt. Quibus coram Pontifice cũ candelis in manibus genuflexis: legit mãdatum interdicti: vt ſupra. fol. 8.

Reuerendus in Chřo pater. ⁊c.

Quo facto: Pontifex admonet, et inſtruit eos, dicens.

ADMONITIO.

Ordinandi fratres in officiũ exorciſtarũ: debetis noſcere quid ſuſcipitis. Exorciſtã enĩ oportet abijcere dęmones: ⁊ dicere populo: vt qui non cõicat det locũ: ⁊ aquam in miniſterio fundere. Accipitis itaq; poteſtatem impo-

Digitized by Google

imponendi manũ ſuper energumenos: ⁊ per impoſitionẽ veſtre manus: gratia ſpũs ſancti: ⁊ verbis exorciſmi pelluntur ſpiritus immundi a corporibus obſeſſis. Studete igitur, vt ſicut a corporibus aliorum demones expellitis: ita a mentibus, ⁊ corporibus veſtris: omnem immunditiam, ⁊ nequitiam eijciatis: ne illis ſuccũbatis, quos ab alijs veſtro miniſterio effugatis. Diſcite per officium veſtrũ vitijs imperare: ne in moribus veſtris aliquid ſui iuris inimicus valeat vẽdicare. Tũc etenim recte in alijs demonibus imperabitis: cũ prius in vobis eorũ multimodam nequitiam ſuperatis. Quod vobis dñs agere cõcedat: per ſpiritum ſanctũ ſuum.

Porrigitur librum.

Poſt hec Põtifex accipiens, ⁊ tenẽs in manib⁹ librũ ĩ quo exorciſmi ſcripti ſunt: vel Põtificalẽ, ſeu miſſale, ⁊ eis illũ oſtendens dicit.



EXORCISMALE TRADIT.

Et hoc actu ipſi/ mit chara cter huius ordinis.

Accipite, ⁊ commẽdate memorie: ⁊ habete poteſtatem imponẽdi manus ſup energumenos: ſiue baptizatos, ſiue cathecumenos. Et mox cuilibet appropinquãti ſibi, ⁊ manu dextra tangenti, tradit ſucceſſiue librũ ipſum. Poſtea vero omnibus deuote genuflexis: Pontifex cũ mitra ſtans dicit.

Cũ mitra

Deum patrem omnipotentem fratres chariſſimi ſupplices deprecemur: vt hos famulos ſuos bene✠dicere dignetur in officiũ exorciſtarũ, vt ſint ſpirituales imperatores, ad abijciendos demones de corporibus obſeſſis: cum omni nequitia eorum multiformi: per vnigenitum filiũ ſuum dñm noſtrum Jeſum Chriſtum: qui ſecum viuit, et regnat deus in vnitate ſpiritus ſancti: per omnia ſecula ſeculorũ. Tum conuerſus ad altare, depoſita mitra dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Et mox conuerſus ad ordinandos genuflexos dicit.

Sine mitra.

Domine ſancte, pater omnipotẽs, eterne deus: bene✠dicere dignare hos famulos tuos in officium exorciſtarũ: vt per impoſitionem manuum ſuarum, et oris officium: poteſtatem, ⁊ imperium habeant ſpirituũ immũdorum nequitiam, per verbũ Chriſti filij tui dñi noſtri coercendi: atq; ꝓbabiles ſint medici eccleſie tue: gratia curationum: virtuteq; celeſti confirmati. Per eundem dominum nr̃m Jeſum Chriſtũ filiũ tuum: qui tecũ viuit, ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per oia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Poſt hec ſuggerẽte, archidiacono ordinati redeũt ad loca ſua.

PRO ACOLYTIS.

Paretur cādelabrum cum cereo extincto: ⁊ vrceolus vacuus; ſeu ampulla pro vino ꝑ ſacramento.

Pontifex ſedet ibidē ſuper faldiſtorium ante medium altaris, et accipit mitram. Et Archidiaconus vocat ordinandos, dicens.

Acolyti vocantur. Accedant, qui ordinādi ſunt ad officium Acolytorum.

Et mox noīantur ꝑ notariū, vt ſ. Quibus corā Pontifice cū candelis in manib⁹ genuflexis: legit mandatum interdicti: vt ſ. fol. 8. Reuerendus in Chriſto pr. ⁊c. Quo ſacto Pontifex ſedēs cū mitra: admonet, ⁊ iſtruit eos, dicēs.

ADMONITIO.

Acolytoꝝ officium. Suſcepturi chariſſimi acolytorum officium: penſate, qđ ſuſcipitis: Acolytum enim oportet ceroferariū ferre: luminaria eccleſię accendere: vinum, ⁊ aquā ad euchariſtiam, ſeu ad miniſterium ſanguinis Chriſti miniſtrare. Studete igitur ſuſceptum officium digne implere. Non enim deo placere poteritis, ſi lucē deo manibus pręferentes, operibus tenebrarū inſeruiatis: ⁊ per hoc alijs exempla perfidię prębeatis. Mat. 5. Sed ſicut veritas dicit: luceat lux veſtra corām hominibus, vt videāt opera veſtra bona, ⁊ glorificent patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Et ſicut apoſtolus Paulus Phil. 2. ait. In medio nationis prauę atque peruerſę poſiti: lucete ſicut luminaria in mundo verbum vitę continentes. Sint ergo lumbi veſtri pręcincti, ⁊ lucernę ardētes Luc. 12. in manibus veſtris, vt filij lucis ſitis: abijciatis opera tenebrarū, Ephes. 5. ⁊ induamini arma lucis. Fuiſtis enim aliquando tenebrę: nūc aūt lux in dño, vt filij lucis ambulate. Quę ſit vero iſta lux, quę tantopere eluceat: apoſtolus ipſe demonſtrat ſubdens. Fruct⁹ enim Ephes. 5. lucis eſt i omni bonitate, iuſtitia, ⁊ veritate. Eſtote igitur ſoliciti i omni iuſtitia, bonitate, ⁊ veritate: vt ⁊ vos, ⁊ alios, ⁊ dei eccleſiam illuminetis. Tunc etenim in dei ſacrificio digne vinum ſuggeretis, ⁊ aquā: ſi vos ipſi deo ſacrificium per caſtam vitam, ⁊ bona opera oblati fueritis. Quod vobis dñs concedat ꝑ miſericordiam ſuam.

Poſt hęc Pontifex accipit ⁊ tradit cuilibet candelabrum cū candela extincta, quod ſinguli ſucceſſiue manu dextera tangant cōmuniter omnib⁹ dicente Pontifice.



CANDELABRVM TRADIT.

Accipite ceroferarium cum cereo, ⁊ ſciatis vos ad accendenda eccleſię luminaria mancipatos: in nomine Domini. In hoc actu ipſi / imit chara-cter huius ordinis.

Tunc accipit, ⁊ tradit eis vrceolū vacuum, quem ſimiliter omnes tangere debent ſucceſſiue dicens communiter omnibus.

VRCEOLVM TRADIT.

Accipite vrceolum ad ſuggerendum vinum ⁊ aquam in euchariſtiam ſanguinis chriſti: in noīe domini. Poſtea eis genuflexis permanētibus: Pōtifex ſtās cum mitra verſus ad eos, dicit.

Sine mitra. Oremus patrē oīpotentē fratres chariſſimi ſuppliciter deprecemur, vt hos famulos ſuos bene ✠ dicere dignetur in ordine acolytoꝝ: quatenus lumen viſibile manibus preferentes, lumē quoqꝫ ſpirituale morib⁹ prebeāt, adiuuante dn̄o nr̄o Jeſu chriſto: qui cum eo ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat deus: per omnia ſecula ſeculorum. Tum Pōtifex ad altare ſe conuertens depoſita mitra ſtans dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Et mox Pontifex conuerſus ad ordinandos genuflexos, dicit.

Sine mitra. Domine ſancte, pater omnipotēs, eterne deus, qui per Jeſum Chriſtum filium tuū dominū noſtrum, et apoſtolos eius in hunc mundū lumen claritatis tue miſiſti, quiqꝫ vt mortis noſtre antiquū aboleres chirographū glorioſiſſime illum crucis vexillo affigi, atque ſanguinem ⁊ aquam ex latere illius pro ſalute generis humani effluere voluiſti: bene ✠ dicere, et ſancti ✠ ficare dignare hos famulos tuos in officium acolytoꝝ, ad accendendū lumen eccleſie tue, ⁊ ad ſuggerendum vinum, ⁊ aquam ad cōficiendum ſanguinem Chriſti filij tui, in offerenda euchariſtia, ſanctis altaribus tuis fideliter ſubminiſtrent: accende domine mentes eorum, ⁊ corda, ad amorē gratie tue, vt illuminati vultu ſplendoris tui, fideliter tibi in tua ſancta eccleſia deſeruiant: Per eundem Chriſtum dn̄m noſtrū. ℟. Amē. Alia benedictio. Oremus.

Domine ſancte, pater oipotens, eterne Deus, qui ad Moyſen ⁊ Aaron locutus es, vt accenderentur lucerne in tabernaculo teſtimonij: bene ✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare dignare hos famulos tuos, vt ſint acolyti ī eccleſia tua, Per Chr̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amē. Alia benedictio. Orem⁹.

Omnipotens ſempiterne de⁹ fons lucis, et origo bonitatis, qui per Jeſuꝫ Chriſtum filiū tuum lumen verum, mundum illuminaſti: eiuſqꝫ paſſionis myſterio redemiſti, bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos, quos in officio acolytorum conſecramus, poſcentes clementiam tuā, vt eorum mentes, ⁊ lumine ſcientie tue illuſtres, ⁊ pietatis tue rore irriges: vt ita acceptum miniſterium, te auxiliante peragant, quod ad eternaꝫ remunerationē peruenire mereant, Per eūdem Chr̄m dn̄m noſtrum. ℟. Amen. Poſt hec ſuggerente Archidiacono, ordinati redeunt ad loca ſua: Ordinati recedunt.

ſua: Amouetur faldiſtorium, et Pontifex ſine mitra vertens ſe ad altare, illud in medio oſculat. Deinde vertens ſe ad populum dicit. Pax vobis. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Et iterũ verſus ad altare in cornu ep̃le, dicit. Oremus. Oro.

Sine mitra.

Deus, qui hanc ſacratiſſimã noctem gloria dominice reſurrectionis illuſtras: conſerua in noua familie tue progenie adoptionis ſpiritum quem dediſti: vt corpore et mente renouati, puram tibi exhibeant ſeruitutem.

Exaudi queſumus domine ſupplicum preces, et deuoto tibi pectore famulantes, perpetua defenſione cuſtodi: vt nullis perſecutionibus impediti, liberam ſeruitutẽ tuis ſemper exhibeamus officijs, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

PRO SVBDIACONIS.

Parentur calix vacuus cum patena ſuperpoſita: vrceoli cum vino ⁊ aqua, bacile cum manutergio, et liber epiſtolarum.

Ponitur faldiſtorium ante medium altaris: ⁊ Pontifex accepta mitra ſedet ibi, renibus altari verſis, ⁊ procedit ad ordinationem Subdiaconorum. Archidiaconus vero vocat ordinandos, dicens.

Accedant, qui ordinãdi ſunt Subdiaconi. Et notarius vnũquẽq; illorum vocat, dicens. Johannes Philippi ad titulũ talis eccleſie. Petrus Michaelis ad titulũ patrimonij ſui. Frater Paulus Jacobi, profeſſus ordinis. N. ad titulum paupertatis. Et ſic de alijs, ⁊ quilibet vocatus dicit. Adſum dñe. Et accedit verſus Epiſcopum. Debet aũt quilibet ordinandorum indutus eſſe amictu (non tamen ſuper caput) alba, ⁊ cingulo, habere manipulum in manu ſiniſtra: tunicellam ſuper brachio ſiniſtro, ⁊ cãdelam in manu dextra. Omnibus autẽ in Subdiaconos ordinandis, cõpetenti ſpatio coram Pontifice ſtantibus: Pontifex cum mitra ſedens, admonet eos, dicens.

Ordinandus quomodo paratus.

ADMONITIO.

Fratres dilectiſſimi ad ſacrũ Subdiaconatus ordinẽ promouendi: iterum atq; iterũ conſiderare debetis attente, qđ onus hodie vltro appetitis: hactenus enĩ liberi eſtis, licetq; vobis pro arbitrio ad ſecularia vota tranſire: Quod ſi hunc ordinem ſuſceperitis, amplius nõ licebit a propoſito reſilire, ſed Deo cui ſeruire regnare eſt, perpetuo famulari, ⁊ caſtitatem illo adiuuante ſeruare oportebit, atq; in eccleſie miniſterio ſemper eſſe mancipatos: Proinde dum tẽpus eſt cogitate, ⁊ ſi in ſancto propoſito pſeuerare placet: In nomine dñi huc accedite. Illis tunc accedẽtibus, ⁊ coram Pontifice genuflexis: legit mandatũ interdicti: vt ſ. fol. 8.

Legitur mãdatum.

Reuerendus in Chriſto pr. ⁊c. Quo lecto, et ordinandis coram Pontifice per ordinem in modū coronę genuflexis: Pontifex eos inſtruit, ⁊ admonet, dicens.

ADMONITIO.

Adepturi fratres chariſſimi officium Subdiaconatus, ſedulo attēdite, quale miniſteriū vobis traditur. Subdiaconum enim oportet aquam ad miniſterium altaris pręparare: Diacono miniſtrare, pallas altaris, et corporalia abluere, calicem, ⁊ patenam in vſum ſacrificij eidē offerre: Oblationes, quę veniunt in altari, panes ꝓpoſitionis vocantur: de ipſis oblationibus tātum debet poni in altari, quantū poſſit populo ſufficere, ne aliqd putredinis in ſacrario remaneat. Pallę, quę ſunt ī ſubſtratorio altaris, in alio vaſe debent lauari, ⁊ in alio corporales pallę: vbi autē corporales pallę lotę fuerint: nullum aliud lintheamen debet lauari: ipſaq; lotionis aqua in baptiſteriū debet mergi. Studete itaque, vt iſta viſibilia miniſteria, quę diximus nitide, ⁊ diligentiſſime complētes, inuiſibilia horum exemplo perficiatis. Altare quidem ſanctę eccleſię ipſe eſt Chriſtus, teſte Johanne, qui in Apocalypſi ſua altare aureū ſe vidiſſe perhibet ſtare ante thronum, in quo, ⁊ per quem oblationes fidelium deo patri conſecrantur. Cuius altaris pallę, ⁊ corporalia ſunt membra Chriſti, ſcilicet fideles Dei, quibus dominus, quaſi veſtimentis pręcioſis circundat, vt ait pſalmiſta. Dominus regnauit decorem indutus eſt. Beatus quoq; Johannes in Apocalypſi vidit filium hominis pręcinctum zona aurea, id eſt ſanctorum caterua. Si itaq; humana fragilitate contingat in aliquo fideles maculari, prębēda eſt a vobis aqua cęleſtis doctrinę, qua purificati: ad ornamentum altaris, ⁊ cultū diuini ſacrificij redeant. Eſtote ergo tales, qui ſacrificijs diuinis, ⁊ eccleſię Dei: hoc eſt corpori chriſti digne ſeruire valeatis: in vera ⁊ catholica fide fundati: quoniā vt ait apoſtolus, omne quod non eſt ex fide peccatum eſt, ſchiſmaticum eſt, ⁊ extra vnitatem eccleſię eſt. Et ideo, ſi vſq; nūc fuiſtis tardi ad eccleſiam, ámodo debetis eſſe aſſidui. Si vſq; nunc ſomnolenti, ámodo vigiles: ſi vſq; nunc ebrioſi, ámodo ſobrij: ſi vſq; nūc inhoneſti, ámodo caſti. Quod ipſe vobis pręſtare dignetur: qui viuit ⁊ regnat deus in ſcla ſclorum.

Subdiac. officium.

Deinde Pontifex de manu miniſtri accipit, ⁊ tradit cuilibet ſucceſſiue calicem vacuum cum patena ſuperpoſita: Et Archidiaconus vrceolos cū vino ⁊ aqua, ac bacile cum manutergio, quę omnia ſigillatim ordinandi manibus tangunt: primo calicem, deinde alia: et iterum, vt prius genuflectunt. Quo facto Pontifex, dicit.

Ca-



CALICEM ET PATENAM.

VIdete cuiuſmodi miniſterium vobis traditur. Ideo vos admoneo: vt ita vos exhibeatis, quod deo placere poſſitis.

Poſtea ſurgit Pōtifex, ⁊ verſus ad populum ſtās cū mitra, dicit.

Cū mitra.

OREmus deum patrē, ac dominum noſtrū fratres chariſſimi: vt ſup hos ſeruos ſuos; quos ad Subdiaconatus officiū vocare dignatus eſt; infundat benedictionem ſuam ⁊ gratiam, vt in cōſpectu eius fideliter ſeruientes, prędeſtinata ſanctis pręmia conſequantur, adiuuante domino noſtro Ieſu chriſto: qui cū eo, ⁊ ſpū ſancto viuit ⁊ regnat deus: Per omnia ſecula ſeculorum.

Tum depoſita mitra, conuerſus ad altare Pōtifex, dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Et mox Pōtifex verſus ad ordinādos genuflexos, dicit ſine mitra.

Sine mitra.

DOmine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus: bene✠dicere dignare hos famulos tuos, quos ad Subdiaconatus officium eligere dignatus es: vt eos in ſacrario tuo ſancto ſtrenuos, ſolicitoſq; cęleſtis militię inſtituas excubitores, ſanctiſq; altaribus tuis fideliter ſubminiſtrent, ⁊ requieſcat ſuper eos ſpiritus ſapientię ⁊ intellectus: ſpūs conſilii ⁊ fortitudinis: ſpiritus ſcientię ⁊ pietatis: ⁊ repleas eos ſpiritu timoris tui: ⁊ eos in miniſterio diuino confirmes: vt obedientes facto, atq; dicto parentes, tuam gratiā conſequantur. Per dominū noſtrum Ieſum chriſtum filiū tuū: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpūs ſancti deus: per omnia ſecula ſeculor. ℟. Amen.

Tum Pontifex ſedens accepta mitra, amictum qui in collo ordinandorum iacet: imponit ſuper caput ſingulis, dicens.

AMICTVM SVPER CAPVT.

ACcipe amictum per quē deſignatur caſtigatio vocis: In noīe patris, ⁊ filij, ⁊ ſpūs ſancti.

Tum immittit in ſiniſtro brachio manipulum cuilibet dicens.

MANIPVLVM MITTIT.

ACcipe manipulum per quē deſignantur fructus bonorum operum: In nomine patris, et filij, et ſpiritus ſancti.

Poſt hęc induit quemlibet tunica: ⁊ ſi tantum vnica ſit, immittit illam cuilibet ſolum vſque ad ſcapulas, ac retrahens, eam poſteriori totaliter induit, dicens cuilibet.

TVNICAM INDVIT.

INduat te dominus veſtimento ſalutis, ⁊ tunica iuſtitię: In noīe pr̄is, ⁊ filij, ⁊ ſpūs ſancti.

Poſtea accipit ⁊ tradit omnibus librum epiſtolarum, manu dextera ipſum ſimul tangentibus, dicens:

LIBRVM TRADIT.

Accipite librum epiſtolarum ⁊ habete poteſtatem legendi eas in eccleſia ſancta dei, tam pro viuis, quam pro defunctis: In nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti.

Tum ordinati ſuggerente Archidiacono redeunt ad loca ſua.

¶ Pontifex deponit mitram, ſurgit ⁊ conuerſus ad altare in cornu epiſtole, legit epiſtolam, dicens. Pontifex depoſita mitra legit epiſtolam.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli, ad Coloſſenſes. ca. 3.

Fratres: Si conſurrexiſtis cum Chriſto, que ſurſum ſunt querite, vbi chriſtus eſt in dextera dei ſedens, que ſurſum ſunt ſapite, non que ſuper terram. Mortui enim eſtis, ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cum chriſto in deo. Cum enim chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc ⁊ vos apparebitis cum ipſo in gloria.

PRO DIACONIS.

Paretur liber euangeliorum.

Pontifex accepta mitra ſedet ſuper faldiſtorium ante medium altaris, renibus altari verſis: promouendi vero ad Diaconatum, per Archidiaconum vocantur. Diaconi vocantur.

Accedant, qui ordinandi ſunt ad Diaconatum.

Et mox ſigillatim nominantur per notarium: nulla tamen facta de titulo mentione: Eis igitur amictu, alba, cingulo, ⁊ manipulo parātis, ac ſtolam in ſiniſtra, ⁊ candelam in dextera manibus, ⁊ dalmaticam ſuper brachium ſiniſtrum tenentibus, ⁊ in modum corone in presbyterio coram Pontifice diſpoſitis ⁊ genuflexis: legitur mandatum interdicti: vt ſupra. folio. 8. Qualiter parati.

Reuerendus in Chriſto pater. ⁊c.

Quo facto Archidiaconus offerens illos Pontifici, dicit. Offert ſubdiac.

Reuerende pater, poſtulat ſancta mater eccleſia catholica, vt hos preſentes Subdiaconos ad onus diaconij ordinetis.

Pontifex interrogat dicens.

Scis illos dignos eſſe?

Reſpondet Archidiaconus.

Quantum humana fragilitas noſſe ſinit, ⁊ ſcio ⁊ teſtificor ipſos dignos eſſe ad huius onus officij.

Et Pontifex dicit. **Deo gratias.**

Et cum mitra ſedens, clero annunciat, dicens.

Auxiliante domino deo ſaluatore noſtro Jeſu chriſto, eligimus hos preſentes Subdiaconos, ad ordinem Diaconij. Si quis habet aliquid contra illos, pro deo ⁊ propter deum, cum fiducia exeat, et dicat: veruntamen memor ſit conditionis ſue. Cum mitra

Et facta aliquali mora, conuertens ſermonem ſuum ad ordinandos Pontifex inſtruit, et admonet eos, dicens.

ADMONITIO.

Prouehendi dilectiſſimi filij, ad ordinem Leuiticum, cogitate magnopere ad quantum gradum Eccleſie aſcenditis.

Dia

Digitized by Google

Diaconi officium. Diaconū enim oportet miniſtra-
re ad altare: baptizare, ⁊ prędica-
re. Sane in veteri lege, ex duode-
Num. 6. cī vna tribus Leui electa eſt: quę
ſpeciali deuotione tabernaculo
Dei: eiuſq; ſacrificiis ritu ꝑpetuo
deſeruiret. Tantaq; dignitas ip-
ſi conceſſa eſt: quod nullus niſi ex
eius ſtirpe ad diuinum illum cul-
tum, atq; officium miniſtraturus
aſſurgeret: adeo, vt grandi quo-
dam priuilegio hereditatis: ex tri
bu domini eſſe mereretur, ⁊ dici.
Quorum hodie chariſſimi filii, ⁊
nomen, ⁊ officiū tenetis: quia ad
miniſterium tabernaculi teſtimo
nii: ideſt eccleſię dei: eligimini in
leuitico officio: quę ſemp in pro-
cinctu poſita: inceſſabili pugna
contra inimicos dimicat. Unde
Ephes. 6. ait Apoſtolus. Non eſt nobis col
luctatio aduerſus carnem, ⁊ ſan-
guinē: ſed aduerſus principes, ⁊
poteſtates: aduerſus mūdi recto
res tenebrarum harū: contra ſpi
ritualia neqtię tela in cęleſtibus,
quam eccleſiam dei veluti taber-
naculū portare, atq; munire de-
betis: ornatu ſancto: prędicatu di
uino: exēplo perfecto: Leui quip-
pe interpretatur additus, ſiue aſ-
ſumptus: ⁊ vos filii, qui ab here-
ditate paterna nomen accipitis:
eſtote aſſumpti a carnalibus deſi
deriis, a terrenis cōcupiſcentiis:
quę militant aduerſus animam.
Quales diaconi. 1. Pet. 3. Eſtote nitidi, mūdi, puri, caſti: ſi-
cut decet miniſtros Chriſti: ⁊ di-
ſpenſatores myſteriorū dei: vt di-
gne addamini ad numerū eccle-
ſiaſtici gradus: vt hereditas, et
tribus amabilis dñi, eſſe merea-
mini. Et quia cōminiſtri, ⁊ coope-
ratores eſtis corporis, et ſangui-
nis dñi: eſtote ab omni illecebra
carnis alieni. Sicut ait ſcriptura.
Mundamini, qui fertis vaſa dñi. Iſa. 52.
Cogitate beatum Stephanum:
merito pcipue caſtitatis: ab apo-
ſtolis ad officium iſtud electum.
Curate, vt quibus euangeliū ore Act. 7.
annūciatis: viuis operibus exponatis, vt de vobis dicat. Vt pedes Ephes. 6.
euāgelizantiū pacē: euāgelizātiū
bona. Habete pedes vros calcia-
tos, ſctōꝝ exemplis, i prępar atio-
ne euangelii pacis. Quod vobis
dominus concedat per gratiam
ſuam. Poſt hęc ordinandis ge-
nuflexis manentibus: Pontifex
ſedens cum mitra: intelligibili vo
ce alloquitur populum dicens. Cū mitra ſedet, ⁊ populū alloquitur.

Commune votū communis
oratio proſequat: vt hi qui
totius eccleſię prece ad Diacona-
tus miniſteriū prępar antur: Le-
uiticę benedictionis ordine clare
ſcant: et ſpirituali conuerſatione
prefulgētes: gratia ſanctificatio-
nis eluceſcant: preſtante domino
noſtro Ieſu Chriſto: qui cum pa
tre, ⁊ ſpiritu ſctō viuit, et regnat
deus: in ſecula ſeculorū. Deinde
ſurgens cum mitra, Pontifex
ſtans verſus ad ordinādos dicit. Ad ordinandos.

Oremus dilectiſſimi Deum
patrem omnipotentem, vt
ſuper hos famulos ſuos quos ad
ſacrum ordinem diaconatus, aſ-
ſumere dignatus eſt: benedictio-

Digitized by Google

nis ſuę gratiam clementer effun-
dat: eiſq; conſecrationis indultę
propitius dona conſeruet: ⁊ pre-
ces noſtras clementer exaudiat:
vt quę noſtro gerenda ſunt mini
ſterio: ſuo benigno proſequatur
auxilio: ⁊ quos ſacris myſterijs
exequendis, pro noſtra intelligē-
tia credimus offerendos: ſibi fa-
ciat eſſe gratos: ⁊ ſua benedictio-
ne ſanctificet ⁊ confirmet: vt prę-
deſtinata ſctis pręmia conſequan
tur. Per vnigenitum filium ſuū
dñm nrm Jeſum Chriſtū: qui cū
eo, ⁊ ſpū ſctō, viuit, ⁊ regnat deus.

Mitram deponit.

Deinde depoſita mitra: extenſis manibus ante pectus, dicit.

PEr omnia ſecula ſeculorū.
℟. Amē. ℣. Dñs vobiſcū.
℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Surſū
corda. ℟. Habemus ad dñm. ℣.
Gratias agam⁹ domino deo no
ſtro. ℟. Dignum, et iuſtum eſt.

VEre dignum, et iuſtum eſt:
ęquum ⁊ ſalutare. Nos tibi
ſemper ⁊ vbiq; gratias agere: do
mine ſancte, pater oipotens, ęter
ne deus: honorū dator: ordinumq;
diſtributor: atq; officiorū diſpo-
ſitor: qui in te manens innouas om
nia, ⁊ cuncta diſponis: p verbum
virtutem ſapientiamq; tuam Je
ſum Chriſtum filium tuū, domi-
num noſtrum ſempiterna proui-
dentia pręparans: ⁊ ſingulis qui-
buſq; tēporibus aptanda diſpen
ſas: Cuius corpus eccleſiā videli-
cet tuam: cęleſtium gratiarum va
rietate diſtinctam: ſuorumq; con
nexam diſtinctione membrorū:
per legem mirabilem totius cō-
paginis vnitam: in augmentum
templi tui, creſcere, dilatariq; lar
giris: ſacri muneris ſeruitutē, tri
nis gradibus miniſtrorū, nomini
tuo militare conſtituens: electis
ab initio Leui filijs: qui in myſti-
cis operationibus domus tuę fi-
delibus excubijs permanētes, hę
reditatem benedictionis ęternę,
ſorte perpetua poſſiderent. Sup
hos quoq; famulos tuos quęſu-
mus dñe placatus intende: quos
tuis ſacris altaribus ſeruituros,
in officium diaconatus ſupplici-
ter dedicamus. Et nos quidem
tanq̄ homines, diuini ſenſus, et
ſumme rationis ignari: horum vi
tam quātum poſſumus exiſtima-
mus. Te autē domine quę nobis
ſunt ignota non tranſeunt: te oc-
culta non fallunt. Tu cognitor es
ſecretorum, et ſcrutator es cor-
dium. Tu horum vitam cęleſti po
teris examinare iudicio: quo ſem
per pręuales, ⁊ admiſſa purgare:
⁊ ea quę ſunt agenda concedere.

Hic ſolus Pontifex manum dex
teram extendens, ponit ſuper ca-
put cuilibet ordinando: ⁊ exten-
ſam, tenet vſq; in finem pręfatio-
nis, ⁊ nullus alius: quia nō ad ſa-
cerdotium, ſed ad miniſterium
conſecrantur; dicens ſingulis.

MANVS IMPONIT.

ACcipe ſpiritum ſanctum ad
robur: et ad reſiſtendum
diabolo, et tentationibus eius:
in nomine Domini.

Poſtea

Digitized by Google

Poſtea proſequitur prefationem.

Emitte in eos queſumus domine ſpiritum ſanctū, quo in opus miniſterij tui fideliter exequẽdi: ſeptiformis gratię tuę munere roborentur. Abundet in eis totius forma virtutis: auctoritas, modeſtia, pudor, conſtans, innocentię puritas, & ſpiritualis obſeruantia diſciplinę. In moribus eorum pręcepta tua fulgeant: & ſuę caſtitatis exemplo, imitationem ſancta plebs acquirat: et bonum conſcientię teſtimonium pręferentes, in Chriſto firmi, & ſtabiles perſeuerent: dignisq; ſucceſſibus de inferiori gradu, per gratiam tuā: potiora capere mereantur. Per eūdem dominū noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecū viuit, et regnat, in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Poſt hęc Pontifex ſedens cū mitra, cuilibet ordinādo ante ſe genuflexo: ſtolam quā ſinguli in manu habēt, imponit ſucceſſiue ſup humerū ſiniſtrum dicēs ſingulis.

STOLAM PONIT.

Accipe ſtolam ✠ candidam de manu dei, imple miniſterium tuū: potens eſt enim dominus, vt augeat tibi grām ſuā: qui viuit, & regnat, in ſecula ſeculorū.

Faciens ſuper quemlibet eorum ſignū crucis: & miniſtri reflectēt capita ſtolę, & alligēt ſub brachio dextro. Poſt hęc Pontifex accipiens dalmaticam, induit ea quēlibet ſucceſſiue, vſq; ad humeros: mox eā retrahēdo vſq; ad vltimū quem ea totaliter induit: & hoc ſi vnā tantū ſit dalmatica. Si vero quilibet ſuā habet: tunc ſingulos ſua totaliter induit, dicēs cuilibet:

DALMATICAM INDVIT.

Induat te dominus veſtimēto ſalutis: & circundet te ſemper indumēto lętitię in noīe dñi.

Poſtremo Pontifex tenens librum euangeliorum, tradit illū communiter omnibus coram ſe genuflexis: & manu dextera ſimul ipſum tangentibus, dicens.



LIBRVM TRADIT.

Accipite poteſtatem legendi Euangelium in Eccleſia Dei: tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine Domini.

Quo facto Pontifex deponit mitrā: ſurgit & ad altare conuerſus dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Et iterū conuerſus ad ordinatos ſtans dicit.

Exaudi dñe preces noſtras, et ſuper hos famulos tuos ſpiritū tuę bene✠dictionis infunde, vt cęleſti munere ditati: & tuę maieſtatis gratiā poſſint acquirere: & bene viuendi, alijs exēplum

plum prębere. Per Chriſtuz dominū nr̄m. ℞. Amen. Oremus.

Domine ſancte, pater ſpei, fidei, gratię, ⁊ profectuum remunerator, q in cęleſtibus, ⁊ terrenis, angelorum miniſterijs vbique diſpoſitis, per omnia elementa, voluntatis tuę diffundis effectum: hos quoque famulos tuos ſpiritali, dignare illuſtrare effectu: vt tuis obſequijs expediti: ſanctis altaribus tuis miniſtraturi: puri accreſcant, ⁊ indulgētia tua puriores, eo gradu, quo apoſtoli tui in ſeptenario numero, beatum Stephanum, ducem, ac pręuiuz ſpiritu ſancto auctore elegerunt, digni exiſtāt: ac virtutibus vniuerſis: qbus tibi ſeruire oportet inſtructi, tibi cōplaceāt, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuuz: qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpūs ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorū. ℞. Amen. Tum ordinati ſuggerēte Archidiacono redeūt ad loca ſua. Pontifex ad altare cōuerſus: in cornu epiſtolę, dicit.

Haleluiah, haleluiah, haleluiah. ℣. Cōfitemini domino, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Deinde dicit primū verſum tractus.

Laudate dominum omnes gentes: et collaudate eum omnes populi.

PRO PRESBYTERIS.

Pontifex accepta mitra ſedet ſuper faldiſtoriuz ante medium altaris: ⁊ ordinat preſbyteros. Pro quibus ordinandis: parentur oleum cathecumenorum, calix cum vino ⁊ aqua: patena et hoſtia deſuper poſita; medulla panis: ⁊ bacile cū buccali pro manibus abluēdis quas ſinguli ad ſuas mappulas extergūt. Archidiachonus vero voce intelligibili vocat ordinandos dicens.

Accedant q ordinandi ſunt ad ordinem preſbyteratus.

Ex mox nominatim legūtur per notarium, prout ſupradictuz eſt: nulla tamen de titulo facta mentione. Tunc illi more diaconoruz parati amictu, alba, cinctorio, ſtola, ⁊ manipulo: tenētes planetas ſuper brachia complicatas: ⁊ in manibus candelas ac mappulas albas, pro ligandis manibus ad ordinatorem accedunt: et coram eo ſe in moduz coronę diſponūt.



Omnibus ergo ordinē diſpoſitis, et genuflexis: legitur mandatum interdicti, vt ſupra fol. 8.

Reuerendus in Chrīo pater. ⁊c.

Quo lecto archidiaconus pręſentat ordinandos Pontifici dicēs. Pręſentat ordinādos

Reuerende pater: poſtulat ſancta mater eccleſia catholica: vt hos pręſentes Diaconos ad onus Preſbyterij ordinetis.

Et Pontifex interrogat dicens.

Scis

cis illos eſſe dignos? Rñdet Archidiacon⁹. Quātū humana fragilitas noſſe ſinit: ⁊ ſcio, ⁊ teſtificor ipſos eſſe dignos ad huius on⁹ officij. Pōti. dicat. Deo grās. Tum annunciat clero ⁊ populo iuxtā ſtatutū Carthaginēſis concilij ſedens cum mitra, et dicens.

Cū mitra Quoniā dilectiſſimi fratres: rectori nauis ⁊ nauigio deferēdis, eadē eſt vel ſecuritatis ratio, vel cōmunis timoris, par eo⁊ debet eſſe ſentētia: quo⁊ cauſa cōmunis exiſtit. Neq; enim fuit fruſtra a pr̄ibus inſtitutū: vt de electione illo⁊, q ad regimen altaris adhibēdi ſūt, ɔſulat̄, etiā popul⁹, q̄a de vita ⁊ ɔuerſatione p̄ſentandi, qd̄ nonnunq̄ ignorat̄ a pluribus: ſcit̄ a paucis, ⁊ neceſſe eſt vt facilius ei qs obediētiā exhibeat ordinato, cui aſſenſu; p̄buerit ordinādo. Ho⁊ ſiqdem diacono⁊ in p̄ſbyteros auxiliante dn̄o ordinando⁊ ɔuerſatio, quantū mihi videt̄, probata ⁊ deo placita exiſtit, ⁊ digna vt arbitror eccleſiaſtici honoris augmēto. Sed ne vnū fortaſſe vel paucos, aut decipiat aſſenſio, vel fallat affectio, ſententia eſt expetenda multo⁊. Itaq; qd de eo⁊ actibus aut morib⁹ noueritis, qd de merito ſentiatis: libera voce pādatis: ⁊ his teſtimoniū ſacerdotij, magis pro merito, quā affectione aliqua tribuatis. Si quis igitur habet aliquid cōtra illos: pro deo ⁊ propter deu; cum fiducia exeat ⁊ dicat. Uerun tamen memor ſit cōditionis ſue. Poſtea Pōti. facta aliquali mora, ɔuertēs ſermonē ſuū ad ordinādos: iſtruit ⁊ admonet eos dicens.

Conſecrādi frēs charíſſimi in p̄ſbyterat⁹ officiū: illud digne ſuſcipere, atq; ſuſceptum laudabiliter exequi ſtudeatis. Sacerdotem etenim oportet offerre, benedicere, p̄eeſſe, p̄dicare, ⁊ baptizare. Cū magno q̄ppe timore ad tantū gradū aſcendendum eſt, atq; puidendū, vt cęleſti ſapientia, pbi mores, ⁊ diuturna iuſtitię obſeruatio, ad id electos cōmendet. Unde dn̄s p̄cipiens Moyſi, vt ſeptuaginta viros de vniuerſo iſrael in adiutoriū ſuu; eligeret: qbus ſpūs ſci dona diuideret, ſuggeſſit, quos tu noſti, q; ſenes populi ſunt. Uos ſiqde; in ſeptuaginta viris ⁊ ſenib⁹ ſignati eſtis: ſi p ſpūm ſeptiformē, decalogū legis cuſtodiētes, probi ⁊ maturi in ſciētia ſimiliter ⁊ opere eritis. Sub eodē quoq; myſterio, et eādē figura, in nouo teſtamento dn̄s ſeptuaginta duos elegit, atq; binos ante ſe in p̄dicationē miſit, vt doceret v̄bo ſimul ⁊ facto: miniſtros eccleſię ſuę, fide, ⁊ opere debere eſſe pfectos, ſeu geminę dilectionis: dei ſcilicet ⁊ p̄rimi v̄tute fundatos. Tales itaq; eſſe ſtudeatis, vt in adiutoriu; Moyſi ⁊ duodecim apl̄o⁊, ep̄o⁊, videlicet catholico⁊, q p Moyſen ⁊ apl̄os figurant̄, digne p grāz dei eligi valeatis. Hac certe mira varietate, eccleſia ſancta circundat̄, ornat̄, ⁊ regit̄: cū alij in ea Pontifices, alij minoris ordinis ſacerdotes, diaconi ⁊ ſubdiaconi, diuerſo⁊ ordinum

Sacerdo. officium.

num viri ↄſecrant̄: ⁊ ex multis, et alternę dignitatis mēbris, vnum corpus Chriſti efficit. Itaq₃ dilectiſſimi fratres, quos ad nr̄m adiutorium, fratrū nr̄oꝝ arbitrium ↄſecrādos elegit: ſeruate in moribus vr̄is caſtę ⁊ ſanctę vitę integritatē. Agnoſcite, quod agitis. Imitamini, qđ tractatis: quatenus mortis dn̄icę myſterium celebrātes, mortificare mēbra veſtra a vitiis ⁊ ↄcupiſcētiis oībus procuretis. Sit doctrina vr̄a ſpūalis medicina populo dei. Sit odor vitę veſtrę, delectamentum eccleſię chriſti, vt pđicatione atq₃ exēplo ędificetis domū, id eſt familiam dei: quatenus, nec nos de veſtra prouectione, neq₃ vos de tāti officii ſuſceptione, damnari a domino, ſed potius remunerari mereamur. Quod ipſe nobis concedat per gratiam ſuam. ℟. Amē.



VTRANQVE MANVM SVPER CAPVT.

POſt hęc ſurgunt oēs, ⁊ ordinādis binis ⁊ binis ad Pōtificē accedētibus, ⁊ ſucceſſiue corā eo genuflectētibus, Pontifex ſtās ante faldiſtoriū ſuū cū mitra, ⁊ nulla oꝛone pmiſſa, iponit ſimul vtrāq₃ manum ſup caput cuiuſlibet ordinandi ſucceſſiuē, nihil dicēs. Idē faciunt poſt eum oēs ſacerdotes ibidē pñtes. Quo facto tā Pontifex, quā ſacerdotes tenēt manꝰ dexteras extēſas ſup illos: ⁊ Pōti. ſtās cū mitra, dicit. Cū mitra

OReMus dilectiſſimi deū patrē oīpotentē, vt ſup hos famulos ſuos, quos ad preſbyterii munus elegit, cęleſtia dona multiplicet: ⁊ qđ eius dignatione ſuſcipiunt, ipſius conſequant̄ auxilio. Per chr̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amen.

Pōtifex depoſita mitra ↄuerſus ad altare, dicit. Oremꝰ. Flectamus genua. ℟. Leuate. Et mox conuerſus ad ordinandos, dicit.

EXaudi nos q̄s dn̄e deus nr̄, ⁊ ſup hos famulos tuos benedictionē ſancti ſpūs, ⁊ grē ſacerdotalis infunde virtutē, vt quos tuę pietatis aſpectibꝰ offerimus cōſecrādos: ppetua muneris tui largitate proſequaris. Per dn̄m nr̄m Jeſum Chriſtum filiū tuū: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpūs ſcti deꝰ, Tum extēſis manibus ante pectus, dicit. Sine mitra.

PEr omnia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amē. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cum ſpū tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dn̄m. ℣. Gratias agamꝰ domino deo noſtro. ℟. Dignum et iuſtum eſt.

Vere dignū ⁊ iuſtū eſt: ęquum ⁊ ſalutare. Nos tibi ſemp ⁊ vbique grās agere: dn̄e ſancte, pr̄ oīpotēs, ęterne deus: honoꝝ dator, ⁊ diſtributor oīum dignitatum: p quem pficiunt vniuerſa: p quē cuncta firmant̄, amplificatis ſemp in melius

lis, rationabilis naturę incremē tis, p ordinem cōgrua ratione diſpoſitum. Unde ⁊ Sacerdotales gradus, atq; officia Leuitarū, ſacramētis myſticis inſtituta creuerunt: vt cū Pōtifices ſummos regendis populis pfeciſſes, ad eorū ſocietatis, ⁊ operis adiumētum, ſequētis ordinis viros, ⁊ ſcd̄e dignitatis eligeres. Sic ⁊ in eremo p ſeptuaginta virorū prudentum mētes: Moyſi ſpūm ppagaſti, quibus ille adiutorib⁹ vſus, in populo innumerabiles multitudines facile gubernaret. Sic ⁊ in Eleazaro, ⁊ Ithamar filiis Aaron paternę plenitudinis abundantiā transfudiſti: vt ad hoſtias ſalutares, ⁊ frequētioris officij ſacramētum, miniſteriū ſufficeret ſacerdotum. Hac puidentia dn̄e apoſtolis filij tui doctores fidei comites addidiſti, qbus illi orbē totū ſecundis pdicationib⁹ impleuerūt. Quapropter infirmitati quoq; nr̄ę dn̄e qs, hęc adiumenta largire, q quanto fragiliores ſum⁹, tanto his pluribus indigem⁹. Da qs oipotens deus, in hos famulos tuos pſbyterij dignitatē: innoua in viſcerib⁹ eorū ſpūm ſanctitatis, ⁊ acceptum a te de⁹, ſecundi meriti munus obtineant, cenſuramq; morū, exēplo ſuę conuerſationis inſinuent. Sint puidi cooperatores ordinis nr̄i, eluceat in eis toti⁹ forma iuſtitię, vt bonā rationem diſpēſatiōis ſibi creditę reddituri: ęternę beatitudinis pręmia cōſequātur, Per eundē dn̄m nr̄m Ieſum Chr̄m filium tuū: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſcti de⁹: p oia ſcl̄a ſclorum. ℟. Amen.

Pontifex ſedet accepta mitra, et reflectit orarium, ſiue ſtolā ab humero ſiniſtro cuiuſlibet capiens partem, quę retropēdet, ⁊ imponens ſuper dextrum humerum, aptat eam ante pectus in modū crucis, ſingulis dicens.

STOLAM APTAT.

Accipe iugū dn̄i: iugum enī eius ſuaue eſt, ⁊ on⁹ ei⁹ leue.

Poſtea īponit cuilibet ſucceſſiue caſulam vſq; ad ſcapulas, quam quilibet teneat ſup humeros cōplicatam a parte anteriori deorſum dependente, ſingulis dicens.

CASVLAM PONIT.

Accipe veſtē ſacerdotalē, per quam charitas intelligitur: potēs eſt enim dominus augere tibi charitatē, ⁊ opus perfectum. ℟. Deo gratias. Surgit Pontifex ſine mitra, et dicit. *Sine mitra.*

Deus ſctificationū author, cui⁹ vera cōſecratio, plenaq; benedictio eſt: tu dn̄e ſup hos famulos tuos: quos pſbyterij honore dedicam⁹, munus tuę bene✠dictionis infunde, vt grauitate actuū, ⁊ cēſura viuēdi probent ſe eſſe ſeniores: his inſtituti diſciplinis, quas Tito, et Timotheo Paulus expoſuit: vt in lege tua die ac nocte, omniq; tēpore meditātes, qd̄ legerint credāt, qd̄ crediderint doceāt, qd̄ docuerit imitent, iuſtitiā, cōſtantiā, miſericordiā, fortitudinē, cęteraſq; vtutes in ſe oſtēdant, exēplo pbeant, admonitione cōfirment, ac purū, ⁊ imma-

ſim immaculatū miniſterij ſui donuꝫ cuſtodiát, ⁊ in obſequium plebis tue panē ⁊ vinum, in corpus ⁊ ſanguinē filij tui imaculata benedictione transformēt, ⁊ inuiolabili charitate in virū perfectū, ⁊ i mēſurā etatis plenitudinis chriſti, in die iuſti, ⁊ eterni iudicij ꝯſcientia pura, fide plena, ſpū ſctō pleni, ꝑſoluát, Per eūdem dñm nřm Jeſuꝫ Chřm filiū tuū: qui tecū viuit ⁊ regnat i vnitate eiuſdē ſpūs ſcti deus: ꝑ omnia ſcl'a ſclo͛ꝝ. ℟. Amē.

Tum Pontifex ad altare conuerſus, flexis genib⁹ incipit Hymnū.

Sine mitra genuflexus.

Veni creator ſpūs: mentes tuoꝛuꝫ viſita: imple ſuperna gratia, que tu creaſti pectoꝛa.

Surgit Pontifex, ſedet in faldiſtoꝛio cū mitra, ⁊ dum proſequit hymnū, extrahunt ei anuli, ⁊ chirothece, reponātur ſibi anuli, imponitur ei gremiale, ſiue mappula ſuper gremium, et ſinguli oꝛdinati coꝛam eo genuflectunt.

Qui paraclitus diceris: donum Dei altiſſimi: fons viuus, ignis; charitas, ⁊ ſpiritalis vnctio.

Tu ſeptifoꝛmis munere: dextre Dei tu digitus: tu rite promiſſuꝫ patris, ſermone ditans guttura.

Accēde lumen ſenſibus: infunde amoꝛē coꝛdibus: infirma nři coꝛpoꝛis, virtute firmans perpeti.

Hoſtem repellas lōgius: pacēq; dones ꝓtinus: ductoꝛe ſic te preuio, vitemus omne noxium.

Per te ſciamus da patrem: noſcamus atque filium: te vtriuſq; ſpiritum, credamus ol tempoꝛe.

Gloꝛia patri dño: natoq; qui a moꝛtuis ſurrexit, ac paraclito, in ſeculoꝛum ſecula. ℟. Amen.

Pontifex cum oleo cathecumenoꝛuꝫ vngit vnicuiq; ambas manus ſimul iunctas in modum crucis, producendo cum pollice ſuo dextro i dictū oleū intincto duas lineas: vꝫ a pollice dextre manus; vſq; ad indicem ſiniſtrum, ⁊ a pollice ſiniſtro vſq; ad indicem dextrum vngēdo mox totaliter palmas: dum quēlibet vngit, dicēs.

MANVS VNGIT.

Conſecrare, ⁊ ſanctificare digneris dñe man⁹ iſtas ꝑ iſtā vnctionē, ⁊ nřam bñ✠dictionē.

Pontifex producit manu dextra ſignū crucis ſuper manus illius quem oꝛdinat, et proſequitur: vt quecūq; benedixerint benedicant, ⁊ quecūq; ꝯſecrauerint cōſecrent, ⁊ ſanctificent. In noīe domini nři Jeſu chriſti. Et quilibet oꝛdinandus reſpondet Amen.

Tū Pōtifex claudit, ſeu iūgit manus cuilibet ſucceſſiue, quas ſic ꝯſecratas aliqs miniſtroꝝ Pōtificis albo panniculo lineo ſimul; videlicet dexterā ſup ſiniſtrā alligat: ⁊ mox vnuſquiſq; ad oꝛdinē ſuum redit: ⁊ ſic clauſas, ⁊ alligatas manus tenet. Omnium manibus vnctis, ⁊ conſecratis: Pontifex manus lauat, ⁊ tergit: tū tradit cuilibet ſucceſſiue calicem cū vino, et aqua, et patenam ſuperpoſitam cum hoſtia, et ipſi illa accipiunt inter indices, et medios digitos, ac cuppam calicis, et patenam ſimul tangunt: Pontifice ſingulis dicente.

Claudit manus.

Miniſter ligat.

Lauat manus.

Ca



CALICEM CVM VINO.

In hoc actu ipſi mit' character huius ordinis.

Accipe poteſtatē offerre ſacrificium deo, miſſaſq; celebrare, tam pro viuis, quam pro defunctis: in nomine domini.

Lauat manus.

His peractis Pōtifex lauat manus cū medulla panis. Similiter & ordinati Sacerdotes lauāt manus ſuas cum medulla panis, et aqua bene mūdant, ac extergūt mappulis illis, quibus erant ligatę, et aqua ablutionis huiuſmodi proijcitur in ſacrarium.

Sine mitra.

Pontifex manib⁹ lotis, deponit mitram, ſurgit, & amouet faldiſtorium, & ad altare cōuerſus in cornu ep̄le dicit vltimū v̄ſum tract⁹.

℣. Dñi confirmata eſt ſuper nos miſericordia ei⁹, & veritas dñi manet i ęternū.

Tū Capellanus aſſiſtēs portat librū ad cornu euāgelij: & Pōtifex ſtans ante medium altaris, iunctis manibus dicit ſecrete.

Munda cor meū ac labia mea oīpotens de⁹, q labia Iſaię pphetę calculo mundaſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare mundare, vt ſanctū euāgelium tuū digne valeam nūciare. Per Chrm dñm noſtrū. Amen.

Deinde dicit eodē modo ſtans.

Dominus ſit in corde meo, & in labijs meis, vt digne & competenter annuntiē euangelium ſuum.

Et verſus ad cornu euāgelij iunctis manib⁹ dicit itelligibili voce.

Dñs vobiſcum. ℟. Et cū ſpū.

Signat ſe i frōte, ore, & pectore, dicēs. Sequētia ſci euāg. ſm math.

℟. Gloria tibi dñe. math. ca. 28.

Veſpere autē ſabbathi, quę luceſcit in prima ſabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre ſepulchrū. Et ecce terręmot⁹ factus eſt magn⁹. Angelus enim dñi deſcendit de cęlo, & accedens reuoluit lapidē, & ſedebat ſup eū. Erat aūt aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix. Prę timore autem eius, exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. Reſpōdens aūt Angelus dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio eni quod Ieſum, qui crucifixus eſt quęritis, nō eſt hic. Surrexit enī ſicut dixit. Venite, & videte locū vbi poſit⁹ erat dñs. Et cito euntes, dicite diſcipulis eius, qa ſurrexit, & ecce pcedet vos i galileā. Ibi eū videbitis, ecce prędixi vobis.

Pontifex oſculatur textū euāgelij, & altare in medio, & verſus ad populum dicit. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Et iterū verſus ad altare, dicit. Oremus.

CANDELAS OFFERVNT.

Ponitur faldiſtorium ante medium altaris: & Pontifex accepta mitra ibi ſedet, & oēs ordinati accedūt bini, & bini, & coram eo genuflexi, offerunt illi ſingulos cereos, ſiue ſingulas can-

Digitized by Google

candelas, ⁊ oſculant̃ eius manũ: primo Preſbyteri, tum Diaconi, ſucceſſiue alij ſuo ordine. Accepto ſingulorum offertorio, extrahũtur Põtifici anuli, ⁊ lauat manꝰ, q̃bus abſterſis, reaſſumit anulos, ⁊ ſurgit ac tollit faldiſtoriũ, ⁊ mitra. Interim p̃ſbyteri ordinati retro Pontificẽ, vel hinc ⁊ inde vbi magis cõmodum erit in terra genuflexi habeant libros Miſſales coram ſe ſup̱ ſcabellis, ſeu bancis ordinatis: vbi commode dicere poſſint cum Põtifice ſecretas, et oĩa alia de miſſa, prout dicit Põtifex. Qui tamẽ bene aduertat, q̃ ſecretas moroſe dicat, ⁊ aliquantulũ alte, ita vt ordinati ſacerdotes poſſint ſecũ oĩa dicere, ⁊ p̃ſertim v̾ba ꝯſecrationis, q̃ dici debẽt eodẽ momento p̱ ordinatos, quo dicunt̃ per Pontificem. Demum Põtifex verſus ad altare, offert patenã cũ hoſtia, ⁊ alijs particulis p̱ numero ordinatorum, dicens.

Miſſales teneant.

Moroſe dicat. ſecretas.

Suſcipe ſctẽ, pater oĩpotens, eterne deus, hanc imaculatã hoſtiam, quã ego indignus famulus tuus offero tibi deo meo viuo ⁊ vero: pro innumerabilibus peccatis, ⁊ offenſionibus, ⁊ negligentijs meis, ⁊ pro oĩbus circunſtantibus, ſed ⁊ pro oĩbus fidelibus chriſtianis viuis, atq̃ defunctis, vt mihi, ⁊ illis proficiat ad ſalutẽ in vitã eternã. Amẽ. Quãdo mittit aquam in calicem, dicit.

Deus, qui humane ſubſtantie dignitatẽ mirabiliter cõdidiſti, et mirabilius reformaſti: da nobis p̱ huius aque ⁊ vini myſterium, eius diuinitatis eſſe conſortes, q̃ humanitatis noſtre fieri dignatꝰ eſt particeps: Jeſus chriſtus filius tuus dñs nr̃: qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſcti deus: p̱ oĩa ſcl'a ſeculorum. Amen. Deinde offert calicem, dicens.

Offerimus tibi dñe calicem ſalutaris, tuam deprecantes clementiã, vt in conſpectu diuine maieſtatis tue, pro noſtra, et pro totius mundi ſalute: cum odore ſuauitatis aſcendat. Amen.

Deinde dicit orationem.

In ſpũ humilitatis, ⁊ in animo ꝯtrito ſuſcipiamur dñe a te: ⁊ ſic fiat ſacrificiũ nr̃m in conſpectu tuo hodie: vt placeat tibi dñe deus. Sequitur oratio ſuper hoſtiam, ⁊ calicẽ cũ ſigno crucis.

Veni ſctificator oĩpotẽs eterne deus: bñ ✠ dic hoc ſacrificiũ tuo ſancto nomini p̃paratũ. Pontifex accepta mitra accedit ad cornu epiſtole: et ſtans lauat manus, dicens.

Lauabo inter innocẽtes manus meas: ⁊ circundabo altare tuum domine. Cũ mitra

Ut audiam vocem laudis tue: ⁊ enarrem vniuerſa mirabilia tua.

Dñe dilexi decorem domus tue ⁊ locum habitationis glorie tue.

Ne perdas cum impijs Deus animam meam: et cum viris ſanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.

Ego aũt in innocẽtia mea igreſſus ſũ: redime me ⁊ miſerere mei.

Pes

Digitized by Google

Pes meuſ ſtetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpūi ſctō.
Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amē.

Pontifex depoſita mitra inclinat ſe ante medium altaris, ⁊ dicit hanc orationem.

Sine mitra.

Suſcipe ſancta trinitaſ: hanc oblationē, quam tibi offerimus ob memoriā paſſionis, reſurrectionis, ⁊ aſcenſionis Jeſu chriſti domini nr̄i, et in honore beatę Marię ſemꝑ virginis, ⁊ beati Johānis baptiſtę, ⁊ ſanctoꝝ apoſtolorū Petri ⁊ Pauli, ⁊ iſtorum, ⁊ omnium ſanctorum: vt illiſ proficiat ad honorem; nobis autem ad ſalutem, ⁊ illi pro nobis intercedere dignentur in cęlis, quorum memoriam facimus in terris: Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Erigens ſe deoſculatur altare, et vertens ſe ad populum, dicat.

Orate fratres, vt meū ac veſtrum ſacrificium acceptabile fiat apud deū patrē oipotentē.

Circunſtantes reſpondeant.

Suſcipiat dominus ſacrificium de manibus tuis, ad laudem et gloriam nominis ſui, ad vtilitatem quoque noſtram, totiuſque eccleſię ſuę ſanctę: amen.

Deinde Pontifex iterum cōuerſus ad altare, ⁊ extenſiſ manibuſ ante pectus, dicit ſecretas. Secr.


Suſcipe domine quęſumus preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: vt paſchalibus initiata myſterijs, ad ęternitatis nobis medelam te operante proficiant. Tuis quęſumus domine operare myſterijſ: vt hęc munera dignis tibi mentibuſ offeramuſ, Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuū: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus,

Deinde intelligibili voce, extenſis ante pectus manibus, dicit prefationem.

Per omnia ſecula ſeculorū. ℟. Amē. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemꝰ ad dominum. ℣. Gratias agamus domino deo noſtro. ℟. Dignum et iuſtum eſt.

Vere dignum ⁊ iuſtū eſt: ęquum et ſalutare. Te quidem domine omni tempore, ſed in hac potiſſimum nocte glorioſius predicare: cum paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Ipſe enim veruſ eſt agnus, qui abſtulit peccata mundi. Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, et vitam reſurgendo reparauit. Et ideo, cum angelis ⁊ archangelis, cum thronis et dominationibus: cumque omni militia cęleſtis exercitus, hymnum glorię tuę canimus, ſine fine dicentes.


Sanctus. Sanctuſ. Sanctuſ, Dominus deus ſabaoth.
Pleni ſūt cęli et terra gloria tua, Hoſanna in excelſis.
Benedictus qui venit in nomine domini, Hoſanna in excelſis.



Digitized by Google







Inclinatus Pontifex coram altari, iunctis manibus ſequentem dicit canonem.



Te igit clementiſſime pater, per Jeſuz Chriſtum filium tuum dominum noſtrum, ſupplices rogamus ac petimus, Hic oſculatur altare deide erectis manibus dicit. vti accepta habeas ꝛ benedicas, Hic ter ſignet tã ſuper hoſtiam q̃ȝ ſuper calicem. Hęc ✠ dona, hęc ✠ munera, hęc ✠ ſctã ſacrificia illibata: in primis, quę tibi offerimꝰ pro eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, ꝛ regere digneris: toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo Papa noſtro. N. ꝛ me indigno ſeruo tuo et omnibus orthodoxis, atque catholicę ꝛ apoſtolicę fidei cultoribus.








Commemoratio pro viuis.

MEmento domine famulo-
rum famularumq; tuarum
N. ⁊ omnium circunſtantiũ, quo-
rum tibi fides cognita eſt ⁊ nota
deuotio, pro quibus tibi offeri-
mus, vel qui tibi offerunt hoc ſa-
crificium laudis: pro ſe, ſuiſq; om-
nibus, pro redemptione aiarum
ſuarũ, pro ſpe ſalutis ⁊ incolumi-
tatis ſuę: tibiq; reddũt vota ſua,
ęterno deo viuo ⁊ vero. Actio.

COmmunicantes ⁊ noctem
ſacratiſſimã celebrantes re-
ſurrectionis domini noſtri Jeſu
Chriſti ſecũdum carnem. Sed et
memoriã venerantes. In primis
glorioſę ſemperq; virginis Ma-
rię, genitricis dei, ⁊ dñi noſtri Je
ſu chriſti. Sed ⁊ beatorũ apoſto
lorum ac martyrum tuoꝝ Petri
⁊ Pauli, Andreę, Jacobi, Johã-
nis, Thomę, Jacobi, Philippi,
Bartholomei, Matthei, Simo-
nis, ⁊ Thadei, Lini, Cleti, Clemẽ
tis, Sixti, Cornelij, Cipriani, Lau
rentij, Chriſogoni, Johannis, et
Pauli, Coſmę ⁊ Damiani: ⁊ om-
nium ſanctorum tuorum, quorũ
meritis precibuſq; concedas: vt
in oĩbus protectionis tuę munia
mur auxilio. Per eundẽ Chriſtũ
dñm nr̃m. Amen. Infra actionẽ.

HAnc igitur oblationem ſer-
uitutis noſtrę, ſed et cunctę
familię tuę, quam tibi offerimus,
pro his quoq; quos regenerare
dignatus es ex aqua ⁊ ſpũ ſctõ, tri-
buẽs eis remiſſionẽ oĩum pctõꝝ:
q̃s dñe, vt placatus accipias: dieſq;
nr̃os i tua pace diſponas, atq; ab
ęterna dãnatione nos eripi, ⁊ i ele
ctoꝝ tuoꝝ iubeas grege numera
ri. p chr̃m dñm nr̃m. Amẽ. Oro.

QUam oblationem tu deus
in omnibus quęſumus.
Hic ſignet ter taz ſup hoſtiam q̃z
ſup calicẽ dicẽs. bene ✠ dictam,
aſcri ✠ ptã, ra ✠ tã, rationabilẽ,
acceptabilẽq; facere digneris, vt
nobis Hic ſup hoſtiam ſemel ſi-
gnet, ⁊ ſup calicem ſemel dicens.
Cor ✠ pus, ⁊ ſan ✠ guis fiat di-
lectiſſimi filij tui domini noſtri ie-
ſu Chriſti. Hic accipit hoſtiam
in manibus, et eleuatis ſurſum
oculis benedicit eam, dicens.

QUi pridie q̃z pateretur, accepit
panez in ſanctas ac venera-
biles manus ſuas: ⁊ eleuatis ocu
lis in cęlum, ad te Deum patrem
ſuum omnipotẽtem, tibi gratias
agẽs, bene ✠ dixit, fregit, deditq;
diſcipulis ſuis dicens. Accipite
et manducate ex hoc omnes.

Hoc eſt eniz corpus meum.

Hic corpus chr̃i leuat adeo vt a cir
cũſtantibus poſſit videri. Et depo-
ſita hoſtia, calicem manibus acci-
piẽs, gratias agẽs bñdicit, dicẽs.

SImili modo poſtquam cę-
natum eſt, accipiens et hunc
pręclarum calicem in ſanctas ac
venerabiles manus ſuas: Item
tibi gratias agẽs: bene ✠ dixit,
deditq; diſcipulis ſuis dicens.
Accipite ⁊ bibite ex eo omnes.

Hic

Digitized by Google

Hic eſt eniꝫ calix ſanguinis mei: noui et eterni teſtamēti: myſteriuꝫ fidei: qui pro vobis et pro multis effundetur in remiſſionem peccatorū.

Hec quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.

Hic deponit calicē, deinde dicit.

Unde et memores domine nos ſerui tui, ſed ⁊ plebs tua ſancta, Chriſti filij tui domini noſtri, tam beatę paſſionis, nec non et ab inferis reſurrectionis: ſed et in cęlos glorioſę Aſcenſionis, offerimus pręclarę maieſtati tuę de tuis donis ac datis.

Hic ter ſignet ſuper corpus ⁊ ſanguinem, et deinde ſuper corpus ſemel: ⁊ itidem ſuper ſanguinem dicens. Hoſtiam ✠ purā, hoſtiā ✠ ſanctā, hoſtiam ✠ imaculataꝫ, panem ✠ ſanctum vitę ęternę, et calicē ✠ ſalutis perpetuę.

Supra quę propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, et accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, et ſacrificium patriarchę noſtri Abrahę, et quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum ſacrificium immaculatam hoſtiam. Hic ſe inclinat, ⁊ dicit.

Supplices te rogamus omnipotens deus, iube hęc perferri per manus ſancti angeli tui, in ſublime altare tuum, in conſpectu diuinę maieſtatis tuę, Hic erigit ſe, ⁊ oſculato altari, dicit. vt quotquot ex hac altaris participatiōe, ſacroſctū̄m filij tui Hic ſuper hoſtiam et deinde ſuper calicem ſignet, dicens. Cor ✠ pus ⁊ ſan ✠ guinē ſumpſerimus, Hic ſe ipſum ſignet, dicēs. omni bene ✠ dictione cęleſti, ⁊ gratia repleamur, Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis.

Memento etiam domine famulorū famularumq; tuarum. N. qui nos pręceſſerunt cuꝫ ſigno fidei, ⁊ dormiunt in ſomno pacis: ipſis domine et omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij lucis ⁊ pacis, vt indulgeas deprecamur, Per eundem Chriſtum dn̄m noſtrum. Amen.

Hic percutiat pectus ſuum aliquantulum altius, dicens.

Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis, de multitudine miſerationum tuaruꝫ ſperantibus, partem aliquam ⁊ ſocietatem donare digneris, cum tuis ſanctis apoſtolis ⁊ martyribus, cum Johanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Jgnatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anaſtaſia. Et omnibus ſanctis tuis, intra quorum nos conſortium, non eſtima

Digitized by Google

toꝛ meriti, ſed venię, quęſumus largitoꝛ admitte, Per Chꝛiſtum dominum noſtrum.

Per quem hęc omnia domine ſemper bona creas. Hic ſignet ter tam ſuper hoſtiam ꝙ ſuper calicem, dicens. ſancti ✠ ficas, viui ✠ ficas, bene ✠ dicis, ⁊ pꝛſtas nobis. Hic diſcooperiat calicem, ⁊ accepta hoſtia, ter cum ea ſignet ſuper ſanguinē, dicens. Per ip ✠ ſum, ⁊ cum ip ✠ ſo, ⁊ in ip ✠ ſo. Hic cum ipſa hoſtia bis inter ſe, et calicem ſignet dicens. eſt tibi deo patri omni ✠ potenti, in vnitate ſpiritus ✠ ſancti: omnis honoꝛ ⁊ gloꝛia. Hic cum dextera manu hoſtiam tenens: calicem deinde erigat cum vtraque manu, dicens.

Per omnia ſecula ſeculoꝛum. ℟. Amen. Hic reponit hoſtiā, ⁊ calicē ipſum cooperit, dicēs. Oremus. Pꝛęceptis ſalutaribus moniti, ⁊ diuina inſtitutione foꝛmati, audemus dicere.

Pater noſter, qui es in cęlis: ſanctificetur nomē tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat volūtas tua: ſicut in cęlo ⁊ in terra. Panē noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoꝛibus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. Amē. Deinde dicit.

Libera nos quęſumus domine ab omnibus malis, pꝛęteritis, pꝛęſentibus, ⁊ futuris, et intercedēte beata ⁊ glorioſa ſemper virgine dei genitrice Maria, ⁊ beatis apoſtolis tuis Petro et Paulo, atq; Andrea, ⁊ omnibus ſanctis: da pꝛopitius pacē in diebus nr̄is, vt ope miſericoꝛdię tuę adiuti, ⁊ a peccato ſimus ſemꝑ liberi, ⁊ ab oī ꝑturbatione ſecuri. Hic accipit patenam dextera manu, ⁊ cū ea ſe ſignat: ⁊ eandem hoſtię ſubmittens, ponit hoſtiam in patena, ⁊ diſcooperto calice reuerenter hoſtiam per mediū ſuper calicem frangit, dicens. Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filium tuum. Et mediam partem quam dextera tenet, ponit ī patena. Et de illa, quā tenet in ſiniſtra, frāgit particulam, ⁊ medię parti, quę eſt in patena adiungit, dicens. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Reliquam vero partem dextera ſuper calicē tenens Pontifex calice deinde parum eleuato, dicit. Per omnia ſecula ſeculoꝛum. ℟. Amen. Hic calice depoſito, ter cum particula illa ſignat ſuper calicem tantū, dicens.

Pax ✠ dn̄i ſit ✠ ſemper vobiſ ✠ cum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Hic ponat particulam hoſtię in ſanguine, dicens.

Hęc cōmixtio ⁊ conſecratio coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis dn̄i noſtri Jeſu Chꝛiſti, accipiētibus nobis in vitam ęternam. Amen. Pōtifex omiſſo Agnus dei, inclinat ſe ante coꝛpus dn̄i, dicens.

Domine Jeſu Chꝛiſte, qui dixiſti apoſtolis tuis: pacem meam

meam do vobis, pacem relinquo vobis, ne reſpicias peccata mea, ſed fidem eccleſię tuę: eamque ſecundum voluntatem tuam pacificare, ꝛ coadunare dignare. Qui viuis et regnas Deus, Per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Pontifex oſculatur altare, ꝛ non dat pacem oꝛdinatis: ſed ſtatim ſequitur dicens.

Domine Jeſu Chꝛiſte, fili dei viui, qui ex volũtate patris, cooperante ſpiritu ſancto: ꝑ moꝛtem tuam mundum viuificaſti, libera me per hoc ſacrum coꝛpus ꝛ ſanguiné tuum ab omnibus iniquitatibus meis, ꝛ vniuerſis malis, ꝛ fac me tuis ſemper inhęrere mandatis, et a te nunq̄ȝ ſeparari permittas. Qui cum eodem deo patre, ꝛ ſpũ ſctõ viuis ꝛ regnas i ſecula ſeculoꝝ. Amen. Oꝛatio.

Perceptio coꝛpoꝛis tui domine Jeſu chꝛiſte, qd̕ ego indignus ſumere ꝓſumo, non mihi prouenIat in iudicium et cõdemnationé, ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamentum mentis ꝛ coꝛpoꝛis, et ad medelam percipiendam, Qui viuis ꝛ regnas cũ deo patre in vnitate ſpũs ſancti deus, Per oĩa ſecula ſeculoꝛum.

Hic accipit patenam cum coꝛpoꝛe Chꝛiſti, ꝛ cum maxima humilitate et reuerentia, dicit.

Panem cęleſtem accipiam, ꝛ nomen domini inuocabo. Hic percutiat pectus ſuum, ter dicens.

Domine nõ ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, et ſanabitur anima mea.

Hic ſumat coꝛpus reuerenter, ſignans ſe illo, dicens.

Coꝛpus domini noſtri Jeſu Chꝛiſti, cuſtodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

Hic poſtea ſi quid remanſerit in patenã, cum digito reponit in calicem: et cum reuerentia deinde accipit calicem ipſum, dicens.

Quid retribuaȝ domino, pro omnibus quę retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, et nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum, ꝛ ab inimicis meis ſaluus ero.

Hic ſumat ſanguinem: ſignans ſe ipſo, dicens.

Sanguis domini noſtri Jeſu Chꝛiſti, cuſtodiat animaȝ meam in vitam ęternam. Amen.

COMMVNICATVRI ACCEDANT.

Et priuſq̄ȝ digitos abluat, accedunt ad altare omnes ad ſacros oꝛdines pꝛomoti. Pꝛimo Pꝛeſbyteri, deinde Diaconi, tandé Subdiaconi, quibus oꝛdinate diſpoſitis ꝛ genuflexis, Pontifex facta reuerentia ſacramẽto, ꝛ aliquantulum verſus coꝛnu euangelij, ſe retrahens, ad eos ſe conuertit, ꝛ ſinguli ex Diaconis et Subdiaconis, dicunt ſubmiſſa voce.

Confiteoꝛ deo omnipotenti, ꝛć.

Et Pontifex ſtans capite detecto, verſus ad eos, dicit intelligibili voce.

Sine mitra abſoluit.

Miſereatur veſtri omnipotens deus, ⁊ dimiſſis omnibus peccatis veſtris, pducat vos ad vitam ęternam. ℟. Amen.

Indulgentiam abſolutionem, ⁊ remiſſionem peccatorum veſtrorum, tribuat vobis omnipotens ⁊ miſericors dominus. ℟. Amē.

Et manu dextra ſignū crucis ſuper eos communiter producit.

¶ Preſbyteri ante communionem non dicunt confeſſionē, neqʒ datur eis abſolutio, quia concelebrāt Pontifici: propterea ſi nō ſunt alij ordinati, cōfeſſio ⁊ abſolutio prędictę omittuntur. Tum accedunt ad ſupremum gradum altaris bini ⁊ bini. Pontifex vero verſus ad altare facit reuerentiam ſacramento, ⁊ ponit plures hoſtias conſecratas ſuper patenam, quam ori cuiuſlibet communicandi ſupponit: ⁊ ſingulos cōmunicat, cuilibet dicens.

Corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat te, et perducat in vitam ęternam.

Quilibet reſpondet. Amen.

Et priuſquam communionē ſumat, manum Pontificis hoſtiam tenentem oſculatur. Unus miniſtrorum Pontificis ſtat iuxta cornu epiſtolę altaris: calicem habens, non illum cum quo Pontifex celebrauit, ſed alium cum vino, ⁊ mappulam mundam in manibus, ad quem ſinguli communicati accedūt, ⁊ ſe purificant, os extergunt, ⁊ ad partē ſe locant.

Purificat ſe os.

Omnibus communicatis Pontifex extergit patenam ſuper calicem ſuum, et ſuper eum digitos abluit: ⁊ ſumit ablutionē, dicens.

Quod ore ſumpſimus domine, pura mente capiamus, et de munere temporali, fiat nobis remedium ſempiternum.

Corpus tuū dn̄e, quod ſumpſi, ⁊ ſanguis quē potaui, adhęreat viſceribus meis, ⁊ pręſta: vt in me non remaneat ſcelerum macula, quem pura et ſancta refecerunt ſacramenta, Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus, Per oīa ſclā ſeculoꝝ.

Deide accipit mitrā ⁊ lauat man⁹.

¶ Pontifex lotis manibus mitra depoſita, ſtans in cornu epiſtolę altaris, verſus ad illud, dicit infraſcriptum Reſpōſorium. Quod quidem omittitur cum reliquis, quę ſequuntur vſqʒ ad cōmunionem excluſiue, ſi non ordinauit aliquē ad p̄ſbyteratum. ℟.

Nō dicit ſi nō ad preſbyteratū ordinauit.

Iam non dicā vos ſeruos ſed amicos meos, quia omnia cognouiſtis, q̄ operat⁹ ſum in medio veſtri halab. Accipite ſpiritum ſanctum in vobis paraclitū, Ille eſt quem pater mittet vobis halab. ℣. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quę ego pręcipio vobis. Accipite ſpiritum ſanctum in vobis paraclitum. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Ille eſt quem pater mittet vobis haleluiah.

Dicto reſponſorio, Pontifex accepta mitra, vertit ſe ad ordinatos Sacerdotes, qui ante altare coram ipſo ſtantes, ſimul profitentur fidem, quam prędicaturi ſunt, dicentes.

Credo

Digitized by Google

CRedo in Deum patrē omnipotentem, creatorem cęli, & terrę. Et in Jeſum Chriſtum filium eius vnicum dñm noſtrum. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub pontio Pilato, crucifixus mortuus, & ſepultus. Deſcēdit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcēdit ad cęlos, ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos, et mortuos. Credo in ſpiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicam, Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem: Et vitā ęternā. Amē. Quo finito, Pontifex cum mitra ſedens ſupra faldiſtoriū ante mediū altaris: imponit ambas manus ſuper capita ſingulorū, coram eo genuflectentiū, dicēs cuilibet.

MANVS SVPER CAPVT.

ACcipe ſpiritum ſanctū, quorum remiſeris peccata remittuntur eis, et quorum retinueris retenta ſunt.

CASVLAM EXPLICAT.

Deinde explicās caſulam, quam vnuſquiſque habet ſuper humeros cōplicatam: induit illa quēlibet ſingulis, dicens.

Stola innocētię induat te dñs. Et mox vnuſquiſque iterum ad Pontificem accedit, et genuflexus ponit manus ſuas iunctas, inter manus Pontificis, dicentis cuilibet.

PRomittis mihi & ſucceſſoribus meis reuerentiā & obedientiam? Et ille reſpondet. Promitto. Si vero Pontifex non eſt ſuus dioceſanus, ſeu ordinarius, dicit ſingulis cū manus eorū inter ſuas tenet, vt prefert.

PRomittis Pontifici ordinario tuo pro tempore exiſtenti, reuerentiam et obedientiam? Et ille reſpondet. Promitto. Tum Pontifex tenens manus illius inter ſuas, oſculatur vnumquēque dicēs. Pax domini ſit ſemper tecum. Et ille rñdet. Amen. (Oſculans dicit.) His expletis, & omnibus ad ordinem ſuū reuerſis: Pontifex ſedens cū mitra, dicit ad eos ſtātes.

QVia res, quam tractaturi eſtis, ſatis periculoſa eſt fratres chariſſimi, moneo vos diligenter: vt honeſte totius miſſę ordinem, & hoſtię cōſecrationem & fractionem atque cōmunionem, ab alijs iam doctis ſacerdotibus diſcatis, priuſquam ad celebrandum miſſam accedatis.

Poſt hec Pontifex depoſita mitra ſurgit: & amoto faldiſtorio cōuertitur ad altare, & i cornu epłę dicit Haleluiah. pro veſpis vt infra.

¶ Ordinati Sacerdotes retro Pontificem in locis ſuis genuflexi, perficiūt ſecrete cū Pontifice miſſam & veſpas. Halah. p veſpis. Haleluiah, haleluiah, haleluiah. Ps.

LAudate dominum omnes gentes, et collaudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos

nos miſericordia eius: ⁊ veritas domini manet in ęternum.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpũi ſctõ.
Sicut erat in principio, ⁊ nũc, et ſemper, ⁊ in ſcl'a ſeculorũ. Amen.
Haleluiah, haleluiah, haleluiah.
Deinde dicit Antiphonã.
Veſpere autem ſabbathi, quę luceſcit in prima ſabbathi: venit Maria Magdalene, ⁊ altera Maria videre ſepulchrum, haleluiah. Canticum.
Magnificat anima mea dominum.
Et exultauit ſpiritus meus, in Deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuę: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens eſt: ⁊ ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potẽtiam in brachio ſuo: diſperſit ſupbos mẽte cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: et diuites dimiſit inanes.
Suſcepit iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordię ſuę.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham, et ſemini eius in ſecula.
Gloria patri, et filio, et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ ſemper, et in ſecula ſeculorum. Amen. Antiphona.
Veſpere autem ſabbathi, quę luceſcit in prima ſabbathi: venit Maria Magdalene, ⁊ altera Maria videre ſepulchrum, haleluiah.
Pontifex oſculatur altare in medio: ⁊ cõuerſus ad populũ, dicit.
Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. Et mox verſus ad altare, dicit. Oremus:
Spiritũ nobis domine tuę charitatis infunde: vt quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes.
Deinde ſequitur.
Quos tuiſ domine reficiſ ſacramentis, continuis attolle benignus auxilijs: vt tuę redemptionis effectum, et myſterijs capiamus ⁊ moribus, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℞. Amen. Et deoſculato altari in medio: verſus ad populum dicit. ℣. Dominuſ vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Ite miſſa eſt haleluiah, haleluiah. ℞. Deo gratias haleluiah, haleluiah. Et conuerſus ad altare aliquãtulum inclinatus, dicit.
Placeat tibi ſancta Trinitas obſequium ſeruitutis meę: ⁊ pręſta, vt ſacrificium, quod oculis tuę maieſtatis indignus obtuli: ſit tibi acceptabile, mihiq; ⁊ oĩbus pro quibus illud obtuli, ſit te miſerante propitiabile, Per Chriſtũ dominum nr̃m. Amen.
Quo dicto Pontifex accepta mitra ⁊ baculo paſtorali: vtit ſe ad ordinatos: ⁊ ſtans hortatur eos cõmu- Cũ mitra ⁊ baculo

cōmuniter ſub his verbis, dicēs.

Fratres chariſſimi diligenter conſiderate ordinē per vos ſuſceptum, ac onus humeris veſtris impoſitum: ſtudete ſancte & religioſe viuere, omnipotenti deo placere: vt gratiam ſuā poſſitis acquirere: quam ipſe vobis per ſuam miſericordiā concedere dignetur. Singuli ad primam tonſuram, vel ad quatuor minores ordines promoti: dicite ſemel ſeptem pſalmos penitentiales cū Litanijs, verſiculis, & orationib9. Ad Subdiaconatum vel Diaconatum, nocturnum talis diei. Ad Preſbyteratum vero ordinati, poſt primam ſuam miſſam, in tribus immediate tunc ſequētibus diebus, tres alias miſſas: videlicet vnam de ſpiritu ſancto, Aliā de beata Maria ſemper virgine. Tertiam pro fidelibus defunctis dicite: et omnipotentem Deum, etiam pro me orate.

Quod illi deuote ſuſcipiunt, & reſpondent ſe facturos. Poſtremo benedicit eis genuflectentibus, verſus ad illos, dicens.

Benedictio dei omnipotentis, pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & ſpiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper vos, vt ſitis benedicti in ordine ſacerdotali, & offeratis placabiles hoſtias pro peccatis atq; offenſionibus populi omnipotenti Deo, cui eſt honor, & gloria in ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Tum Pontifex conuertens ſe ad altare, dicit. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Initiū ſancti euāg. ſm Johānē.

In principio erat verbum. &c.

Signat altare et ſe, et reuertitur interim cum ipſum euangelium dicit ad faldiſtorium ſuum, vbi exuitur ſacris veſtibus. Ordinati etiam ad Preſbyteratum, dicunt idem euangelium, & in locis conuenientibus, ſacras veſtes deponunt: & cum eis alij ordinati. Si vero Pontifex non ordinauit aliquem ad Preſbyteratum, dicto per eum. Placeat. &c. accepta mitra, dat benedictionem ſolitam, dicens. Sit nomen do. &c. Tum admonet ordinatos, vt ſupra dictum eſt: omittens partem Preſbyteros cōcernentem: tum conuerſus ad altare, dicit. Dominus vobiſcum. et alia vt ſupra.

Miſſa

Miſſa Sabbathi quatuor temporum poſt Penthecoſten.

Cum ſacris ordinibus præinſertis.

NOTANDA IN PRINcipio libri impreſſa.

Pontifex volens eccleſiaſticos ordines cōferre, ⁊ pro maiori cōmoditate miſſam plane, ⁊ ſine cantu celebrare, anteq; ad ordinationē procedat: debet omnia prius aduertere, cōſiderare, ac diligenter inſpicere, ⁊ obſeruare, vt ſupra notata ſunt ante miſſam ſabbathi quatuor tēporum de aduentu: ⁊ eo ordine procedere vſq; ad introitum miſſę excluſiue, pręter paramenta, quę debent eſſe rubei coloris.

Ad Miſſam. Introitus.



Charitas dei diffuſa eſt in cordibus veſtris haleluiah, per inhabitantem ſpiritum eius in vobis haleluiah, haleluiah. Ps. Benedic anima mea dominum, ⁊ omnia quę intra me ſunt nomē ſanctum eius. ℣. Gloria patri ⁊ filio.

Et repetit Intro. Charitas dei. ⁊c.

Kyrie eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Kyrie eleiſon.



PRO CLERICIS.

Ponitur faldiſtorium ante mediū altaris: ⁊ ibi Pōtifex accepta mitra ſedet renibus altari verſis: ⁊ Archidiaconus vocat ordinandos, dicēs.

Accedant, qui ordinādi ſunt ad primam tonſuram.

Et mox notarius ſingulos nominatim legit: ⁊ qlibet nominatus reſpondet. Adſum domine.

Quibus ante altare coram Pontifice in faldiſtorio cum mitra ſedente genuflexis: Legitur mandatum interdicti: vt ſupra. fol. 8.

Reuerendus in Chriſto pater. ⁊c.

Quo

Quo facto ſurgit Pontifex, et ſtās cum mitra, dicit. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terraȝ. ℣. Sit nomē dñi benedictū. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vſqȝ in ſeculum. Oratio.

Oremus dilectiſſimi fratres, dñm noſtrum Jeſum Chriſtum, pro his famulis ſuis, qui ad deponendas comas capitū ſuoꝝ pro eius amore feſtināt: vt donet eis ſpiritum ſanctum, qui habitū religionis in eis perpetuo cōſeruet, et a mundi impedimento ac ſeculari deſiderio, corda eorū defendat: vt ſicut immutant in vultibus, ita dextera manus eius virtutis, eis tribuat incremēta, ⁊ ab omni cęcitate ſpirituali, ⁊ humana oculos eorum aperiat: ⁊ ęterne gratię lumen eis cōcedat, Qui viuit ⁊ regnat cum deo pře in vnitate eiuſdeȝ ſpūs ſancti deus: per omnia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen.

Poſt hęc Pontifex ſedet, ⁊ legit antiphonam ⁊ pſalmum. Aña. Tu es domine qui reſtitues hereditatem meam mihi. Pſalmus.

Conſerua me domine, quoniam ſperaui in te: dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatę ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.

Non congregabo cōuenticula eoruȝ de ſanguinibus, nec memor ero nominuȝ eoꝝ per labia mea.

Et repetit Antiphonā. Tu es domine qui reſtitues hereditatē meam mihi. Deinde Pontifex cuȝ forficibus incidit vnicuiqȝ extremitates capillorum in quatuor locis: videlicet in fronte, in occipitio, et ad vtranqȝ aurem: deinde in medio capitis tres crines capillorum, ſiue cincinnos, ⁊ in bacile deponit, ⁊ quilibet cum tondetur dicit.



CAPILLOS INCIDIT.

Dominus pars hereditatis meę, ⁊ calicis mei: tu es, qui reſtitues hereditatem meā mihi. *Quilibet dicit.*

Omnibus tonſis, mitra depoſita, ſurgit Pontifex, et ſtans verſus ad illos, dicit. Oremus. *Sine mitra.*

Preſta queſumus omnipotens deus: vt hi famuli tui, quoꝝ hodie comas capitum pro amore diuino depoſuim⁹: in tua dilectione perpetuo maneant, et eos ſine macula gratia tua in ſempiternum cuſtodias, Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

Tum Pontifex accepta mitra ſedet, ⁊ dicit añ. ⁊ pſal. adiuuātibus cum Capellanis. Antiphona.

Hi accipient benedictioneȝ a domino, ⁊ miſericordiā a deo ſalutari ſuo: quia hec eſt

eſt generatio querentium dñm. Pſal'ſ.

Domini eſt terra et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuerſi, qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: et ſuper flumina preparauit eum.

Quis aſcendet in montem dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto ei⁹?

Innocens manibus et mundo corde: qui nō accepit in vano animam ſuam: nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionē a domino: et miſericordiam a deo ſalutari ſuo.

Hec eſt generatio querentium eum: querentiū facieꝫ dei Jacob.

Attollite portas principes veſtras: ⁊ eleuamini porte eternales, ⁊ introibit rex glorie.

Quis eſt iſte rex glorie? Dominus fortis et potens: dominus potens in prelio.

Attollite portas principes veſtras: ⁊ eleuamini porte eternales, ⁊ introibit rex glorie.

Quis eſt iſte rex glorie? Dominus virtutum ipſe eſt rex glorie.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpūi ſctō.

Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen. Deide repetit totam añ.

Hi accipient benedictioneꝫ a domino, ⁊ miſericordiam a deo ſalutari ſuo: quia hec eſt generatio querentium dominum.

Pontifex ſine mitra ſurgit, et ad altare cōuerſus, dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Et mox ad tonſos genuflexos verſus Pontifex dicit.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, ⁊ hos famulos tuos: bene✠dicere digneris, quibus in tuo nomine ſancto habitum ſancte religionis imponimus: vt te largiente, et deuoti in eccleſia tua perſiſtere, ⁊ vitaꝫ percipere mereantur eternam. Per Chriſtum dñm nrm. ℟. Amen. Ad tōſos genuflexos.

Tum Pontifex ſedet cum mitra, ⁊ accipiens ſuperpellicium in manu, dicit ſingulis.



SVPERPELLICIVM INDVIT.

Induat te dñs nouū hoiem, qui ſecundū deū creatus eſt in iuſtitia ⁊ ſanctitate veritatis.

Et mox iponit illud ſeriati cuilibet repetēdo. Induat te dñs. ⁊c. immittens vſqꝫ ad ſcapulas: ⁊ immediate trahens, ſi vnum tātum ſit ſuperpellicium: ſicqꝫ facit vſqꝫ ad vltimum, qui eo totaliter induitur. Si vero quiſqꝫ ſuum habet ſuperpellicium, ſinguli totaliter induuntur. Quo expedito ſine mitra ſurgit Pontifex, ⁊ verſus ad illos, dicit. Oremus. Sine mitra.

Omnipotens ſempiterne de⁹ propitiare peccatis noſtris, ⁊ ab omni ſeruitute ſecularis habitus

Digitized by Google

bitus hos famulos tuos emūda: vt dum ignominiam ſecularis habitus deponunt, tua ſemper in euum gratia perfruantur: ⁊ ſicut ſimilitudinem corone tue eos geſtare facimus in capitibus: ſic tua virtute hereditatem tuam ſubſequi mereantur eternam in cordibus, Per dominum nr̄m Jeſum Chriſtū filium tuum: qui tecū viuit ⁊ regnat i vnitate ſpūs ſci de⁹: per oia ſcl'a ſeculorum. ℟. Amē.

Deinde ſedens cum mitra, admoner eos ſub his verbis, dicens.

Cū mitra

Filij chariſſimi animaduertere debetis, quod hodie de foro eccleſie facti eſtis: et priuilegia clericalia ſortiti eſtis: cauete igitur ne propter culpas veſtras illa pdatis: ⁊ habitu honeſto boniſq; moribus et operibus Deo placere ſtudeatis. Quod ipſe vobis agere concedat per ſpiritum ſanctum ſuum. Amen.

Redeunt ad loca ſua.

Tum ſuggerente Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

¶ Poſt hec ſurgit Pontifex, et depoſita mitra verſus ad altare, in cornu epiſtole dicit abſolute.

Oremus. Oratio.

Sine mitra.

Mentibus noſtris queſum⁹ dn̄e ſpiritum ſanctum benignus infunde: cuius ⁊ ſapientia conditi ſumus, ⁊ prouidentia gubernamur. Per dominū noſtrū Jeſum chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus: Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Prophetia pma. Lcō Johel. c. 2.

Hec dicit dn̄s. Effundam de ſpiritu meo ſuper oēm carnem, ⁊ prophetabunt filij veſtri, ⁊ filie veſtre. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt, ⁊ iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed ⁊ ſuper ſeruos meos, ⁊ ancillas meas in diebus illis effundā de ſpiritu meo, ⁊ prophetabūt: ⁊ dabo prodigia in celo ſurſū: ⁊ ſigna i terra deorſum: ſanguinem, ⁊ ignem, ⁊ vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, ⁊ luna in ſanguinem, antequam veniat dies domini magnus, et horribilis. Et erit, omnis quicunq; inuocauerit nomen domini, ſaluus erit.

PRO OSTIARIIS.

Parentur claues Eccleſie.

Pontifex accepta mitra accedit ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: ⁊ ibi ſedet renibus altari verſis. Et Archidiaconus vocat ordinandos, dicens.

Accedant, qui ordinādi ſunt ad officium Oſtiariorum. Vocitur.

Et mox notarius ſingulos nominatim legit, et quilibet reſpōdet. Adſum dn̄e. Omnibus in ſuperpellicijs cum candelis in manib⁹, coram Pontifice genuflexis: legitur mandatū interdicti, vt̄s. fo. 8.

Reuerendus in Chro pater, ⁊c.


Deinde Pontifex inſtruit, ⁊ admonet illos, dicens.

ADMONITIO.

Suſcepturi filij chariſſimi officium oſtiarior̄ videte, que in do-

Oſtiarij officium. i domo dei agere debeatis. Oſtiarium oportet percutere cymbalũ ⁊ cãpanam, aperire eccleſiam, ⁊ ſacrarium: ⁊ librum aperire ei, q̃ prędicat. Prouidete igitur ne per negligentiam veſtram: illarũ rerũ, quę intra eccleſiam ſunt aliquid depereat: certiſq; horis domum dei aperiatis fidelibus, ⁊ ſemper claudatis infidelibus. Studete etiam vt ſicut materialibus clauibus eccleſiam viſibilem aperitis ⁊ clauditis: ſic ⁊ inuiſibilẽ domum dei: corda ſcilicet fidelium, dictis ⁊ exemplis veſtris claudatis diabolo, ⁊ aperiatis Deo: vt diuina verba, quę audierint corde retineant, ⁊ opere compleant. Quod in vobis dominus perficiat per miſericordiam ſuam.

Deinde Pontifex claues eccleſię de manibus miniſtri recipiens, illas manu dextera tenens, et illis oſtendens, dicit.



CLAVES CONSIGNAT.

Ordinandus tãgit claues. Et in hoc actu imprimitur character. Sic agite quaſi reddituri deo rationem pro his rebus, quę his clauibus recluduntur.

Et mox cuilibet eorum ad ſe accedenti, ⁊ manu dextera tangenti tradit ſeriatim claues ipſas. Poſt hec Archidiaconus ducit eos ad oſtium eccleſię, ⁊ facit illos claudere ⁊ aperire. Tradit etiam eis funes campanarum faciens eos campanas pulſare. Deinde illos reducit ad Pontificem, quibus coram Pontifice genuflexis: ſtãs cum mitra Pontifex verſus ad ipſos ordinatos, dicit.

Cũ mitra DEum patrem oĩpotentem fratres chariſſimi ſuppliciter deprecemur, vt hos famulos ſuos: bene ✠ dicere dignetur, quos in officio oſtiariorum eligere dignatus eſt: vt ſit eis fideliſſima cura in domo dei diebus, ac noctibus, ad diſtinctionem certarum horarum, ad inuocandum nomen domini Ieſu Chriſti, adiuuante eodem dño noſtro Ieſu Chriſto: qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit et regnat Deus: per omnia ſecula ſeculorum.

Tum mitra depoſita ſtans Pontifex: ⁊ conuerſus ad altare, dicit.

Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Et ſtatim reuerſus ad illos genuflexos ſtãs ſine mitra, dicit.

Sine mitra. DOmine ſancte, pater oĩps, ęterne deus: bñ ✠ dicere dignare hos famulos tuos in officium oſtiariorum: vt inter ianitores eccleſię tuę, tuo pareant obſequio, ⁊ inter electos tuos, partem tuę mereantur habere mercedis. Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ: qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. R. Amen.

Poſt

Redeunt ad loca ſua. Poſt hęc ordinati ſuggerēte Archidiacono redeunt ad loca ſua.

¶ Pontifex ad altare cōuerſus, in cornu epiſtole, dicit.

Alleluia. ℣. Spūs eſt qui viuificat: caro aūt non prodeſt qcq̄. Oremus. Oratio.

Illo nos igne q̄s dn̄e ſpūs ſanctus inflāmet, quem dn̄s noſter Jeſus chr̄s miſit in terrā, et voluit vehemēter accendi: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℞. Amen.

Prophetia ſecunda.

Lectio libri Leuitici. ca. 23.

In diebus illis. Locutus eſt dn̄s ad Moyſen dicens. Loquere filijs iſrael et dices ad eos. Cū ingreſſi fueritis terrā, quam ego dabo vobis, et meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarū: primitias meſſis veſtrę ad ſacerdotē. Qui eleuabit faſciculum corā dn̄o, vt acceptabilis ſit pro vobis, altera die ſabbathi et ſanctificabit illū. Numerabitis ergo ab altero die ſabbathi, ī quo obtuliſtis manipulos primitiarum: ſeptem hebdomadas plenas, vſq ad alterā diem expletionis hebdomadę ſeptimę. Et ſic offeretis ſacrificium nouum dn̄o ex omnibus habitaculis veſtris. Panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilę, quos eleuabit ſacerdos coram domino. Cūq eleuauerit eos ſacerdos cum panibus primitiarum coram domino, cedent in vſum eius, et vocabitis hunc diem celeberrimum atque ſanctiſſimum. Omne opus ſeruile nō facietis in eo, legitimum ſempiternum erit in cunctis habitaculis et generationibus veſtris. Dicit dominus omnipotens.

PRO LECTORIBVS,

Paretur liber lectionum.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum, et ibi ſedet cum mitra: et lectores vocantur per Archidiaconum hoc modo.

Accedant qui ordināndi ſunt ad officium Lectorum. Vocitur.

Et mox nominātur per notariū, vt ſupra dictum eſt. Quib⁹ coram Pontifice cum candelis in manibus genuflexis: legitur mandatum interdicti: vt ſupra. folio. 8.

Reuerendus in Chriſto pr. etc.

Deinde Pontifex admonet, et inſtruit eos, dicens.

ADMONITIO AD LECTORES.

Electi fratres chariſſimi, vt ſitis lectores in domo Dei nr̄i, officium veſtrum agnoſcite, et implete. Potēs eſt enim deus, vt augeat vobis grām perfectionis eternę. Lectorē ſiquidem oportet legere ea, quę p̄dicat, et lectiones cantare, et benedicere panē, et oēs fructus nouos. Studete igr̄ verba dei videlicet lectiones ſacras, diſtincte et aperte ad itelligentiā, et ędificationem fidelium, abſque omni mendacio falſitatis proferre: ne veritas diuinarum lectionum, incuria veſtra ad inſtructionem audientium, corrumpatur. Lectoris officium.

Quod autem ore legitis, corde credatis, atque opere compleatis: quatenus auditores veſtros, verbo pariter, et exemplo veſtro docere poſſitis. Ideoqȝ dum legitis, in alto loco eccleſię ſtetis: vt ab omnibus videamini, et audiamini: figurãtes poſitione corporali, vos in alto virtutum gradu, debere conuerſari: quatenus cunctis a quibus audimini et videmini, cęleſtis vitę formam prębeatis, quod in vobis Dñs impleat per gratiam ſuam.

Porrigit lectionarium, Deinde Pontifex accipiens et tenens in manibus, et eis oſtendens codicem, ſiue lectionarium, de quo lecturi ſunt, dicit.



LIBRVM TRADIT.

Accipite ⁊ eſtote verbi dei relatores, habituri ſi fideliter, ⁊ vtiliter impleueritis officiũ veſtrũ, partẽ cum his, q verbum dei bene miniſtrauerunt ab initio.

Et mox ſucceſſiue cuilibet ad eum accedenti, ⁊ manu dextra tãgenti tradit librum ipſum tãgendum. Quibus expeditis, Pontifex ſtans cum mitra verſus ad eos genuflexos, dicit.

Oremus dilectiſſimi, Deum patrem oĩpotentem: vt ſuper hos famulos ſuos, quos in ordine lectorum dignatur aſſumere, bene✠dictionẽ ſuam clemẽter infundat: quatenus diſtincte legant, quę in eccleſia Dei legenda ſunt, ⁊ eadem operibus impleãt, Per dñm noſtrum Jeſum Chriſtum filium ſuum: qui cum eo viuit ⁊ regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti deus, Per omnia ſecula ſcłoꝝ.

Tum Pontifex mitra depoſita ſtans conuerſus ad altare, dicit.

Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Deinde conuerſus ad ordinatos genuflexos, dicit ſine mitra.

Domine ſancte, pater oĩpotens, ęterne Deus, bene✠dicere dignare hos famulos tuos in officio lectorum: vt aſſiduitate lectionum inſtructi ſint, atqȝ ordinati, ⁊ agenda dicant, ⁊ dicta opere compleant: vt in vtroqȝ, ſanctę eccleſię, exemplo ſanctitatis ſuę conſulant, Per dñm nſm Jeſum Chriſtũ filium tuũ: qui tecum viuit ⁊ regnat ĩ vnitate ſpũs ſcĩ de⁹, Per oĩa ſcła ſcłorum. ℟. Amen.

Poſt hęc ordinati ſuggerẽte Archidiacono redeunt ad loca ſua: Pontifex ad altare conuerſus in cornu epiſtolę, dicit.

Haleluiah. ℣. Spiritus eius ornauit cęlos. Oremus. Oratio.

Deus qui ad animarum medelam: ieiunii deuotione caſtigari corpora pręcepiſti: cõcede nobis propitius: ⁊ mẽte ⁊ corpore

ſemper

Digitized by Google

ſemper tibi eſſe deuotos. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſancti deus: per oia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen.

Prophetia tertia.

Lectio libri Deuteronomij. c. 26.

In diebus illis: dixit Moyſes filijs Iſrael. Audi iſrael, quę ego pręcipio tibi hodie. Cū intraueris terram, quam dominus deus tuus daturus eſt tibi poſſidendam, ⁊ obtinueris eam, atq; habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias, et pones in cartallo, pergeſq; ad locum quem dominus deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius. Accedeſq; ad ſacerdotem, q fuerit in diebus illis, ⁊ dices ad illum. Profiteor hodie coram dño deo tuo; qui exaudiuit nos, ⁊ reſpexit humilitatem noſtrā ⁊ laborem atq; anguſtias, ⁊ eduxit nos de egypto i manu forti, ⁊ brachio extento, ingentiq; pauore et in ſignis atq; portentis, ⁊ introduxit ad locum iſtum, ⁊ tradidit nobis terraʒ lacte ⁊ melle manantē. Et idcirco nūc offero primitias frugum terrę, quam dñs deus dedit mihi. Et dimittes eas in ꝯſpectu dñi dei tui, ⁊ adorato dño deo tuo epulaberis in oibus bonis, quę dominus deus tuus dederit tibi.

PRO EXORCISTIS.

Paretur liber exorciſmoruʒ, ſiue liber Pontificalis vel Miſſalis.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante mediū altaris poſitū: ⁊ ibi ſedet cū mitra, ⁊ exorciſtę vocātur per Archidiaconū.

Accedant qui ordinādi ſunt ad officium Exorciſtarum. Vocātur.

Et ipſi ſigillatim noiant p notariū, vt prius dictū eſt. Quib⁹ corā Pōtifice cū cādelis in manib⁹ genuflexis: legit mandatū interdictū: vtſ. f. 8. Reuerēd⁹ in chřo. ⁊c.

Quo facto, Pontifex admonet et inſtruit eos, dicens.

ADMONITIO AD EXORCISTAS.

Ordinādi frēs in officiū exorciſtaꝝ debetis noſcere qd ſuſcipitis. Exorciſtā eteniʒ oportet abijcere demones, ⁊ dicere populo, vt q non cōicat det locū, ⁊ aquā in miniſterio fundere. (Exorciſtę officium.) Accipitis itaq; poteſtatē imponendi manū ſup energumenos, ⁊ p impoſitionē veſtrę manus grā ſpūs ſancti, ⁊ vbis exorciſmi, pellunt ſpūs immundi a corporib⁹ obſeſſis. Studete igitur, vt ſicut a corporibus alioruʒ demones expellitis: ita a mentib⁹ ⁊ corporib⁹ veſtris, oēm imunditiam ⁊ nequitiā eijciatis, ne illis ſuccūbatis, quos ab alijs veſtro miniſterio effugatis. Diſcite p officiuʒ veſtrū vitijs iperare, ne in moribus veſtris aliqd ſui inimicus valeat vēdicare. Tūc etenim recte in alijs demonibus imperabitis: cum prius in vobis eoꝝ multimodā nequitiā ſuperatis. Quod vobis dñs agere concedat: p ſpiritum ſuum ſanctum.

Poſt hęc Pontifex accipiens, ⁊ tenēs in manibus librum, in quo exor- (Pręſētat librum.)

Digitized by Google

exoꝛciſmi ſcripti ſunt, vel Pontificalem, ſeu Miſſalem: ⁊ eis illum oſtendens, dicit.



EXORCISMALE TRADIT.

Et hoc actu imprimit character huius oꝛdinis.

ACcipite ⁊ cōmēdate memorie, ⁊ habete poteſtatē imponēdi manꝰ ſup energumenos ſiue baptizatos, ſiue cathecumenos. Et mox cuilibet appꝛopinquāti ſibi ⁊ manu dextera tāgēti tradit ſucceſſiue libꝛum ipſum. Poſtea vero oībus deuote genuflexis, Pontifex cum mitra ſtans, dicit.

DEum patrem omnipotentem fratres chariſſimi ſupplices depꝛecemur: vt hos famulos ſuos: bene ✠ dicere dignetur in officium Exoꝛciſtarum, vt ſint ſpirituales Imperatoꝛes ad abijciendos demones de coꝛpoꝛibus obſeſſis cum omni nequitia eoꝝ multifoꝛmi. Per vnigenituz filium ſuum dn̄m noſtruz Jeſum chꝛiſtū: qui ſecum viuit ⁊ regnat deus in vnitate ſpūs ſancti: Per oia ſecula ſeculoꝝ. Tum conuerſus ad altare depoſita mitra, dicit. Oꝛemus. Flectamꝰ genua. ℟. Leuate. Et mox conuerſus ad oꝛdinandos genuflexos, dicit.

Sine mitra.

DOmine ſancte, pater omnipotens, eterne deꝰ, bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos in officium exoꝛciſtarū: vt per impoſitionem manuum ſuaꝝ ⁊ oꝛis officium: poteſtatē ⁊ imperiū habeant ſpūum imundoꝝ nequitiā per verbū Chꝛiſti filij tui dn̄i nr̄i coercendi, atq; ꝓbabiles ſint medici eccleſie tue, gratia curationū virtuteq; celeſti confirmati. Per eundem dn̄m noſtrū Jeſum chꝛiſtū filium tuū: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſancti deus: per oia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen.

Redeunt ad loca ſua.

Poſt hec ſuggerēte Archidiacono oꝛdinati redeunt ad loca ſua. Pontifex ad altare cōuerſus in coꝛnu epl̄e dicit. Halab. ℣. Dum cōplerent dies pētecoſtes: erant omnes pariter dicentes. Oꝛemus. Oꝛatio.

Sine mitra.

PReſta queſumus oīpotens deus: vt ſalutaribꝰ ieiunijs eruditi, ab omnibus etiam vitijs abſtinentes: pꝛopitiationem tuā facilius impetremus. Per dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filiuz tuū: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſancti deus: Per oia ſecula ſeculoꝛum. ℟. Amen.

Pꝛophetia quarta.

Lectio libꝛi Leuitici. capitu. 26.

IN diebus illis. Dixit dominus ad Moyſen. Loquere filijs iſrael, ⁊ dices ad eos. Si in pꝛeceptis meis ambulaueritis, ⁊ mandata mea cuſtodieritis, ⁊ feceritis ea, dabo vobis pluuias tēpoꝛibus ſuis, ⁊ terra gignet germē ſuum, ⁊ pomis arboꝛes replebuntur.

Digitized by Google

buntur. Apprehendet meſſium tritura vindemiam, et vindemia occupabit ſementem. Et comedetis panem veſtrum in ſaturitate, ꝛ abſq; pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris. Dormietis, ꝛ nõ erit qui exterreat. Auferam malas beſtias a vobis, et gladius non tranſibit terminos veſtros. Perſequemini inimicos veſtros, ꝛ corruent coram vobis: perſequẽtur quinq; de veſtris centum alienos, ꝛ centum ex vobis decem millia. Cadent inimici veſtri in conſpectu veſtro, gladio. Reſpiciã vos ꝛ creſcere faciam. Multiplicabimini, ꝛ firmabo pactum meũ vobiſcum. Et comedetis vetuſtiſſima veterũ, ꝛ nouis ſuperuenientibus, vetera proijcietis. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, et non abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo iter vos, et ero veſter Deus: voſque eritis populus meus. Dicit dominus omnipotens.

PRO ACOLYTIS.

Parentur candelabrum cum cereo extincto, ꝛ vrceolus vacuus ſeu ampulla pro vino pro ſacramento.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet cum mitra. Acolyti vero vocantur per Archidiaconum.

Vocatur. Accedant, qui ordinãdi ſunt ad officium Acolytorum.

Et mox nominantur per notarium, vt ſupra, quibus coram Põtifice cũ candelis in manibꝰ genuflexis: legit mãdatũ interdicti: vt s. fo. 8.

Reuerendus in Chriſto p. ꝛc.

Quo facto Põtifex ſedẽs cũ mitra, admonet ꝛ iſtruit eos, dicẽs.

Admonetur. Suſcepturi chariſſimi Acolytorum officium: penſate, qđ ſuſcipitis. Acolytũ etenim oportet ceroferariũ ferre, luminaria eccleſię accendere: vinũ ꝛ aquam ad euchariſtiam, ſeu ad miniſterium ſanguinis Chriſti miniſtrare. Acolyti officium. Studete igit̃ ſuſceptũ officiũ digne implere. Nõ enim deo placere poteritis, ſi lucem deo manibus pręferentes, operibus tenebrarũ inſeruiatis: ꝛ per hoc alijs exempla perfidię prębeatis. Sed ſicut veritas dicit. Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona, et glorificent patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Et ſicut apoſtolus Paulus ait. In medio nationis prauę atque peruerſę poſiti: lucete ſicut luminaria in mũdo, verbum vitę continentes. Sint ergo lumbi veſtri pręcincti, ꝛ lucernę ardẽtes in manibus veſtris: vt filij lucis ſitis, abijciatis opera tenebrarũ, ꝛ induamini arma lucis. Fuiſtis enim aliquando tenebrę: nunc aũt lux in domino: vt filij lucis ambulate. Quę ſit vero iſta lux, quę tantopere eluceat: apoſtolꝰ ipſe demonſtrat ſubdens. Fructꝰ enim lucis eſt, in oĩ bonitate, iuſtitia, ꝛ veritate. Eſtote igitur ſoliciti in oĩ iuſtitia, bonitate, ꝛ veritate: vt et vos ꝛ alios

z alios,et dei eccleſiam illumine-tis. Tunc etenim in dei ſacrificio digne vinum ſuggeretis z aquā: ſi vos ipſi deo ſacrificium per caſtam vitam,z bona opera oblati fueritis. Quod vobis dominus cōcedat per miſericordiam ſuā.

Poſt hec Pontifex accipit,z tradit cuilibet candelabrum cū candela extincta, quod ſinguli ſucceſſiue manu dextera tangant cōmuniter oibus dicente Pontifice.



CANDELABRVM TRADIT.

In hoc actu ipri-mit' chara-cter huius ordinis.

Accipite ceroferarium cum cereo,z ſciatis vos ad accendenda eccleſię luminaria mancipatos,in nomine domini.

Tunc accipit, et tradit eis vrceolum vacuum, quem ſimiliter omnes tangere debent: ſucceſſiue dicens communiter omnibus.

VRCEOLVM TRADIT.

Accipite vrceolū ad ſuggerendum vinum z aquam in eucbariſtiam ſanguinis chriſti:in nomine domini. Poſtea eis genuflexis permanētibus: Pōtifex ſtās cū mitra verſus ad eos,dicit.

Sine mitra.

Deum patrē omnipotentē fratres chariſſimi ſuppliciter deprecemur: vt hos famulos ſuos bene ✠ dicere dignetur in ordine acolytorum: quatenus lumen viſibile manibus preferētes, lumen quoq; ſpirituale moribus prębeant: adiuuante domino noſtro Jeſu Chriſto: qui cum eo et ſpiritu ſancto viuit z regnat deus: per omnia ſecula ſeculorum.

Tum Pontifex ad altare ſe cōuertens: depoſita mitra ſtans, dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Et mox Pontifex conuerſus ad ordinandos genuflexos,dicit.

Sine mitra.

Domine ſancte,pater omnipotens,et eterne deus,qui per Jeſum chriſtum filium tuum dominum noſtrū,z apoſtolos eius in hunc mundum lumen claritatis tuę miſiſti: quiq; vt mortis noſtrę antiquū aboleres chirographū, glorioſiſſime illum crucis vexillo affigi,atq; ſanguinē z aquam ex latere illius ꝓ ſalute generis humani effluere voluiſti: bene ✠ dicere et ſancti ✠ ficare dignare hos famulos tuos in officiū acolytorum: vt ad accendendum lumen eccleſię tuę, et ad ſuggerendum vinum et aquam ad conficiendum ſanguinē Chriſti filii tui, in offerenda euchariſtia ſanctis altaribus tuis fideliter ſubminiſtrent. Accende domine mentes eorum,z corda ad amorē gratię tuę,vt illuminati vultu ſplendoris tui,fideliter tibi in tua ſancta eccleſia deſeruiant. Per eundem Chriſtum dominum noſtrū. ℟. Amē. Alia benedictio. Oremus.

Domi-

Exo.25. 27. Domine ſancte, pater omnipotens, eterne deus, qui ad Moyſen et Aaron locutus es, vt accenderentur lucerne in tabernaculo teſtimonij: bene ✠ dicere, et ſancti ✠ ficare dignare hos famulos tuos, vt ſint acolyti i ecclesia tua, Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amé. Alia benedictio. Oremus.

Omnipotés ſempiterne deus, fons lucis, et origo bonitatis: qui per Jeſum Chriſtum filium tuum lumen verum, mundū illuminaſti, eiuſque paſſionis myſterio redemiſti: bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos, quos in officio acolytorum conſecramus: poſcentes clementiam tuam: vt eorum mentes et lumine ſcientie tue illuſtres, et pietatis tue rore irriges: vt ita acceptum miniſterium te auxiliante peragant, quod ad eternam remunerationé peruenire mereantur, Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Redeunt ad loca ſua. Poſt hec ſuggeréte Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

Pontifex ad altare conuerſus in cornu epiſtole, dicit.

Haleluiah. ℣. Ueni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende. Deinde dicit.

Oremus. Oratio.

Preſta queſumus omnipotens deus, ſic nos ab epulis carnalibus abſtinere: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Prophetia quinta.

Lectio Danielis prophete. ca. 3.

In diebus illis, Angelus domini deſcendit cum Azaria et ſocijs eius in fornacem, et excuſſit flammam ignis de fornace, et fecit medium fornacis quaſi véntum roris flantem. Flamma auté diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem, et incendit, quos reperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis, qui eam incendebant. Illos autem nó tetigit omnino ignis, neque contriſtauit, nec quicquam moleſtie intulit. Tūc hi tres, quaſi ex vno ore laudabant et glorificabant, et benedicebant deum in fornace dicentes.

PRO SVBDIACONIS.

Parentur calix vacuus cum patena ſuperpoſita, vrceoli cum vino et aqua: bacile cum manutergio, et liber epiſtolarum.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante mediū altaris poſitum: et ibi ſedet cum mitra: et Archidiaconus verſus ad ordinandos, dicit.

Accedant, qui ordinādi ſunt Subdiaconi. Uocantur.

Et notarius vnumquemque illorum vocat dicens. Iohánes Philippi ad titulū talis eccleſie. Petrus Michaelis ad titulum patrimonij ſui. Frater Paulus Jacobi profeſſus ordinis. N. ad titulum paupertatis. Et ſic de alijs: et quilibet vocatus dicit. Adſum domine.

Et accedit verſus Epiſcopum. Debet autem quilibet ordinandorum in Subdiaconū indutus eſſe amictu: non tamen ſuper caput, alba ⁊ cingulo, habere manipulum in manu ſiniſtra, tunicellā ſuper brachio ſiniſtro, ⁊ cādelam in manu dextra. Omnibus aūt in Subdiaconos ordinandis, cōpetenti ſpatio coram Pontifice ſtantibus: Pontifex cum mitra ſedens admonet eos, dicens.

Qualiter paratus.

ADMONITIO AD SVBDIACONOS.

FRatres dilectiſſimi, ad ſacrū Subdiaconatus ordinem promouendi: iterum atq; iterum conſiderare debetis attēte, quod onus hodie vltro appetitis. Hactenus enim liberi eſtis, licetque vobis pro arbitrio ad ſecularia vota tranſire: quod ſi hunc ordinem ſuſceperitis, amplius non licebit a propoſito reſilire, ſed deo cui ſeruire regnare eſt, perpetuo famulari, et caſtitatem illo adiuuante ſeruare oportebit, atq; in eccleſię miniſterio ſemp eſſe mancipatos. Proinde dum tempus eſt cogitate: et ſi in ſancto propoſito perſeuerare placet: in nomine domine huc accedite.

Illis tunc accedentibus, ⁊ coram Pontifice genuflexis: legit mandatum interdicti: vt ſupra. fol. 8.

Legitur mādatū.

Reuerendus in Chriſto pr. ⁊c.

Quo facto Archidiaconus vocat cęteros ordinandos, dicens.

ACcedant qui ordinādi ſunt Diaconi, ⁊ Preſbyteri.

Diaconi ⁊ pſbyteri vocātur.

Quibus accedētibus Archidiaconus ordinat eos: vcȝ. Diaconādos paratos amictu, alba, cingulo, ⁊ manipulo, ſtolam in manu ſiniſtra, ⁊ dalmaticā ſuper brachiū ſiniſtrum, ⁊ cādelam in manu dextra tenentes, cōtra cornu epiſtolę altaris faciebus altari verſis. Et Preſbyterandos paratos amictu, alba, cingulo, manipulo, ſtola in modum Diaconi, caſulaȝ ſiue planetam ſuper brachium ſiniſtrum, ⁊ panniculum, ſiue mappulam albam in ſiniſtra, ⁊ candelam in manu dextra tenētes: contra faciem Pōtificis, ac medium altaris: faciebus ſimiliter altari verſis. Quibus ſic ordinatis: Pontifex mitrā in capite tenenſ: accumbit ibidem ſuper faldiſtorium, ⁊ omnes ordinandi in locis ſuis ſuper tapetia proſternuntur ad terram: miniſtri vero, et alij aſtantes genuflectunt. Et Pontifex incipit Litaniam: miniſtris ⁊ Capellanis reſpondentibus.

Diaconi quomodo parati.

Preſbyteri quomodo parati.

Cū mitra genuflexus.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cęlis deus: miſerere nobis.
Fili redemptor mundi deus: miſerere nobis.
Spiritus ſancte deus: miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus deus: miſerere nobis.
Sancta Maria: ora pro nobis.

Sancta

Sancta dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines: orate ꝓ nobis
Omnes ſancti angeli ⁊ archangeli: orate pro nobis.
Sancte Johãnes baptiſta: ora.
Omnes ſancti patriarchę ⁊ prophetę: orate.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Andrea ora.
Sancte Jacobe ora.
Sancte Johannes ora.
Sancte Luca ora.
Sancte Marce ora.
Omnes ſancti apoſtoli et euangeliſtę: orate pro nobis.
Oẽs ſancti diſcipuli dñi: orate.
Oẽs ſancti Innocentes: orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora.
Sancti Fabiane ⁊ Sebaſtiane: orate pro nobis.
Omnes ſancti martyres: orate.
Sancte Sylueſter ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Ambroſi ora.
Sancte Auguſtine ora.
Sancte Hieronyme ora.
Sancte Martine ora.
Sancte Nicolae ora.
Omnes ſancti Pontifices ⁊ confeſſores: orate.
Omnes ſancti Doctores: orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Bernarde ora.
Sancte Antoni ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Franciſce ora.
Omnes ſancti Monachi, ⁊ Eremitę: orate.
Omnes ſancti Sacerdotes et Leuitę: orate.
Sãcta Maria Magdalena ora.
Sancta Agatha ora.
Sancta Lucia ora.
Sancta Cecilia ora.
Sancta Catharina ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Margarita ora.
Omnes ſanctę Virgines ⁊ Viduę: orate.
Oẽs ſancti ⁊ ſanctę dei: orate.
Propitius eſto: parce nobis dñe.
Ab omni malo: libera nos dñe.
Ab ira, ⁊ odio, ⁊ omni mala voluntate: libera.
Ab inſidijs diaboli: libera.
A fulgure ⁊ tempeſtate: libera.
A morte perpetua: libera.
Per myſterium ſanctę incarnationis tuę: libera.
Per aduentum tuum: libera.
Per natiuitatem tuam: libera.
Per baptiſmum ⁊ ſanctum ieiunium tuum: libera.
Per crucem ⁊ paſſionẽ tuã: lib.
Per mortẽ ⁊ ſepulturã tuã: lib.
Per glorioſam reſurrectionem tuam: libera.
Per admirabilem aſcenſionem tuam: libera.
Per aduentum ſpiritus ſancti paracliti: libera.
In die iudicij: libera.

Pecca-

Digitized by Google

Peccatores: Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas: te rog.
Ut nobis indulgeas: te rog.
Ut pacem nobis dones: te rog.
Ut eccleſiam tuam regere, defendere, ⁊ cõſeruare digneris: te.
Ut domnum apoſtolicum, ⁊ omnes eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris: te rogamus.
Ut noſmetipſos i tuo ſancto ſeruitio conſeruare digneris: te.
Ut regibus ⁊ principibus chriſtianis, pacem ⁊ veram concordiam largiri digneris: te rog.
Ut cunctum populum chriſtianum precioſo ſanguine tuo redēptū cõſeruare digneris: te.
Ut mētes noſtras ad celeſtia deſideria erigas: te rog.
Ut animas noſtras ⁊ parentum noſtrorum, ab eterna damnatione eripias: te rog.
Ut omnibus benefactorib⁹ nr̄is ſempiterna bona retribuas: te.
Ut omnibus fidelibus viuis, et defunctis, vitam ⁊ requiē eternā concedere digneris: te ro.
Ut obſequiū ſeruitutis noſtre tibi rationabile facias: te ro.
Surgit Pontifex cum mitra ab accubitu, ⁊ ſe ad ordinandos vertens, ⁊ baculum paſtoralē in ſiniſtra manu tenēs: ordinandis proſtratis manentibus, dicit.
Ut hos electos bene ✠ dicere digneris. Te rogamus audi nos.
Secundo dicit.
Ut hos electos bene ✠ dicere, ⁊ ſanctifi ✠ care digneris. Te rogamus audi nos. Tertio dicit.
Ut hos electos bene ✠ dicere, ſancti ✠ ficare, ⁊ cõſe ✠ crare digneris. Te rogamus audi nos.
Tum iterū ſuper faldiſtoriū accūbit: perficienſq; Litaniā, dicit.
Ut nos exaudire digneris: te.
Fili dei: te rog.
Agnus dei, q tollis peccata mundi: parce nobis domine.
Agnus dei, q tollis peccata mundi: exaudi nos domine.
Agnus dei, q tollis peccata mundi: miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pontifex ab accubitu ſurgens cū mitra ſedet ſuper faldiſtoriū, ibi ante medium altaris: ⁊ Archidiaconus dicit alta voce.
Recedāt in partē, q ordinandi ſunt Diaconi, ⁊ p̄ſbyteri.
Quibus ad aliquem locum idoneum vnde Pōtificem celebrantem videre poſſint trāſeuntib⁹: ad ordinationem Subdiaconorum, qui in Preſbyterio remanſerūt proceditur.

SVBDIACONI VOCANTVR.

Illis nanq; coram Pontifice per ordinem in modū corone genuflexis: Pontifex eos inſtruit, et admonet, dicens.

ADMONITIO.

Adepturi fratres chariſſimi officium Subdiaconatus: ſedulo

Subdiac. officium.

ſedulo attēdite quale miniſteriū vobis tradit. Subdiaconū enim oportet aquā ad miniſteriū altaris preparare. Diacono miniſtrare, pallas altaris ⁊ corpalia abluere: calicē, ⁊ patenam i vſum ſacrificij eidem offerre. Oblationes, q̄ veniunt in altari, panes propoſitionis vocant. De ipſis oblationibus tantum debet poni in altari, quātum poſſit populo ſufficere, ne aliquid putredinis in ſacrario remaneat. Pallę, quę ſunt in ſubſtratorio altaris, in alio vaſe debēt lauari, ⁊ i alio corporales pallę. Ubi autē corporales pallę lotę fuerint: nullum aliud linteamen debet lauari, ipſaq; lotionis aqua in baptiſteriū debet mergi. Studete itaq;, vt iſta viſibilia miniſteria, q̄ diximus: nitide, ⁊ diligētiſſime cōplentes: inuiſibilia horum exēplo perficiatis. Altare quidem ſanctę eccleſię ipſe eſt Chriſtus teſte Johāne, q in Apocalypſi ſua: altare aureū ſe vidiſſe perhibet ſtare ante thronū: in quo, ⁊ p quē oblationes fidelium deo pr̄i conſecrant. Cuius altaris pallę ⁊ corporalia, ſunt mēbra Chriſti, ſcilicet fideles dei, quibus dn̄s quaſi veſtimentis precioſis circundat, vt ait pſalmiſta. Dn̄s regnauit decorē indutus eſt. Beatus quoq; Johānes in Apocalypſi vidit filium hoīs precinctū zona aurea: id eſt ſanctorum caterua. Si itaq; humana fragilitate ɔtingat i aliquo fideles maculari: prębenda eſt a vobis aqua cęleſtis doctrinę, qua purificati ad ornamētum altaris, ⁊ cultum diuini ſacrificij redeant. Eſtote ergo tales, q ſacrificijs diuinis, ⁊ eccleſię dei, hoc eſt corpori Chriſti, digne ſeruire valeatis in vera ⁊ catholica fide fundati: quī, vt ait apoſtolꝰ: Omne quod nō eſt ex fide, peccatum eſt, ſchiſmaticū eſt, ⁊ extra vnitatē eccleſię eſt. Et ideo, ſi vſq; nunc fuiſtis tardi ad eccleſiam: āmodo debetis eſſe aſſidui: ſi vſque nunc ſomnolenti, āmodo vigiles. Si vſq; nunc ebrioſi, āmodo ſobrij: Si vſque nunc inhoneſti, āmodo caſti. Quod ipſe vobis preſtare dignetur: qui viuit ⁊ regnat deus in ſecula ſeculorum.

Deinde Pontifex de manu miniſtri accipit, ⁊ tradit cuilibet ſucceſſiue calicem vacuum cum patena ſuperpoſita. Et Archidiaconus vrceolos cū vino ⁊ aqua, ac bacile cū manutergio, quę omnia ſigillatim ordinandi manibus tangunt: primo calicem, deinde alia: et iterum vt prius genuflectunt. Quo facto Pontifex dicit.



CALICEM ET PATENAM.

Videte cuiuſmodi miniſterium vobis traditur. Ideo

vos

vos admoneo:vt ita vos exhibeatis, quod Deo placere poſſitis.

Poſtea ſurgit Ponti. & verſus ad populum, ſtans cum mitra, dicit.

Cū mitra

OReremus Deum patrem ac dn̄m noſtrum fratres chariſſimi: vt ſuper hos ſeruos ſuos, quos ad Subdiaconatus officiū vocare dignatus eſt, infundat benedictionem ſuam & gratiam, vt in cōſpectu eius fideliter ſeruientes: prędeſtinata ſanctis pręmia conſequantur, adiuuante domino noſtro Ieſu chriſto: qui cū eo & ſpiritu ſctō viuit & regnat deus: per omnia ſecula ſeculorum.

Tū Pontifex depoſita mitra conuerſus ad altare, dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Et mox Pōtifex verſus ad ordinādos genuflexos, dicit ſine mitra.

Sine mitra.

DOmine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus: bene✠dicere dignare hos famulos tuos, quos ad Subdiaconatus officium eligere dignatus es, vt eos in ſacrario tuo ſancto ſtrenuos ſolicitoſq́ cęleſtis militię inſtituas excubitores: ſanctiſq́ altarib⁹ tuis fideliter ſumminiſtrēt, & requieſcat ſuper eos ſpiritus ſapientię, & intellectus: ſpiritus cōſilij & fortitudinis: ſpiritus ſcientię & pietatis: & repleas eos ſpiritu timoris tui, & eos in miniſterio tuo confirmes: vt obedientes facto, atq́ dicto parētes, tuam gratiam cōſequantur, Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum filiuz tuum: qui tecuz viuit & regnat in vnitate eiuſdē ſpūs ſancti deus: per oia ſecula ſeculorum. ℟. Amē.

Tum Pontifex ſedens accepta mitra, amictum qui in collo ordinandorum iacet: imponit ſuper caput ſingulis dicens.

AMICTVM SVPER CAPVT.

ACcipe amictum, per quem deſignatur caſtigatio vocis: In noie pr̄is, & filij, & ſpūs ſancti.

Tum immittit in ſiniſtro brachio manipulum cuilibet dicens.

MANIPVLVM MITTIT.

ACcipe manipulum, per quē deſignantur fructus bonorum operum: In nomine patris, et filij, et ſpiritus ſancti.

Poſt hęc induit quēlibet tunica, & ſi tantum vnica ſit: immittit illā cuilibet ſolum vſq́ ad ſcapulas, ac retrahens eam poſteriori totaliter induit, dicens cuilibet.

TVNICAM INDVIT.

INduat te domin⁹ veſtimento ſalutis, et tunica iuſtitię: In noie pr̄is, & filij, & ſpūs ſancti.

Poſtea accipit & tradit oibus librum epiſtolarū, manu dextera ipſum ſimul tangentibus, dicens.

LIBRVM TRADIT.

ACcipite librum epiſtolarū, & habete poteſtatem legēdi eas in eccleſia ſancta dei, tam pro viuis, quā pro defunctis: In nomine patris, & filij, & ſpirit⁹ ſancti.

Omnibus expeditis ſuggerente Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

Redeunt ad loca ſua.

Tum

Digitized by Google

Sine mitra.

¶ Tum Pontifex depoſita mitra ſurgit, et conuerſus ad altare in cornu epiſtolę, dicit.

Ñ alāh. ℣. Benedictus es dñe de⁹ patrum noſtrorum: ⁊ laudabilis in ſecula. Deīde accedit ad mediū altaris, ⁊ iūctis ante pectus manib⁹, dicit.

Gloria in excelſis Deo. Et in terra pax hominibus bonę voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuam. Domine deus rex cęleſtis, deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite, Jeſu chriſte. Domine deus agnus dei, filius patris. Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Qui tollis peccata mūdi, ſuſcipe deprecationem noſtram. Qui ſedes ad dexterā patris, miſerere nobis. Quoniam tu ſolus ſanctus. Tu ſolus dominus. Tu ſolus altiſſimus, Jeſu chriſte: cum ſancto ſpiritu, in gloria dei patris. Amen.

Deinde oſculatur altare in medio: ⁊ cōuerſus ad populū, dicit.

Pax vobis. ℟. Et cuꝫ ſpū tuo.

Et iteruꝫ verſus ad altare in cornu eplę dicit. Oremus. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas igniū: concede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorū. Exaudi quęſumus domine ſupplicum preces, et deuoto tibi pectore famulantes, perpetua defenſione cuſtodi: vt nullis perſecutionib⁹ impediti, liberā ſeruitutem tuis ſemper exhibeamus officijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuū: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Oremus. Oratio.

Eccleſię tuę quęſum⁹ domine preces placatus admitte, vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Omnipotēs ſempiterne deus, cuius ſpiritu totuꝫ corpus eccleſię ſanctificatur ⁊ regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gratię tuę munere ab omnibus tibi gradib⁹ fideliter ſeruiatur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuum; qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli, ad Romanos. 5.

Fratres: Juſtificati igit̃ ex fide, pacem habeamus ad deum, per Jeſum chriſtum dñm noſtrum. Per quē ⁊ acceſſum habemus per fidem, in gratiā iſtam in qua ſtamus, ⁊ gloriamur in ſpe glorię filiorum dei. Non ſolū aūt, ſed ⁊ gloriamur in tribulationibus: ſciētes, ꝙ tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationē: probatio vero ſpem. Spes autem non cōfundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritū ſanctum qui datus eſt nobis.

Pro

PRO DIACONIS.

Paretur liber euangeliorum.

Pontifex accipit mitram, accedit ad faldiſtorium ante medium altaris, ꝛ ibi ſedet. Promouendi vero ad ordinem Diaconatus, per Archidiaconum vocantur.

Diaconi vocantur.

Accedant, qui ordinādi ſunt ad Diaconatum.

Et mox ſigillatim nominantur per notarium: nulla tamen facta de titulo mentione. Eis igitur amictu, alba, cingulo, et manipulo paratis, ac ſtolam in ſiniſtra, et candelam in dextera manibus, ac dalmaticam ſuper brachium ſiniſtrum tenentibus, et in modū coronę in preſbyterio corā Pontifice diſpoſitis, ꝛ genuflexis: legit mandatum interdicti: vtſ. fol. 8.

Reuerendus in Chꝛiſto pater, ꝛc.

Quo facto, Archidiaconus offerens illos Pontifici, dicit.

Reuerende pater, poſtulat ſancta mater eccleſia catholica: vt hos pręſentes Subdiaconos, ad onus diaconij ordinetis.

Pontifex interrogat dicens.

Scis illos dignos eſſe?

Reſpondet Archidiaconus.

Quantum humana fragilitas noſſe ſinit, ꝛ ſcio ꝛ teſtificor ipſos eſſe dignos ad huius onꝰ officij.

Et Pontifex dicit. Deo gratias.

Et cum mitra ſedens clero annunciat dicens.

Cū mitra

Auxiliante domino deo ſaluatore noſtro Jeſu chriſto, eligimus hos pręſentes Subdiaconos, ad ordinem Diaconij. Si quis habet aliquid contra illos, pro deo, ꝛ propter deum cum fiducia exeat, ꝛ dicat. Ueruntamen memoꝛ ſit conditionis ſuę.

Et facta aliquali mora, conuertens ſermonem ſuū ad ordinandos Pontifex inſtruit, et admonet eos, dicens.

Prouehendi dilectiſſimi filij ad Leuiticum ordinem, cogitate magnopere, ad quantum gradum eccleſię aſcenditis. Diaconum enim oportet miniſtrare ad altare, baptizare, et pręedicare. Sane i veteri lege ex duodecim vna tribus Leui electa eſt, quę ſpeciali deuotione tabernaculo Dei, eiuſqꝫ ſacrificijs ritu perpetuo deſeruiret. Tantaque dignitas ipſi conceſſa eſt, quod nullus niſi ex eius ſtirpe ad diuinum illum cultum atque officium miniſtraturꝰ aſſurgeret: adeo vt grandi quodam priuilegio hereditatis, ex tribu domini eſſe meręret et dici. Quorum hodie chariſſimi filij, et nomen, et officium tenetis, qui in miniſterium tabernaculi teſtimonij, ideſt Eccleſię Dei, eligimini in Leuitico officio, quę ſemper in procinctu poſita: inceſſabili pugna contra inimicos dimicat. Unde ait apoſtolus. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem ꝛ ſanguinem, ſed aduerſus principes, et poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum: contra ſpiritualia nequitię tela in cęleſtibus.

Diaconi officium.

Quam

Digitized by Google

Quiam eccleſiam Dei veluti tabernaculum portare, et munire debetis ornatu ſancto, prędicatu diuino, exemplo perfecto. Leui quippe interpretatur additus, ſiue aſſumptus. Et vos filij, qui ab hęreditate paterna nomen accipitis: eſtote aſſumpti a carnalib⁹ deſiderijs: a terrenis cōcupiſcentijs, quę militant aduerſus animam. Eſtote nitidi, mundi, puri, caſti, ſicut decet miniſtros Chriſti, et diſpenſatores myſteriorum Dei, vt digne addamini ad numerum eccleſiaſtici gradus, vt hęreditas, ⁊ tribus amabilis domini eſſe mereamini. Et quia comminiſtri, ⁊ cooperatores eſtis corporis ⁊ ſanguinis domini: eſtote ab omni illecebra carnis alieni, ſicut ait ſcriptura. Mūdamini, qui fertis vaſa domini. Cogitate beatū Stephanum merito pręcipue caſtitatis, ab apoſtolis ad officium iſtud electum. Curate, vt quibus euangelium ore annunciatis, viuis operibus exponatis, vt de vobis dicatur. Beati pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, habete pedes veſtros calciatos, ſanctorum exemplis in preparatione euangelij pacis. Quod vobis dominus concedat per gratiam ſuam.

Litanię leguntur. ¶ Nota q̄ hic leguntur Litanię ſuper diaconandos, ſi non ſint factę ordinationes Subdiaconorum: quas require ſupra in ordinatione Subdiaconorum. folio. 116. et eundem modum ſeruabis. Deinde Pontifex ſedens cum mitra, intelligibili voce alloquitur populum dicens ordinandis genufleris manentibus.

Cū mitra. Commune votum cōmunis oratio proſequatur: vt hi, q̄ totius eccleſię prece ad diaconatus miniſterium pręparātur, Leuiticę benedictionis ordine clareſcant, et ſpirituali conuerſatione prefulgentes, gratia ſanctificationis eluceſcant: pręſtante domino noſtro Jeſu Chriſto: qui cum patre et ſpiritu ſctō viuit et regnat Deus in ſecula ſeculorum.

Deīde ſurgēs cū mitra Pōtifex, ſtās verſus ad ordinandos, dicit.

Cū mitra. Oremus dilectiſſimi Deum patrem omnipotentem: vt ſuper hos famulos ſuos, quos ad ſacrum ordinem Diaconatus aſſumere dignatus eſt: benedictionis ſuę gratiam clementer infundat, eiſque conſecrationis indultę propitius dona conſeruet, ⁊ preces noſtras clementer exaudiat, vt quę noſtro gerenda ſunt miniſterio, ſuo benigno ꝓſequatur auxilio, et quos ſacris miniſterijs exequendis, pro noſtra intelligentia credimus offerendos, ſibi faciat eſſe gratos, ⁊ ſua benedictione ſanctificet, ⁊ confirmet: vt prędeſtinata ſanctis pręmia cōſequantur, Per vnigenitum filium ſuum dominū noſtrum Jeſum Chriſtum: qui cum eo ⁊ ſpiritu ſancto viuit et regnat Deus,

Deinde depoſita mitra extenſis manibus ante pectus, dicit.

Per

Digitized by Google

Per omnia ſecula ſeculoꝛuꝫ. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum coꝛda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro. ℟. Dignum et iuſtum eſt.

Vere dignū ⁊ iuſtum eſt: equum et ſalutare. Nos tibi ſemper et vbiqꝫ gratias agere, domine ſancte, pater omnipotēs, eterne deꝰ. Honoꝛum datoꝛ, oꝛdinumqꝫ diſtributoꝛ, atqꝫ officioꝛum diſpoſitoꝛ, qui in te manēs innouas omnia, ⁊ cuncta diſponis, per verbū, virtutem, ſapientiamqꝫ tuam Jeſum Chꝛiſtum filium tuum dominum noſtrum, ſempiterna pꝛouidentia pꝛeparans: ⁊ ſingulis quibuſqꝫ tempoꝛibus, aptanda diſpenſas. Cuius coꝛpus eccleſiam videlicet tuam, celeſtium gratiarum varietate diſtinctaꝫ, ſuoꝛūqꝫ connexam diſtinctione membꝛoꝛum, per legem mirabileꝫ totius compaginis vnitam: in augmentuꝫ templi tui creſcere dilatariqꝫ largiris, ſacri muneris ſeruitutē, trinis gradibus miniſtroꝛum nomini tuo militare conſtituens, electis ab initio Leui filijs, qui i myſticis operationibus domus tue fidelibus excubijs permanētes, hereditatem benedictionis eterne, ſoꝛte perpetua poſſiderēt. Super hos quoqꝫ famulos tuos, que ſumus domine placatus intēde, quos tuis ſacris altaribus ſeruituros in officium Diaconatꝰ ſuppliciter dedicamus. Et nos quidē tanqꝫ homines diuini ſenſus, ⁊ ſumme rationis ignari: hoꝛum vitam quantum poſſumus extimamus. Te autem domine, que nobis ſunt ignota non tranſeūt, te occulta non fallunt. Tu cognitoꝛ ſecretoꝛum, ⁊ ſcrutatoꝛ es coꝛdium. Tu hoꝛ vitam celeſti poteris examinare iudicio, quo ſemꝑ pꝛeuales, ⁊ admiſſa purgare: ⁊ ea, que ſunt agenda concedere.

Hic ſolus Pontifex manum dexteram extendens ponit ſuper caput cuilibet oꝛdinando, ⁊ nullus alius; quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecrantur, dicens ſingulis.

MANVS IMPONIT.

Accipe ſpūm ſanctum, ad robur, ⁊ ad reſiſtendū diabolo ⁊ tētationibus eius: In noīe dñi.

Poſtea pꝛoſequitur extenſam tenens manum dexteram, vſque ad finem Pꝛefationis.

Emitte in eos queſumus domine ſpiritū ſanctum, quo i opus miniſterij tui fideliter exequēdi: ſeptifoꝛmis gratie tue munere roboꝛētur. Abundet in eis totius foꝛma virtutis, authoꝛitas, modeſtia, pudoꝛ conſtans, innocentie puritas, ⁊ ſpiritualis obſeruātia diſciplinę. In moꝛibus eoꝛum pꝛecepta tua fulgeant, ⁊ ſue caſtitatis exemplo imitationem ſancta plebs acquirat: ⁊ bonum cōſcientie teſtimonium pꝛeferentes, in chꝛiſto firmi ⁊ ſtabiles perſeuērent: digniſqꝫ ſucceſſibus de iferioꝛi gradu per gratiam tuam

potioꝛa

Digitized by Google

potiora capere mereantur; Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuũ: qui tecum viuit ⁊ regnat i vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Poſt hec Pontifex ſedens cum mitra cuilibet ordinando ante ſe genuflexo ſtolã quã ſinguli in manu habẽt, imponit ſucceſſiue ſup humerum ſiniſtrũ, dicẽs ſingulis.

STOLAM PONIT.

Accipe ſtolam ✠ candidam de manu Dei, imple miniſterium tuum; potens eſt enim Deus, vt augeat tibi gratiam ſuam: Qui viuit et regnat in ſecula ſeculorum.

Faciens ſuper quemlibet eorum ſignum crucis, et miniſtri reflectent capita ſtole, et alligent ſub brachio dextro.

¶ Poſt hec Pontifex accipiens dalmaticam, induit ea quemlibet ſucceſſiue vſq; ad humeros: eam mox retrahendo vſq; ad vltimũ, quem ea totaliter induit: et hoc ſi vnicuique induta dalmatica. Si vero quilibet ſuam habet: tunc ſingulos ſua totaliter induit, dicens cuilibet.

DALMATICAM INDVIT.

Induat te domin⁹ veſtimento ſalutis, ⁊ circũdet te ſemꝑ indumento letitie. In noĩe dñi.

Poſtremo Pontifex tenens librum euangeliorum, tradit illum communiter omnibus coram ſe genuflexis, ⁊ manu dextra ſimul ipſum tangentibus, dicens.



LIBRVM TRADIT.

Accipite poteſtatem legendi euãgelium in eccleſia dei, tam pro viuis, quam pro defunctis: In nomine domini.

Quo facto, Pontifex deponit mitram, ſurgit, ⁊ ad altare conuerſus, dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Et vertens ſe ad ordinatos, ſtans dicit.

Exaudi domine preces noſtras, ⁊ ſuper hos famulos tuos ſpiritum tue bene ✠ dictionis infunde: vt celeſti munere ditati, ⁊ tue maieſtatis gratiam poſſint acquirere, ⁊ bene viuẽdi alijs exemplum prebere, Per chriſtũ dñm nrm. ℟. Amen. Oremus.

Domine ſctẽ, pater Orõ. ſpei, fidei, gratie, ⁊ ꝓfectuũ remunerator, qui in celeſtibus et terrenis, angelorum miniſterijs vbique diſpoſitis, per omnia elementa, voluntatis tue diffundis effectum: hos quoque famulos tuos ſpiritali dignare illuſtrare effectu; vt tuis obſequiis expediti, ſanctis altaribus tuis miniſtraturi, puri accreſcant, et indulgentia tua puriores; eo gradu, qua apoſtoli tui i ſeptenario nu-

mero, beatum Stephanum du- cem ac prę[c]ipuum ſpiritu ſancto au- thore elegerunt digni exiſtant, ac virtutibus vniuerſis, quibus tibi ſeruire oportet inſtructi, ti- bi complaceant, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſan- cti Deus, Per omnia ſecula ſe- culorum. ℟. Amen.

Tunc ordinati ſuggerente Archi diacono redeunt ad loca ſua.

¶ Pontifex ad altare cõuerſus, in cornu epiſtolę dicit tractū. ℣.

Laudate dominum omnes gentes: et collaudate eum omnes populi. ℣.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos mi- ſericordia eius: & veritas domini manet in ęternū. Deinde dicit ſequentiã.

Sancti ſpiritus adſit nobis gratia, Quę corda noſtra ſibi faciat ha- bitacula, Expulſis inde cunctis vitijs ſpiritalibus. Spiritus alme illuſtrator omnium, Horridas noſtrę mentis pur- ga tenebras. Amator ſancte ſenſatorum ſemper cogitatuum, Infunde vnctio- nem tuam clemens noſtris ſenſibus. Tu purificator omnium flagitiorū ſpi ritus, Purifica noſtri oculum interio- ris hominis, Ut videri ſupremus ge- nitor poſſit a nobis, Mundi cordis quem ſoli cernere poſſunt oculi. Pro- phetas tu inſpiraſti: vt pręconia Chriſti pręcinuiſſent inclyta. Apoſtolos con- fortaſti: vti trophæum Chriſti per totum mundum veherent. Quando machi- nam per verbum ſuum fecit Deus cęli, terrę, marium. Tu ſuper aquas foturus eas, numen tuum expandiſti ſpiritus. Tu animabus viuificandis, aquas fę- cundas. Tu aſpirando, das ſpiritales eſſe homines. Tu diuiſum per linguas mundum et ritus adunaſti domine. Idolatras ad cultum Dei reuocas: ma- giſtrorum optime. Ergo nos ſupplican- tes tibi exaudi propitius ſancte ſpiritus. Sine quo preces omnes caſſę credun- tur: & indignę dei auribus. Tu qui om- nium ſeculorum ſanctos tui numinis do- cuiſti inſtinctu amplectende ſpiritus.

PRO PRESBYTERIS.

Pontifex accipit mitrã, ac- cedit ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: & ibi ſedet, & procedit ad ordina- tionē Presbyterorum. Pro qui- bus ordinandis parentur oleum cathecumenorum. Calix cum vi- no & aqua. Patena, & hoſtia deſu- per poſita. Medulla panis, & ba- cile cum buccali pro manibus ab- luẽdis, quas ſinguli ad ſuas map- pulas extergunt. Deinde Archi- diaconus vocat ordinandos vo- ce intelligibili, dicens.

Accedant qui ordinãdi ſunt ad ordinem presbyteratus. Vocātur;

Et mox nominatim legũtur per notarium, prout ſupra dictū eſt: nulla tamen de titulo facta men- tione. Tũc illi more diaconorum parati amictu, alba, cinctorio, ſto- la, & manipulo, tenentes planetas ſuper brachia complicatas, et in manibus candelas ac mappulas albas pro ligandis manibus, ad ordinatorem accedunt, et coram eo ſe in modũ coronę diſponunt.

Omni



Omnibus ergo ordine diſpoſitis ⁊ genuflexis: legitur mandatum interdicti: vt ſupra. fol. 8.

Legitur mādatū. Reuerendus in Chriſto pater. ⁊c.

Quo lecto, Archidiacon⁹ pręſentat ordinandos Pontifici, dicēs.

Pręsētat Presby. REuerende pater, poſtulat ſancta mater eccleſia catholica, vt hos pręſentes Diaconos, ad onus Presbyterij ordinetis.

Et Pontifex interrogat, dicens.

Scis illos dignos eſſe?

Reſpondet Archidiaconus.

Quantum humana fragilitas noſſe ſinit: ⁊ ſcio, ⁊ teſtificor ipſos dignos eſſe ad huius on⁹ officij.

Pontifex dicit. Deo gratias.

Tum annuntiat clero ⁊ populo, iuxta ſtatutum Carthaginenſis cōcilij: ſedens cū mitra, ⁊ dicens.

Cū mitra. QVoniā dilectiſſimi fratres, rectori nauis, et nauigio deferendis, eādem eſt vel ſecuritatis ratio, vel communis timoris, par eorum debet eſſe ſententia, quorum cauſa communis exiſtit. Neque enim fuit fruſtra a patribus inſtitutum: vt de electione illorum, qui ad regimen altaris adhibendi ſunt, conſulatur ⁊ populus, quia et de vita ⁊ conuerſatione pręſentandi, quod nonnunquam ignoratur a pluribus, ſcitur a paucis: et neceſſe eſt vt facilius ei quis obedientiā exhibeat ordinato, cui aſſenſum prębuerit ordinādo. Horum ſiquidem diaconorum in presbyteros auxiliante domino ordinandorum conuerſatio, quantum mihi videtur probata et Deo placita exiſtit, et digna (vt arbitror) eccleſiaſtici honoris augmento. Sed ne vnū fortaſſe vel paucos aut decipiat aſſenſio, vel fallat affectio: ſententia eſt expetenda multorum. Itaque quid de eorum actibus, aut moribus noueritis, quid de merito ſentiatis, libera voce pandatis: et his teſtimonium ſacerdotij magis pro merito, q̄ affectione aliqua tribuatis. Si quis igitur habet aliquid cōtra illos, pro Deo et propter deum cum fiducia exeat ⁊ dicat. Ueruntamen memor ſit conditionis ſuę.

Poſtea Pontifex facta aliquali mora, conuertens ſermonē ſuum ad ordinandos, inſtruit, ⁊ admonet eos, dicens.

ADMONITIO.

COnſecrandi fratres chariſſimi in Presbyteratus officium: illud digne ſuſcipere, atque ſuſceptum laudabiliter exequi ſtudeatis. Sacerdotem etenim oportet offerre, benedicere, pręeſſe, prędicare, et baptizare. Sacerdo. officium. cum magno quippe timore ad tātum gradum aſcendendum eſt, atque prouidendum: vt celeſti ſapien-

Digitized by Google

tia, probi mores, ⁊ diuturna iuſtitię obſeruatio, ad id electos commendet. Unde dominus precipiens Moyſi, vt ſeptuaginta viros de vniuerſo Iſrael in adiutorium ſuum eligeret, quibus ſpiritus ſancti dona diuideret; ſuggeſſit, quos tu noſti, quod ſenes populi ſunt. Uos ſiquidem, in ſeptuaginta viris ⁊ ſenibus ſignati eſtis: ſi per ſpiritum ſeptiformē decalogum legis cuſtodientes: probi ⁊ maturi in ſcientia ſimiliter, et opere eritis. Sub eodem quoqꝫ myſterio, ⁊ eādem figura, in nouo teſtamento dominus ſeptuagintaduos elegit, atqꝫ binos ante ſe in prędicationem miſit, vt doceret verbo ſimul, ⁊ facto, miniſtros eccleſię ſuę, fide, et opere debere eſſe perfectos, ſeu geminę dilectionis, Dei ſcilicet et proximi virtute fundatos. Tales itaqꝫ eſſe ſtudeatis, vt in adiutorium Moyſi ⁊ duodecim apoſtolorū, epiſcoporum, videlicet catholicorum, qui per Moyſen ⁊ apoſtolos figurantur: digne per gratiā Dei eligi valeatis. Hac certe mira varietate Eccleſia ſancta circundatur, ornatur, ⁊ regitur, cū alij in ea Pontifices, alij minoris ordinis Sacerdotes, Diaconi, et Subdiaconi diuerſorum ordinū viri conſecrantur: ⁊ ex multis, et alternę dignitatis membris, vnū corpus Chriſti efficitur. Itaque dilectiſſimi fratres, quos ad noſtrum adiutorium, fratrum noſtrorum arbitrium cōſecrandos elegit: ſeruate in moribus veſtris caſtę et ſanctę vitę integritatem. Agnoſcite, quod agitis. Imitamini, qꝫ tractatis: quatenus mortis dominicę myſterium celebrantes, mortificare membra veſtra a vitijs ⁊ concupiſcentijs omnibus procuretis. Sit doctrina veſtra ſpiritualis medicina populo dei. Sit odor vitę veſtrę, delectamentum eccleſię chriſti, vt prędicatione atqꝫ exemplo ędificetis domū, ideſt familiam dei: quatenus, nec nos de veſtra prouectione, neqꝫ vos de tanti officij ſuſceptione, damnari a domino, ſed remunerari potius mereamur. Quod ipſe vobis concedat per gratiam ſuam. ℟. Amen.

¶ Nota qꝫ hic leguntur Litanię ſuper presbyterandos ſi non ſint factę ordinationes ſubdiaconorum vel diaconorum: quas require ſupra in ordinatione Subdiaconi. fol. 116. et eundem modum ſeruabis.



VTRANQVE MANVM SVPER CAPVT.

Poſt hęc ſurgunt omnes et presbyterādis coram Pontifice

tificē binis ⁊ binis ſucceſſiue genuflectentibus: Pontifex ſtans ibidem ante faldiſtorium cum mitra, ⁊ nulla oratione premiſſa, imponit ſimul vtranqꝫ manum ſuper caput cuiuſlibet ordinandi ſucceſſiue nihil dicens. Idem faciūt poſt eum omnes ſacerdotes ibidē preſentes. Quo facto tam Pontifex, quam ſacerdotes tenent manus dexteras extenſas ſuper illos. Et Pontifex ſtans cum mitra, dicit.

Cū mitra

Oremus dilectiſſimi deū patrem omnipotentē, vt ſuper hos famulos ſuos, quos ad preſbyterij munus elegit, cęleſtia dona multiplicet: et quod eius dignatione ſuſcipiunt, ipſius conſequantur auxilio. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℞. Amen.

Pontifex depoſita mitra conuerſus ad altare, dicit. Oremus. Flectamus genua. Et miniſtri. Leuate. Et mox conuerſus ad ordinandos, dicit.

Sine mitra.

Exaudi nos quęſum⁹ domine deus noſter: ⁊ ſuper hos famulos tuos benedictionē ſancti ſpiritus, ⁊ gratię ſacerdotalis infunde virtutem: vt quos tuę pietatis aſpectibus offerim⁹ conſecrandos, perpetua muneris tui largitate proſequaris. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus.

Tum extenſis manibus ante pectus, dicit.

Per omnia ſecula ſeculorū. ℞. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℞. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro. ℞. Dignum et iuſtum eſt.

Vere dignū ⁊ iuſtum eſt: ęquum ⁊ ſalutare. Nos tibi ſemp ⁊ vbiqꝫ gratias agere: dn̄e ſancte, pr̄ omnipotens ęterne deus: honorum dator, ⁊ diſtributor oīum dignitatum: p quem proficiūt vniuerſa; per quē cuncta firmantur, amplificatis ſemper in melius rationabilis naturę incrementis, per ordinē congrua ratione diſpoſitū. Unde et Sacerdotales gradus, atqꝫ officia Leuitar, ſacramentis myſticis iſtituta creuerunt: vt cū Pontifices ſummos regēdis populis prefeciſſes, ad eorū ſocietatis, ⁊ operis adiumentū, ſequentis ordinis viros, ⁊ ſecūdę dignitatis eligeres. Sic ⁊ in erémo per ſeptuaginta virorū prudentum mentes: Moyſi ſpūm propagaſti, quibus ille adiutoribus vſus, in populo innumerabiles multitudines facile gubernaret. Sic ⁊ in Eleazaro, et Ithamar filijs Aaron paternę plenitudinis abundantiā tranſfudiſti: vt ad hoſtias ſalutares, et frequentioris officij ſacramentum, miniſterium ſufficeret ſacerdotum. Hac prouidentia domine apoſtolis filij tui doctores fidei comites addidiſti, quibus illi orbem totum ſecundis predicationibus impleuerūt.

Digitized by Google

Quapropter infirmitati quoq; noſtrę dñe quęſumus hęc adiumenta largire: qui quanto fragiliores ſumus, tanto his pluribus indigemus. Da quęſumus oipotens deus in hos famulos tuos Preſbyterij dignitatem: innoua in viſceribus eoꝝ ſpiritum ſanctitatis, ⁊ acceptum a te deus; ſecūdi meriti munus obtineant: cenſuramq; morum exemplo ſuę conuerſationis inſinuent. Sint prouidi cooperatores ordinis noſtri, eluceat in eis totius forma iuſticię, vt bonam rationem diſpenſationis ſibi creditę redderituri, ęterne beatitudinis pmia conſequantur, Per eundem dñm noſtrum Jeſum chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Pontifex ſedet accepta mitra, et reflectit orarium, ſiue ſtolam ab humero ſiniſtro cuiuſlibet capiens partem quę retro pendet, et imponens ſuper dextrum humerum, aptat eam ante pectus i modum crucis, ſingulis dicens.

STOLAM APTAT.

Accipe iugum domini, Jugum enim eius ſuaue eſt, et onus eius leue.

Poſtea imponit cuilibet ſucceſſiue caſulam vſque ad ſcapulas, quam quilibet teneat ſuper humeros complicatam, a parte anteriori deorſum dependentem, ſingulis dicens.

CASVLAM PONIT.

Accipe veſtem ſacerdotalem, per quam charitas intelligitur: potens eſt enim dominus augere tibi charitatem, et opus perfectum. ℟. Deo gratias.

Surgit Pont. ſine mitra, ⁊ dicit.

Deus ſanctificationum oium author, cuius vera conſecratio: plenaq; bñdictio eſt. Tu dñe ſuper hos famulos tuos, quos Preſbyterij honore dedicamus, munus tuę bene✠dictionis infunde, vt grauitate actuum, ⁊ cenſura viuendi probēt ſe eſſe ſeniores, his inſtituti diſciplinis, quas Tito ⁊ Timotheo Paulus expoſuit: vt i lege tua die ac nocte omniq; tempore meditantes, quod legerint credant, qđ crediderint doceāt, quod docuerint imitent: iuſtitiam, conſtantiam, miſericordiam, fortitudinem, cęteraſq; virtutes in ſe oſtendant: exēplo prębeant, admonitione confirment, ac purum ⁊ imaculatum miniſterij ſui donum cuſtodiant, ⁊ in obſequium plebis tuę panē ⁊ vinum in corpus ⁊ ſanguinem filij tui immaculata benedictione transformet: ⁊ inuiolabili charitate, in virum perfectum, ⁊ in menſurā ętatis plenitudinis Chriſti: in die iuſti, ⁊ ęterni iudicij, conſcientia pura, fide plena, ſpiritu ſancto pleni perſoluāt, Per eundem dñm noſtrum Jeſum chriſtū filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus, per oia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Sine mitra.

Tum

Tum Pontifex ad altare conuerſus, flexis genibus, incipit Hymnum.

VEni creator ſpiritus: mentes tuorum viſita, imple ſuperna gratia, quę tu creaſti pectora.

Surgit Pontifex & ſedet in faldiſtorio cum mitra, & dum proſequitur hymnum, extrahuntur ei anuli, et chirothecę, reponuntur ſibi anuli, & imponitur ei gremiale, ſiue mappula ſuper gremium, & ſinguli ordinandi ſucceſſiue coram eo genuflectunt.

Qui paraclitus diceris: donum dei altiſſimi: fons viu⁹, ignis, charitas, & ſpiritalis vnctio.

Tu ſeptiformis munere: dextrę Dei tu digitus: tu rite promiſſum patris, ſermone ditans guttura.

Accende lumen ſenſibus: infunde amorem cordibus, infirma noſtri corporis: virtute firmans perpeti.

Hoſtem repellas longius: pacemque dones protinus: ductore ſic te pręuio: vitemus omne noxium.

Per te ſciamus da patrem: noſcamus atque filium: te vtriuſqȝ ſpiritum, credamus omni tempore.

Gloria patri domino: natoque qui a mortuis: ſurrexit ac paraclito, in ſeculorum ſecula. Amen.

Hymno finito, Pontifex cum oleo cathecumenorum vngit vnicuique ambas manus ſimul iunctas, in modum crucis, producendo cum pollice ſuo dextro, in dictum oleũ intincto, duas lineas: videlicet a pollice dextrę manus, vſque ad indicem ſiniſtrum, et a pollice ſiniſtro, vſque ad indicem dextrum, vngendo mox totaliter palmas, dicens dum quemlibet vngit.

MANVS VNGIT.

COnſecrare, & ſanctificare digneris domine man⁹ iſtas, per iſtam vnctionem, et noſtram bene ✠ dictionem.

Pontifex producit manu dextra ſignum crucis ſuper man⁹ illius, quem ordinat et proſequitur.

Vt quęcunque benedixerint benedicantur, et quęcunque conſecrauerint conſecrentur, et ſanctificētur: in nomine domini noſtri Jeſu chriſti. Et quilibet reſpondet. **Amen.** Tunc Pontifex claudit ſeu iungit manus cuilibet ſucceſſiue: quas ſic conſecratas aliquis miniſtrorum Pontificis albo panniculo lineo ſimul: videlicet dextram ſuper ſiniſtram alligat: & mox vnuſquiſque ad ordinem ſuum redit, & ſic clauſas & alligatas manus tenet. Omnium manibus vnctis, & conſecratis: Pontifex manus lauat, & tergit: tum tradit cuilibet ſucceſſiue **calicem** cũ vino & aqua, **& patenam** ſuperpoſitam cum hoſtia, et ipſi illa accipiunt inter indices & medios digitos, ac cuppam calicis & patenam ſimul tangunt, Pontifice, ſingulis dicente.

Claudit manus.

Miniſter ligat.

Lauat manus.



CALICEM CVM VINO.

In hoc actu imprimitur charater huius ordinis.

Accipe poteſtatem offerre ſacrificium deo, miſſaſq; celebrare, tam pro viuis, quam pro defunctis: in nomine domini.

His peractis Pontifex lauat manus cum medulla panis: ſimiliter ⁊ ordinati Sacerdotes lauāt manus ſuas cum medulla panis, et aqua bene mundant, ac extergunt mappulis illis, quibus erāt ligate, et aqua ablutionis huiuſmodi proijcitur in ſacrarium.

Lauat manus.

Sine mitra.

¶ Pontifex manibus lotis deponit mitraȝ, ſurgit, ⁊ amouetur faldiſtorium, et ad altare conuerſus in cornu epiſtole dicit vltimū verſum proſe: ſcilicet. Ipſe hodie apoſtolos chriſti donans munere in ſolito, ⁊ cunctis inaudito ſeculis hunc diem glorioſum feciſti. Amen.

Tum Capellanus aſſiſtens portat librum ad cornu euangelij, et Pontifex ſtans ante medium altaris, iūctis manibꝰ dicit ſecrete.

Munda cor meū ac labia mea omnipotens Deus, qui labia Iſaie prophete calculo mundaſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare mundare: vt ſanctum euāgelium tuum digne valeam nuntiare. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Deinde dicit eodem modo ſtās.

Dominus ſit in corde meo, et in labijs meis, vt digne ⁊ competenter annuntiem euangeliū ſuum.

Et verſus ad cornu euāgelij iunctis manibus dicit intelligibili voce. Dominus vobiſcum: ℟. Et cum ſpiritu tuo. Signat ſe in fronte, ore, et pectore, dicens.

Sequentia ſcti euāg. ſm Lucam. ℟. Gloria tibi domine.

In illo tempore. Surgēs Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, ⁊ rogauerūt illum pro ea. Et ſtās ſuper illam imperauit febri, ⁊ dimiſit illam. Et cōtinuo ſurgens miniſtrabat illis. Cum ſol autem occidiſſet: omnes q habebant infirmos varijs languoribus, ducebāt illos ad Ieſum. At ille ſingulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamantia, ⁊ dicētia: quia tu es filius dei. Et increpās non ſinebat ea loqui: quia ſciebāt ipſum eſſe Chriſtum. Facta autē die egreſſus ibat in deſertum locum, ⁊ turbe requirebant eū. Et venerunt vſq; ad ipſum, ⁊ detinebant illum ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait: quia, ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnū dei: qa ad hoc miſſus ſum, ⁊ erat p̄dicans i ſynagogis galilee.

Pontifex oſculato textu euangelij, iunctis manibus ante pectus

ctus dicit in medio altaris.

Credo in vnum Deum: Patrem omnipotentem, factorem cęli ⁊ terrę: viſibilium oīum, ⁊ inuiſibilium. Et in vnum dominum Jeſum Chriſtum filium dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia ſecula. Deum de deo, lumē de lumine: deum verum de deo vero. Genitum non factum cōſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, ⁊ propter noſtram ſalutem deſcendit de cęlis. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto, ex Maria virgine, ⁊ homo factꝰ eſt. Crucifixus etiam pro nobis, ſub pontio Pilato, paſſus ⁊ ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas. Et aſcēdit in cęlum, ſedet ad dexteram patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos ⁊ mortuos, cuius regni non erit finis. Et in ſpiritū ſanctum dominum, ⁊ viuificantē: qui ex patre filioq; ꝓcedit. Qui cum patre ⁊ filio ſimul adoratur ⁊ conglorificatur: qui locutus eſt per prophetas. Et vnā ſanctam catholicā ⁊ apoſtolicā eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſeculi. Amen.

Pontifex oſculato altari in medio verſus ad populum dicit. ℣.

Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Et iterum verſus ad altare, dicit. Oremus. Offerto.

Domine deus ſalutis meę, in die clamaui ⁊ nocte coram te: intret oratio mea in conſpectu tuo domine, halelujah.

CANDELAS OFFERVNT.

Ponitur faldiſtorium ante medium altaris, ⁊ Pontifex accepta mitra ibi ſedet: ⁊ oēs ordinati accedunt bini ⁊ bini, ⁊ coram eo genuflexi, offerunt illi ſingulos cereos ſiue ſingulas candelas, ⁊ oſculātur eius manum: primo Preſbyteri, tum diaconi, ſucceſſiue alij ſuo ordine. Accepto ſingulorum offertorio, extrahuntur Pontifici anuli, et lauat manus, quibus abſterſis, reaſſumit anulos, ⁊ ſurgit, ac tollitur faldiſtorium et mitra.

¶ Interim Preſbyteri ordinati, retro Pontificem, vel hinc, et inde, vbi magis commodum erit, in terra genuflexi, habeāt libros Miſſales coram ſe, ſuper ſcabellis, ſeu bancis ordinatis, vbi commode dicere poſſint cum Pontifice ſecretas, ⁊ omnia alia de miſſa: prout dicit Pontifex. Qui tamen bene aduertat, ꝙ ſecretas moroſe dicat: et aliquantulum alte: ita, vt ordinati ſacerdotes poſſint ſecum omnia dicere, et pręſertim verba conſecrationis, quę dici debent eodem momento per ordinatos, quo dicuntur p Pontificem. Demum Pontifex verſus ad altare offert patenā cum hoſtia, ⁊ alijs particulis pro numero ordinatorum, dicens.

PATENAM OFFERT.

Suſcipe ſancte, pater omnipotens, eterne Deus, hanc imma-

immaculatam hoſtiam, quaʒ ego indignus famulus tuuſ offero tibi Deo meo viuo et vero: pro innumerabilibus peccatis ꝛ offenſionibus, et negligentiis meis, et pro omnibus circunſtātibus: ſed ꝛ pro omnibus fidelibus chriſtianis, viuis atq; defunctis: vt mihi ꝛ illis proficiat ad ſalutem in vitam eternam. Amen. Quando mittit aquam in calicem, dicit.

Deus, qui humanę ſubſtantię dignitatem mirabiliter condidiſti, ꝛ mirabilius reformaſti: da nobis per huius aquę ꝛ vini myſteriū, eius diuinitatis eſſe conſortes: qui humanitatis noſtrę fieri dignatus eſt particeps Jeſuſ Chriſtus filiuſ tuus dominus noſter: Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpūs ſancti deus, Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amē. Deinde offert calicem, dicens.

Offerimus tibi domine calicem ſalutaris, tuam deprecantes clementiā: vt in conſpectu diuinę maieſtatis tuę, pro noſtra, ꝛ pro totiuſ mundi ſalute, cū odore ſuauitatis aſcendat. Amen.

Deinde dicit orationem.

In ſpiritu humilitatis, et in animo cōtrito ſuſcipiamur a te domine: et ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi domine deus.

Sequitur oratio ſuper hoſtiam, ꝛ calicem cum ſigno crucis.

Veni ſanctificator oīpotens eterne deꝰ: ꝛ bñ ✠ dic hoc ſacrificiū tuo ſctō nomini ꝑparatū.

Pontifex accepta mitra accedit ad cornu epiſtolę: ſtans lauat manus, dicens.

Lauabo inter innocētes manus meas, ꝛ circundabo altare tuum domine. Cū mitra

Ut audiam vocem laudis tuę: ꝛ enarrem vniuerſa mirabilia tua.

Dñe dilexi decorem domus tuę: ꝛ locum habitationis glorię tuę.

Ne perdas cum impijs deus animam meam: ꝛ cum viris ſanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me et miſerere mei.

Pes meuſ ſtetit in directo: in eccleſijs benedicam te domine.

Gloria pñi, ꝛ filio: ꝛ ſpūi ſancto.

Sicut erat in principio, ꝛ nunc, ꝛ ſemper: ꝛ in ſecula ſcłoꝝ. Amen.

Pontifex depoſita mitra inclinat ſe ante medium altaris, ꝛ dicit hanc orationem.

Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationē, quam tibi offerimus, ob memoriam paſſionis, reſurrectionis, ꝛ aſcenſionis Jeſu Chriſti domini noſtri, ꝛ in honore beatę Marię ſemper virginis, et beati Johannis Baptiſtę, et ſanctorum apoſtolorum Petri ꝛ Pauli, ꝛ iſtoꝝ ꝛ omnium ſanctorum, vt illis proficiat ad honorē: nobis autem ad ſalutem, et illi pro nobis intercedere dignētur in cęlis: quorum memoriam facimus Sine mitra inclinatus.

Digitized by Google

mus in terris, Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Erigens ſe deoſculatur altare, ⁊ vertens ſe ad populum, dicit.

Orate fratres, vt meū ac veſtrū ſacrificium acceptabile fiat apud deū patrem oīpotenté.

Circunſtantes reſpondeant.

Suſcipiat dominus ſacrificium de manibus tuis, ad laudem, et gloriam nominis ſui, ad vtilitaté quoque noſtram, totiuſque eccleſię ſuę ſanctę. Amen.

Deinde Pontifex iterum conuerſus ad altare, ⁊ extenſis manibus ante pect⁹, dicit ſecretas. Secre.

Et accepta tibi ſint domine noſtra ieiunia: pręſta nobis quęſumus, huius munere ſacraméti purificatū tibi pect⁹ offerre. Tuis quęſumus domine operare myſteriis: vt hęc munera dignis tibi mentibus offeramus, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecū viuit et regnat in vnitate ſpūs ſancti Deus: Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Secreta.

Protege nos quęſumus domine tuis myſteriis ſeruientes: vt diuinis rebus inhęrétes, ⁊ corpore tibi famulemur ⁊ méte. Da famulis tuis domine indulgentiam peccatorum: conſolationem vitę: gubernationem perpetuam: vt tibi ſeruientes, ad tuam iugiter miſericordiam peruenire mereantur, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuū: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus,


Deinde manibus extenſis intelligibili voce dicit prefationem.

Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro. ℟. Dignum et iuſtum eſt.


Vere dignū ⁊ iuſtum eſt: ęquum ⁊ ſalutare: nos tibi ſemp ⁊ vbiq; gratias agere: Domine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus. Per Chriſtū dominum noſtrū. Qui aſcendens ſuper omnes cęlos, ſedenſq; ad dexteram tuam, promiſſum ſpiritum ſanctum hodierna die ī filios adoptionis effudit. Quapropter profuſis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed ⁊ ſupernę virtutes atq; angelicę poteſtates, hymnum glorię tuę concinunt, ſine fine dicentes.

Sanctus. Sanctus. Sanctus, Dominus deus ſabaoth. Pleni ſunt cęli ⁊ terra gloria tua, Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit ī nomine domini, Hoſanna in excelſis:

Inclinatus



Digitized by Google






Inclinatus Pontifex coram altari iunctis manibus ſequentem dicit canonem.







TE igit̃ clementiſſime pater, per Jeſuz Chriſtum filium tuum dominum noſtrum, ſupplices rogamus ac petimus, Hic oſculatur altare: deinde erectis manibus dicit. vti accepta habeas ꝛ benedicas, Hic ter ſignet, tam ſuper hoſtiã, q̃z ſuper calicem. Hęc ✠ dona, hęc ✠ munera, hęc ✠ ſctã ſacrificia illibata: in primis, quę tibi offerimꝰ pro eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, ꝛ regere digneris: toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo Papa noſtro N. ꝛ me indigno ſeruo tuo et omnibus orthodoxis, atque catholicę ꝛ apoſtolicę fidei cultoribus.




Digitized by Google

Commemoratio pro viuis.

MEmento domine famulorꝝ famularumq; tuarum N. ⁊ omnium circunſtātium, quorum tibi fides cognita eſt ⁊ nota deuotio; pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis: pro ſe, ſuiſq; omnibus, pro redemptione animaruꝫ ſuarū, pro ſpe ſalutis ⁊ incolumitatis ſuę: tibiq; reddūt vota ſua, ęterno deo viuo ⁊ vero. Actio

COmmunicantes ⁊ diem ſacratiſſimum pentecoſtes celebrantes: quo ſpūs ſanctus apoſtolis inumeris linguis apparuit. Sed ⁊ memoriam venerātes: In primis glorioſę ſemperq; virginis Marię, genitricis dei, ⁊ dñi noſtri Jeſu chriſti. Sed ⁊ beatorꝝ apoſtolorꝝ ac martyrum tuorꝝ Petri ⁊ Pauli, Andreę, Jacobi, Johānis, Thomę, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis, ⁊ Thadei, Lini, Cleti, Clemētis, Sixti, Cornelij, Cipriani, Laurentij, Chriſogoni, Johannis, et Pauli, Coſmę ⁊ Damiani: ⁊ omnium ſanctorum tuorum, quoruꝫ meritis precibuſq; concedas: vt in oībus protectionis tuę muniamur auxilio. Per eundē Chriſtū dñm nr̄m. Amen. Infra actionē

HAnc igitur oblationē ſeruitutis nr̄ę, ſed ⁊ cunctę familię tuę, quam tibi offerimus, pro his quoq; quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ ſpū ſctō, tribuēs eis remiſſionē oīum pctōꝝ: q̄s dñe, vt placat⁹ accipias: dieſq; nr̄os i tua pace diſponas, atq; ab ęterna dānatione nos eripi, ⁊ i electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari. p chr̄m dñm nr̄m. Amen. Oro.

QUam oblationem tu Deus in omnibus quęſumus: Hic ſignet ter tam ſup hoſtiā, q̄ ſup calicē dicēs. bene ✠ dictam, aſcri ✠ ptā, ra ✠ tā, rationabilē, acceptabilēq; facere digneris, vt nobis Hic ſup hoſtiam ſemel ſignet, ⁊ ſup calicem ſemel dicens. Cor ✠ pus, ⁊ ſan ✠ guis fiat dilectiſſimi filij tui domini noſtri ieſu Chriſti. Hic accipit hoſtiam in manibus, et eleuatis ſurſum oculis benedicit eam, dicens.

QUi pridie q̄ pateret, accepit paneꝫ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: ⁊ eleuatis oculis in cęlum, ad te Deum patrem ſuum omnipotētem, tibi gratias agēs, bene ✠ dixit, fregit, dedítq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ manducate ex hoc omnes.

Hoc eſt enīꝫ corpus meum.

Hic corp⁹ chr̄i leuat adeo vt poſſit videri a circūſtantib⁹: et depoſita hoſtia, calicem manibus accipiēs, gratias agēs bn̄dicit, dicēs.

SImili modo poſtquam cęnatum eſt, accipiens et hunc pręclarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: Item tibi gratias agēs: bene ✠ dixit, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes.

Hic

Digitized by Google

Hic eſt eniz calix ſanguinis mei: noui et eterni teſtamēti: myſteriuz fidei: qui pro vobis et pro multis effundetur in remiſſionem peccatorū.

Hec quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.

Hic deponit calicē, deinde dicit.

Unde et memores domine nos tui ſerui, ſed ⁊ plebs tua ſancta, Chriſti filij tui domini noſtri, tam beatę paſſionis, nec non et ab inferis reſurrectionis: ſed et in cęlos glorioſę Aſcenſionis, offerimus pręclarę maieſtati tuę de tuis donis ac datis.

Hic ter ſignet ſuper corpus ⁊ ſanguinem, et deinde ſuper corpus ſemel: ⁊ itidem ſuper ſanguinem dicens. Hoſtiam ✠ purā, hoſtiā ✠ ſanctā, hoſtiam ✠ imaculataz, panem ✠ ſanctum vitę ęternę, et calicem ✠ ſalutis perpetuę.

Supra quę propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, et accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, et ſacrificium patriarchę noſtri Abrahę; et quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum ſacrificium immaculatam hoſtiam. Hic inclinet ſe ⁊ dicat.

Supplices te rogamus omnipotens deus, iube hęc perferri per manus ſancti angeli tui, in ſublime altare tuum, in conſpectu diuinę maieſtatis tuę.

Hic erigit ſe, ⁊ oſculato altari, dicit. vt quotquot ex hac altaris participatiōe, ſacroſctūm filij tui. Hic ſuper hoſtiam, et deinde ſuper calicem ſignet, dicens. Cor ✠ pꝰ ⁊ ſan ✠ guinē ſumpſerimꝰ, Hic ſe ipſum ſignet, dicēs. omni bene ✠ dictione cęleſti, et gratia repleamur, Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis.

Memento etiam domine famulorū famularumqꝫ tuarum. N. qui nos pręceſſerūt cum ſigno fidei, ⁊ dormiunt in ſomno pacis: ipſis domine et omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij lucis ⁊ pacis, vt indulgeas deprecamur, Per eundem Chriſtum dn̄m noſtrum. Amen.

Hic percutiat pectus ſuum aliquantulum altius, dicens.

Nobis quoqꝫ peccatoribus famulis tuis, de multitudine miſerationum tuaruz ſperantibus, partem aliquam ⁊ ſocietatem donare digneris, cum tuis ſanctis apoſtolis ⁊ martyribus, cum Johanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anaſtaſia. Et omnibus ſanctis tuis, intra quorum nos conſortium, non eſtimator

tor

Digitized by Google

tor meriti, ſed venię, quęſumus largitor admitte. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Per quem hęc omnia domine ſemper bona creas. Hic ſignet ter tam ſuper hoſtiã quã ſuper calicem, dicens: ſancti ✠ ficas, viui ✠ ficas, bene ✠ dicis, ⁊ pſtas nobis. Hic diſcooperiat calicem, ⁊ accepta hoſtia, ter cum ea ſignet ſuper ſanguinẽ, dicens. Per ip ✠ ſum, ⁊ cũ ip ✠ ſo, ⁊ in ip ✠ ſo. Hic cum ipſa hoſtia bis inter ſe, et calicem ſignet dicens. eſt tibi deo patri omni ✠ potenti, in vnitate ſpiritus ✠ ſancti: omnis honor ⁊ gloria. Hic cum dextera manu hoſtiam tenens: calicem deinde erigat cum vtraque manu, dicens.

Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Hic reponit hoſtiã, ⁊ calicẽ ipſum cooperit, dicẽs.

Oremus. Pręceptis ſalutaribus moniti, et diuina inſtitutione formati, audemus dicere.

Pater noſter, qui es in cęlis: ſanctificetur nomẽ tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat volũtas tua: ſicut in cęlo ⁊ in terra. Panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. Amẽ. Deide dicit.

Libera nos quęſumus domine ab omnibus malis, pręteritis, pręſentibus, ⁊ futuris, et intercedẽte beata ⁊ glorioſa ſemper virgine dei genitrice Maria, ⁊ beatis apoſtolis tuis Petro et Paulo, atq; Andrea, ⁊ omnibus ſanctis: da propitius pacẽ in diebus nſis, vt opẽ miſericordię tuę adiuti, ⁊ a peccato ſimus ſemp liberi, ⁊ ab oi pturbatione ſecuri. Hic accipit patenam dextera manu, ⁊ cũ ea ſe ſignat: ⁊ eandem ſubmittens hoſtię, ponit hoſtiam in patena, ⁊ diſcooperto calice reuerenter, hoſtiam per mediũ ſuper calicem frangit, dicens. Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Et mediam partẽ quam dextera tenet, ponit i patena. Et de illa, quã tenet in ſiniſtra, frãgit particulam, ⁊ medię parti, quę eſt in patenã adiungit, dicens. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Reliquam vero partem dextera ſuper calicẽ tenens Pontifex calice deinde parum eleuato, dicit. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Hic calice depoſito, ter cum particula illa ſignat ſuper calicem tantũ, dicens.

Pax ✠ dñi ſit ✠ ſemper vobiſ ✠ cum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Hic ponat particulam hoſtię in ſanguine, dicens.

Fiat cõmixtio ⁊ conſecratio corporis ⁊ ſanguinis dñi noſtri Jeſu chri, accipiẽtibus nobis in vitã ęternã. Amẽ. Deide dicit.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.

Agnus

Agnus dei, q tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

Hic inclinat ſe ante corpus Domini, dicens.

Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti apoſtolis tuis: pacez meam do vobis, pacem relinquo vobis, ne reſpicias peccata mea, ſed fidem eccleſię tuę: eamqz ſecundum voluntatem tuam pacificare, ⁊ coadunare dignare. Qui viuis ⁊ regnas deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Dat paci. Pontifex oſculatur altare et dat primo ex ſingulis ordinatis cuiuſlibet ordinis ad cuz ſucceſſiue accedenti: ⁊ altare prius ad dextrā Pontificis deoſculāti, pacē dicēs.

Pax tecum. Cui ille reſpondet. Et cum ſpiritu tuo.

Dant ſibi pacem. Et quilibet illorum dat ſequenti ſui ordinis ſecum ordinato: ⁊ ille alteri, et ſic vſque ad vltimum continuat, Si autem ordinatorū paruus ſit numerus, Pōtifex poterit dare pacem ſingulis. Quibus peractis Pontifex iterum inclinatus ante corpus Domini, dicat.

Domine Jeſu Chriſte fili dei viui, qui ex volūtate patris cooperante ſpiritu ſancto: p mortem tuam mundum viuificaſti, libera me per hoc ſacrum corpus ⁊ ſanguinem tuū ab omnib⁹ iniquitatibus meis, ⁊ vniuerſis malis, ⁊ fac me tuis ſemper inhęrere mandatis, ⁊ a te nunqz ſeparari permittas. Qui cum eodem deo patre, ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

Perceptio corporis tui domine Jeſu Chriſte, qd ego indignus ſumere pſumo, non mihi proueniat in iudicium et cōdemnationē, ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamentum mentis ⁊ corporis, et ad medelam percipiendam, Qui viuis ⁊ regnas cū deo patre in vnitate ſpūs ſancti deus, Per oia ſecula ſeculorum.

Hic accipit patenam cum corpore Chriſti, et cum maxima humilitate et reuerentia, dicit.

Panem cęleſtem accipiam, ⁊ nomen domini inuocabo. Hic percutiat pectus ſuum, ter dicens.

Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, et ſanabitur anima mea.

Hic ſumat corpus reuerenter, ſignans ſe illo, dicens.

Corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

Hic poſtea ſi quid remanſerit in patena, cum digito reponit in calicem: et cum reuerentia deinde accipit calicem ipſum, dicens.

Quid retribuaz domino, pro omnibus quę retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, ⁊ nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum, et ab inimicis meis ſaluus ero.

Hic ſumat ſanguinem: ſignans ſe ipſo, dicens.

Sanguis domini noſtri Jeſu chriſti, cuſtodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

Digitized by Google

COMMVNICATVRI ACCEDANT.

Et priuſq̃ digitos abluat, accedunt ad altare omnes ad ſacros ordines promoti. Primo Preſbyteri, deinde Diaconi, tandē Subdiaconi, quibus ordinate diſpoſitis ꝛ genuflexis, Pontifex facta reuerentia ſacramēto ꝛ aliquantulum verſus cornu euangelij, ſe retrahens, ad eos ſe conuertit, et ſinguli ex Diaconis et Subdiaconis, dicunt ſubmiſſa voce.

Confiteor deo omnipotenti. ꝛc.

Et Pontifex ſtās capite detecto, v̄ſus ad eos, dicit itelligibili voce.

Sine mitra.

Miſereatur veſtri omnipotens deus, ꝛ dimiſſis omnibus peccatis veſtris, pducat vos ad vitam eternam. ℟. Amen.

Indulgentiam abſolutionem, ꝛ remiſſionē peccatorum veſtrorum, tribuat vobis omnipotens ꝛ miſericors dominus. ℟. Amē.

Et manu dextra ſignū crucis ſuper eos communiter producit.

¶ Preſbyteri ante communionem non dicunt confeſſionē, neq̃ datur eis abſolutio, quia concelebrāt Pontifici: propterea ſi nō ſunt alij ordinati, cōfeſſio, ꝛ abſolutio predicte omittuntur. Tum accedunt ad ſupremum gradum altaris bini ꝛ bini. Pontifex vero verſus ad altare facit reuerentiam ſacramento, ꝛ ponit plures hoſtias conſecratas ſuper patenam, quam ori cuiuſlibet communicandi ſupponit: ꝛ ſingulos cōmunicat, cuilibet dicens.

Cuilibet dicit.

Corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat te, et perducat in vitam eternam.

Et quilibet reſpondet. **Amen.**

Et priuſquā communionem ſumat, manum Pontificis hoſtiam tenentem oſculatur. Unus miniſtrorum Pontificis ſtat iuxta cornu epiſtole altaris: calicem habens, non illum cum quo Pontifex celebrauit, ſed alium cum vino, ꝛ mappulam mundam in manibus, ad quem ſinguli communicati accedunt, ꝛ ſe purificāt, os extergunt, ꝛ ad partem ſe locant.

Purificāt ſe ois.

Omnibus communicatis Pontifex extergit patenam ſuper calicem ſuum, et ſuper eum digitos abluit: ꝛ ſumit ablutionē, dicens.

Quod ore ſumpſimus domine, pura mente capiamus ꝛ de munere temporali, fiat nobis remedium ſempiternū. Corpus tuū domine, quod ſumpſi, ꝛ ſanguis quem potaui adhereat viſceribus meis ꝛ preſta: vt in me non remaneat ſcelerum macula, quem pura et ſancta refecerunt ſacramenta. Qui viuis ꝛ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per oīa ſcl'a ſeculoꝝ.

Deīde accipit mitrā ꝛ lauat man⁹.

¶ Pōtifex lotis manibus mitra depoſita, ſtans in cornu epiſtole altaris, verſus ad illud, dicit infraſcriptum **Reſponſorium.**

Quod quidē omittitur cum reliquis, que ſequuntur vſq̃ ad cōmunionem excluſiue, ſi non ordinauit aliquē ad pſbyteratum. ℟.

Digitized by Google

Iam non dicā vos ſeruos ſed amicos meos, quia omnia cognouiſtis, q̄ operat⁹ ſum in medio veſtri halah. Accipite ſpiritum ſanctum in vobis paraclitū. Ille eſt quem pater mittet vobis halah. ℣. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis que ego precipio vobis. Accipite ſpiritum ſanctum in vobis paraclitum. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Ille eſt quem pater mittet vobis haleluiah.

Dicto reſponſorio, Pontifex accepta mitra, vertit ſe ad ordinatos ſacerdotes, qui ante altare coram ipſo ſtantes, ſimul profitentur fidem, quam predicaturi ſunt, dicentes.

Credo in Deum patrē omnipotentem, creatorem cęli, ⁊ terrę. Et in Jeſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub pontio Pilato, crucifixus mortuus, ⁊ ſepultus. Deſcēdit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcēdit ad cęlos, ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Jnde venturus eſt iudicare viuos et mortuos. Credo in ſpiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicam. Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Et vitā ęternā. Amē.

Cū mitra ſedet.

Quo finito Pontifex cum mitra ſedens ſupra faldiſtoriū ante mediū altaris: imponit ambas manus ſuper capita ſingulorum, corā eo genuflectentiū, dicēs cuilibet.

MANVS SVPER CAPVT.

Accipe ſpiritum ſanctū, quorum remiſeris peccata remittuntur eis, et quorum retinueris retenta ſunt.

CASVLAM EXPLICAT.

Deinde explicās caſulam quam vnuſquiſque habet ſuper humeros complicatam: induit illa quēlibet ſingulis, dicens.

Stola innocētię induat te dn̄s.

Et mox vnuſquiſq; iterū ad Pontificem accedit, ⁊ genuflexus ponit manus ſuas iunctas, inter manus Pontificis, dicētis cuilibet.

Promittis mihi ⁊ ſucceſſoribus meis reuerentiā ⁊ obedientiam? Et ille reſpondet. Promitto. Si vero Pontifex non eſt ſuus ordinarius vel dioceſanus, dicit ſingulis cū manus eorū inter ſuas tenet, vt prefert.

Promittis Pontifici ordinario tuo pro tempore exiſtenti, reuerentiam et obedientiam? Et ille reſpondet. Promitto.

Tum Pontifex tenens manus illius inter ſuas, oſculatur vnumquēq; dicēs. Par domini ſit ſemper tecum. Et ille rn̄det. Amen. Oſculans dicit.

His expletis, ⁊ omnibus ad ordinem ſuū reuerſis: Pontifex ſedens cū mitra, dicit ad eos ſtātes.

Quia res quam tractaturi eſtis, ſatis periculoſa eſt fratres chariſſimi, moneo vos diligenter: vt honeſte totius miſſę ordinem, ⁊ hoſtię cōſecrationem

Digitized by Google

⁊ fractionem atq; cõmunionem, ab alijs iam doctis ſacerdotibus diſcatis, priuſquam ad celebrandum miſſam accedatis.

Depoſita mitra pſequtur miſſam.

Poſt hec Pontifex depoſita mitra ſurgit, ⁊ amoto faldiſtorio cõuertitur ad altare, ⁊ in cornu epiſtole dicit communionem.

¶ Ordinati Sacerdotes retro Pontificem in locis ſuis genuflexi, perficiunt ſecrete cum Pontifice miſſam. Communio.

Spiritus vbi vult ſpirat, ⁊ vocem eius audis haleluiah haleluiah: ſed neſcis vnde veniat aut quo vadat haleluiah haleluiah haleluiah. Pontifex oſculato altari in medio verſus ad populum dicit. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Et conuerſus ad altare dicit. Oremus.

Poſtcommunio.

Prebeant nobis domine diuinum tua ſancta feruorem, quo eorum pariter ⁊ actu delectemur ⁊ fructu. Quos tuis domine reficis ſacramentis, cõtinuis attolle benignus auxilijs: vt tuę redẽptionis effectum: ⁊ myſterijs capiamus ⁊ moribus, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Oremus.

Quęſumus domine deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ ſinas ſubiacere periculis. Libera quęſum⁹ domine a peccatis ⁊ hoſtib⁹ tibi famulos ſupplicantes: vt in ſancta conuerſatione viuentes, nullis afficiantur aduerſis, Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Et oſculato altari i medio, verſus ad populum dicit. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Deinde dicit. Ite miſſa eſt. ℟. Deo gratias. Et cõuerſus ad altare aliquantulũ inclinat⁹ dicit.

Placeat tibi ſancta Trinitas obſequium ſeruitutis meę, et preſta: vt ſacrificium, quod oculis tuę maieſtatis indignus obtuli, tibi ſit acceptabile, mihiq; ⁊ omnibus pro quibus illud obtuli, ſit te miſerante propitiabile, Per Chriſtum dñm noſtrum. Amen.

Quo dicto Pontifex accepta mitra, et baculo paſtorali, vertit ſe ad ordinatos: et ſtans hortatur eos communiter ſub his verbis, dicens.

Fratres chariſſimi, diligenter cõſiderate ordinem per vos ſuſceptum, ac onus humeris veſtris impoſitum: ſtudete ſancte ⁊ religioſe viuere, omnipotenti deo placere: vt gratiam ſuam poſſitis acquirere, quam ipſe vobis per ſuam miſericordiam concedere dignetur. Singuli ad primam tonſuram, vel ad quatuor minores ordines promoti: dicite ſemel ſeptem pſalmos penitentiales

Cũ mitra.

tiales cum Litaniis, verſiculis, et orationibus. Ad ſubdiaconatū vel diaconatū, nocturnū talis diei. Ad preſbyteratum vero ordinati, poſt primā ſuam miſſam, in tribus immediate tunc ſequentibus diebus, tres alias miſſas: videlicet. Unā de ſpiritu ſancto, Aliam de beata Maria ſemper virgine. Tertiam pro fidelibus defunctis dicite: et omnipotentem Deum etiam pro me orate. Quod illi deuote ſuſcipiunt, et reſpondent ſe facturos. Poſtremo benedicit eis genuflectentibus, verſus ad illos, dicens.

Benedictio dei omnipotentis, pa✠tris, et fi✠lij, et ſpiritus✠ ſancti, deſcendat ſuper vos, vt ſitis benedicti in ordine ſacerdotali, et offeratis placabiles hoſtias pro peccatis atq; offenſionibus populi: omnipotenti deo, cui eſt honor et gloria in ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Tum Pontifex conuertens ſe ad altare, dicit. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Initium ſancti euangelij ſecundum Johannem. In principio erat verbum, et verbum erat. etc. Signat altare et ſe, et reuertitur cum euangelium ipſum dicit, ad faldiſtorium ſuum, vbi exuitur ſacris veſtibus. Ordinati etiam ad Preſbyteratū dicunt idem euangelium, et in locis conuenientibus, ſacras veſtes deponunt, et cū eis alij ordinati. Si vero Pontifex non ordinauit aliquem ad Preſbyteratum, dicto per eum Placeat. etc. accepta mitra dat benedictionem ſolitam, dicens.

Sit nomen domini bñdictū. etc. Tum admonet ordinatos, vt ſupra dictum eſt, omittens partem Preſbyteros cōcernentem: tum conuerſus ad altare, dicit.

Dominus vobiſcum.

Et alia vt ſupra.

Miſſa Sabbathi quatuor temporum Menſis Septembris.

Cum ſacris ordinibus præinſertis.

SVPERIORA IN PRINcipio libri notanda.

Pontifex volens eccleſiaſticos ordines conferre, et pro maiori commoditate miſſam plane, ⁊ ſine cantu celebrare, anteq̃ ad ordinationẽ procedat: debet omnia prius aduertere, cõſiderare, ac diligenter inſpicere, ⁊ obſeruare: vt ſupra notata ſunt ante miſſaꝫ ſabbathi quatuor tempoꝝ de Aduentu: ⁊ eo ordine procedere, vſqꝫ ad introitũ miſſe excluſiue.

Ad Miſſam. Introitus.



Venite adoremus deum et procidamꝰ ante dñm: ploremus ante euꝫ qui fecit nos, qꝛ ipſe eſt dominus deꝰ noſter. Ps. Venite exultemus domino: iubilemus deo ſalutari noſtro. ℣. Gloria patri ⁊ filio. ⁊c. Et repetitur Introitus. Venite adoremus deum. ⁊c. Deinde dicit.

Kyrie eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Kyrie eleiſon.



PRO CLERICIS.

Ponitur faldiſtorium ante mediũ altaris: ⁊ ibi Põtifex accepta mitra ſedet renibus altari verſis. Et Archidiaconus vocat ordinãdos, dicens.

Accedant, qui ordinãdi ſunt ad primam tonſuram. Vocatur.

Et mox notarius ſingulos nominatim legit: ⁊ qlibet nominatus reſpondet. Adſum domine.

Quibus ante altare coram Pontifice in faldiſtorio ſedente cũ mitra genuflexis: Legitur mandatum interdicti: vt ſupra. folio. 8.

Reuerendus in Chriſto pr. ⁊c.

Quo

Digitized by Google

Quo facto ſurgit Pontifex, et ſtās cum mitra, dicit. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Sit nomē dñi benedictū. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vſq; in ſeculum. Oratio.

Oremus dilectiſſimi fratres, dñm noſtrum Jeſum Chriſtum, pro his famulis ſuis, qui ad deponendas comas capitū ſuoꝝ pro eius amore feſtināt: vt donet eis ſpiritum ſanctum, qui habitū religionis in eis perpetuo cōſeruet, et a mundi impedimento ac ſeculari deſiderio, corda eorū defendat: vt ſicut immutant̄ in vultibus, ita dextera manus eius virtutis, eis tribuat incremēta, ⁊ ab omni cęcitate ſpirituali, ⁊ humana oculos eorum aperiat: ⁊ ęternę gratię lumen eis cōcedat, Qui viuit ⁊ regnat cum deo pře in vnitate eiuſdē ſpūs ſancti deus: per omnia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen.

Poſt hęc Pontifex ſedet, ⁊ legit antiphonam ⁊ pſalmum. Aña. Tu es domine qui reſtitues hereditatem meam mihi. Pſalmus.

Legitur alternatim cum aſſiſtente.

Conſerua me domine, quoniam ſperaui in te: dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatę ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.

Non cōgregabo conuenticula eorū de ſanguinibus, nec memor ero nominū eorū per labia mea,

Et repetit Antiphonā. Tu es domine qui reſtitues hereditatē meam mihi.

Deinde Pōtifex cum forficibus incidit vnicuiq; extremitates capillorum in quatuor locis: videlicet in fronte, in occipitio, et ad vtranq; aurem. Deinde in medio capitis tres crines capillorum, ſiue cincinnos, ⁊ in bacile deponit, ⁊ quilibet dum tondetur dicit.



CAPILLOS INCIDIT.

Quilibet dicit.

Dominus pars hereditatis meę, ⁊ calicis mei: tu es, qui reſtitues hereditatem meā mihi.

Sine mitra.

Omnibus tonſis, mitra depoſita, ſurgit Pontifex, et ſtans verſus ad illos, dicit. Oremus.

Preſta quęſumus omnipotens deus: vt hi famuli tui, quoꝝ hodie comas capitum pro amore diuino depoſuimꝰ: in tua dilectione perpetuo maneant, et eos ſine macula gratia tua in ſempiternum cuſtodias, Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

Cū mitra

Tum Pontifex accepta mitra ſedet, ⁊ dicit añ. ⁊ pſal. adiuuātibus eum Capellanis. Antiphona.

Hi accipient benedictionē a domino, ⁊ miſericordiā a deo ſalutari ſuo: quiā hęc eſt

eſt generatio querentium dñm. Pſalm.

Domini eſt terra et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuerſi, qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: et ſuper flumina p ęparauit eum.

Quis aſcendet in montem dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto ei⁹?

Innocens manibus et mundo corde: qui nō accepit in vano animam ſuam: nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionē a domino: et miſericordiam a deo ſalutari ſuo.

Hęc eſt generatio quęrentium eū: quęrētium faciem dei Jacob.

Attollite portas principes veſtras: et eleuamini portę ęternales, ⁊ introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię? dominus fortis et potens: dominus potens in pręlio.

Attollite portas principes veſtras: et eleuamini portę ęternales, ⁊ introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię? dominus virtutum ipſe eſt rex glorię.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ ſemper, et in ſecula ſeculorum. Amē. Deinde repetit totam añ.

Hi accipient benedictionē a domino, ⁊ miſericordiam a deo ſalutari ſuo: quia hęc eſt generatio quęrentium dominum.

Pontifex ſine mitra ſurgit, et ad altare cōuerſus, dicit. Oremus.

Flectamus genua. ℟. Leuate.

Et mox ad tonſos genuflexos verſus Pontifex dicit.

AD TONSOS.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, ⁊ hos famulos tuos: bene✠dicere dignare, quibus in tuo nomine ſancto habitum ſanctę religionis imponimus: vt te largiente, et deuoti in eccleſia tua perſiſtere, ⁊ vitā percipere mereantur ęternam, Per Chriſtum dñm nrm. ℟. Amen.

Tum Pontifex ſedet cum mitra, ⁊ accipiens ſuperpellicium in manu, dicit ſingulis.



SVPERPELLICIVM INDVIT.

Induat te dñs nouū hoīem: qui ſecundū deū creatus eſt in iuſtitia et ſanctitate veritatis.

Et mox īponit illud feriati cuilibet repetēdo. Induat te dñs, ⁊c. immittens vſq; ad ſcapulas: ⁊ immediate trahens, ſi vnum tātum ſit ſuperpellicium: ſicq; facit vſq; ad vltimum, qui eo totaliter induitur. Si vero quiſq; ſuum habet ſuperpellicium, ſinguli totaliter induuntur. Quo expedito ſine mitra ſurgit Pontifex, ⁊ verſus ad illos, dicit. Oremus.

Omni-

Omnipotẽs ſempiterne deus propitiare peccatis noſtris, ⁊ ab omni ſeruitute ſecularis habitus hos famulos tuos emũda: vt dum ignominiam ſecularis habitus deponunt, tua ſemper in euum gratia perfruantur: ⁊ ſicut ſimilitudinem corone tue eos geſtare facimus in capitibus: ſic tua virtute hereditatem tuam ſubſequi mereantur eternam in cordibus, Per dominum nr̃m Jeſum Chriſtũ filium tuum: qui tecũ viuit ⁊ regnat i vnitate ſpũs ſci de⁹: per oia ſcl̃a ſeculorum. ℟. Amẽ.

Cũ mitra. Deinde ſedens cum mitra, admonet eos ſub his verbis, dicens.

Admonẽtur. Filij chariſſimi animaduertere debetis, quod hodie de foro eccleſie facti eſtis: et priuilegia clericalia ſortiti eſtis: cauete igitur ne propter culpas veſtras illa pdatis: ⁊ habitu honeſto boniſq; moribus et operibus Deo placere ſtudeatis. Quod ipſe vobis agere concedat per ſpiritum ſanctum ſuum. Amen.

Tum ſuggerente Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

Sine mitra. ¶ Poſt hec ſurgit Pontifex, et depoſita mitra verſus ad altare in cornu epiſtole, dicit. Oremus. Flectam⁹ ge. ℟. Leuate. Oro.

Omnipotẽs ſempiterne de⁹, qui per continentiam ſalutarem, ⁊ corporibus mederis et mentibus, maieſtatem tuam ſupplices exoramus: vt pia ieiunantiũ deprecatione placatus, ⁊ preſentia nobis ſubſidia tribuas et futura, Per dñm noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuũ: qui tecũ viuit ⁊ regnat i vnitate ſpũs ſci de⁹: p oia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Prophetia prima.

Lectio libri Leuitici. ca.22.

In diebus illis. Locutus eſt dñs ad Moyſen dicens. Decimo die mẽſis hui⁹ ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, ⁊ vocabitur ſanctus. Affligetiſq; animas veſtras in eo, ⁊ offeretis holocauſtum dño. Omne opus non facietis in tẽpore diei huius: qa dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis dñs deus veſter. Omnis anima que afflicta non fuerit die hoc, peribit de populis ſuis. Et que operis quippiam fecerit, delebo eam de populo ſuo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum ſempiternũ erit vobis, in cunctis generationibus ⁊ habitationibus veſtris. Sabbathũ requietionis eſt: affligetiſq; animas veſtras. Die nono menſis huius a veſpera vſq; ad veſperam, celebrabitis ſabbatha veſtra. Dicit dominus omnipotẽs.

PRO OSTIARIIS,
Parentur claues Eccleſie.

Pontifex accepta mitra accedit ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: ⁊ ibi ſedet renibus altari verſis. Et Archidiaconus vocat ordinandos, dicens.

Accedant, qui ordinãdi ſunt ad officium Oſtiariorum. Vocãtur.

Et

Et mox notarius ſingulos nominatim legit, et quilibet reſpōdet. Adſum dn̄e. Omnibus in ſuperpelliciis cum candelis in manib9, coram Pontifice genuflexis: legitur mandatū interdicti: vt s. fo.8. Reuerendus in Chriſto pr. ꝛc. Deinde Pontifex inſtruit, ꝛ admonet illos, dicens.

ADMONITIO.

Suſcepturi filij chariſſimi officium oſtiarioꝝ videte, quę in domo Dei agere debeatis.

Oſtiarioꝝ officium.

Oſtiariū oportet percutere cymbalum et campanam, aperire eccleſiam, ꝛ ſacrarium: ꝛ librū aperire ei qui prędicat. Prouidete igitur ne per negligentiam veſtram: illarum rerum, quę intra eccleſiam ſunt aliquid depereat: ꝛ certiſque horis domum dei aperiatis fidelibus, et ſemper claudatis infidelibus. Studete etiam vt ſicut materialibus clauibus eccleſiam viſibilem aperitis et clauditis: ſic ꝛ inuiſibilem domum dei: corda ſcilicet fidelium, dictis et exemplis veſtris claudatis diabolo, et aperiatis Deo: vt diuina verba, quę audierint, corde retineant, et opere compleant. Quod in vobis dominus perficiat per miſericordiam ſuam.

Deinde Pontifex claues eccleſię de manibus miniſtri recipiens: illas manu dextera tenens, et illis oſtendens, dicit.



CLAVES CONSIGNAT.

Sic agite quaſi reddituri deo rationē pro his rebus, quę his clauibus recluduntur.

Ordinandus tāgit claues. Et i hoc actu imprimit character

Et mox cuilibet eorum ad ſe accedenti, ꝛ manu dextera tangenti tradit ſeriatim claues ipſas. Poſt hec Archidiaconus ducit eos ad oſtium eccleſię, ꝛ facit eos claudere ꝛ aperire. Tradit etiam eis funes campanarum faciens eos campanas pulſare. Deinde illos reducit ad Pontificem, quibus coram Pontifice genuflexis: ſtans cum mitra Pontifex verſus ad ipſos ordinatos, dicit.

Deum patrem oīpotentem fratres chariſſimi ſuppliciter deprecemur, vt hos famulos ſuos: bene ✠ dicere dignetur, quos in officio oſtiariorum eligere dignatus eſt: vt ſit eis fideliſſima cura in domo dei, diebus, ac noctibus, ad diſtinctionem certarum horarum, ad inuocandum nomen domini Jeſu Chriſti, adiuuante eodem dn̄o noſtro Jeſu Chriſto: qui cum patre ꝛ ſpiritu ſancto viuit et regnat Deus: per omnia ſecula ſeculorum.

Tum mitra depoſita ſtans Pontifex:

Digitized by Google

tifex: ⁊ conuerſus ad altare, dicit. Oremus. Flectam⁹ ge. ℟. Leuate. Et ſtatim reuerſus ad illos genuflexos ſtãs ſine mitra, dicit.

Domine ſancte, pater omnipotens, eterne deus: bene✠dicere dignare hos famulos tuos in officium oſtiariorum: vt inter ianitores eccleſie tue, tuo pareant obſequio, et inter electos tuos, partem tue mereantur habere mercedis. Per dominũ noſtrum Jeſum chriſtũ filium tuũ: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Poſt hec ordinati ſuggerẽte Archidiacono redeunt ad loca ſua. ¶ Pontifex ad altare cõuerſus, i cornu epiſtole, dicit: Graduale.

Propiti⁹ eſto domine peccatis noſtris: nequando dicant gentes vbi eſt deus eorum. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, ⁊ propter honorem nominis tui domine libera nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Da nobis queſumus omnipotens deus, vt ieiunando tua gratia ſatiemur: ⁊ abſtinẽdo cunctis efficiamur hoſtibus fortiores. Per dñm noſtrum Jeſum Chriſtũ filium tuum: qui tecũ viuit ⁊ regnat i vnitate ſpũs ſcti de⁹: per oia ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ.

Prophetia ſecunda.

Lectio libri Leuitici. ca. 23.

In diebus illis. Locutus eſt dominus ad Moyſen dicẽs: Quintodecimo die menſis ſeptimi, quãdo congregaueritis oẽs fructus terre veſtre, celebrabitis ferias dñi ſeptem diebus. Die primo, ⁊ die octauo erit ſabbathum, ideſt requies. Sumetiſq; vobis die primo fruct⁹ arboris pulcherrime: ſpatulaſq; palmarum, ⁊ ramos ligni denſarum frondium, ⁊ ſalices de torrente, ⁊ letabimini coram dño deo veſtro: ⁊ celebrabitis ſolennitatem eius ſeptẽ diebus per annum, legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis, ⁊ habitabitis in vmbraculis ſeptem diebus. Omnis qui de genere iſrael eſt manebit in tabernaculis, vt diſcant poſteri veſtri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Jſrael, cum educerem eos de terra egypti. Ego dominus deus veſter.

PRO LECTORIBVS,

Paretur liber lectionum.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet cum mitra et lectores vocantur per Archidiaconum, hoc modo.

Accedant qui ordinãdi ſunt ad officium Lectorum. Vocãtur.

Et mox nominantur per notarium, vt ſupra dictũ eſt. Quibus coram Pontifice cum cãdelis in manibus genuflexis: legitur mãdatum interdicti: vt ſupra. fol. 8. Reuerendus in Chřo pater. ⁊c. Deinde Pontifex admonet, ⁊ inſtruit eos, dicens.

AD LECTORES.


Electi fratres chariſſimi, vt

ſitis

ſitis lectores in domo dei nr̄i, officium veſtrū agnoſcite, ⁊ implete. Potēs eſt enim de⁹, vt augeat vobis grām ꝑfectionis ęternę. Lectorē ſiqdem oportet legere ea, ꝗ ꝑdicat, ⁊ lectiones cātare, ⁊ benedicere panē, ⁊ oēs fructꝰ nouos. Studete igit̄ verba dei: videlicet lectiones ſacras, diſtincte ⁊ aperte ad itelligentiā, ⁊ ędificationem fideliū, abſqʒ omni mēdacio falſitatis proferre: ne veritas diuinarū lectionū, incuria veſtra ad inſtructionē audientium, corrūpat. Quod aūt ore legitis, corde credatis, atqʒ opere cōpleatis: quatenꝰ auditoreſ veſtros, v̄bo pariter, ⁊ exēplo veſtro docere poſſitis. Ideoqʒ dum legitis, in alto loco eccleſię ſtetis: vt ab oibꝰ videamini, ⁊ audiamini: figurātes poſitione corporali, vos i alto virtutum gradu, debere conuerſari: quatenus cunctis a quibꝰ audimini ⁊ videmini, cęleſtis vitę formam prębeatis, quod in vobis dn̄s impleat per gratiam ſuam.

Lectoris officium.

Deinde Pontifex accipiens et tenens in manibus, et eis oſtendens codicem, ſiue lectionarium, de quo lecturi ſunt, dicit.



LIBRVM TRADIT.

Accipite ⁊ eſtote verbi dei relatores, habituri ſi fideliter, ⁊ vtiliter impleueritis officiū veſtrū, partē cum his, q verbum dei bene miniſtrauerunt ab initio.

Et mox ſucceſſiue cuilibet ad eum accedenti, ⁊ manu dextra tāgenti, tradit librum ipſum tāgendum. Quibus expeditis, Pontifex ſtans cum mitra verſus ad eos genuflexos, dicit.

Oremus dilectiſſimi, Deum patrem oipotentem: vt ſup hos famulos ſuos, quos in ordine lectorum dignatur aſſumere, bene✠dictionē ſuam clementer infundat: quatenus diſtincte legant, quę in eccleſia Dei legenda ſunt, ⁊ eadem operibus impleāt. Per dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtum filium ſuum: qui cum eo viuit ⁊ regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti deus, Per omnia ſecula ſclor̄.

Tum Pontifex mitra depoſita, ſtans conuerſus ad altare, dicit.

Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Deinde conuerſus ad ordinatos genuflexos, dicit ſine mitra.

Domine ſancte, pater oipotens, ęterne Deus, bene✠dicere dignare hoſ famuloſ tuoſ in officio lectorum: vt aſſiduitate lectionum inſtructi ſint, atqʒ ordinati, ⁊ agenda dicant, ⁊ dicta opere compleant: vt in vtroqʒ, ſanctę eccleſię, exemplo ſanctitatis ſuę conſulant, Per dn̄m nr̄m Ieſum Chriſtū filium tuū: qui tecum viuit

Digitized by Google

uit et regnat i vnitate ſpūs ſci deꝰ. Per oia ſcl'a ſcl'orum. ℞. Amen.

Poſt hec ordinati ſuggerēte Archidiacono redeunt ad loca ſua. Pontifex ad altare conuerſus i cornu epiſtole, dicit. Graduale.

Protector noſter aſpice deus, et reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutum: exaudi preces ſeruorum tuorum. Deinde dicit. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate. Oratio.

Tuere queſumus dn̄e familiam tuam: vt ſalutis eterne remedia, que te inſpirante requirimus, te largiente cōſequamur. Per dominum noſtrum Jeſum chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: Per omnia ſecula ſeculorum. ℞. Amen.

Prophetia tertia.

Lectio Michee pphete. ca. vltio.

Domine deꝰ noſter paſce populum tuū in virga tua, gregem hereditatis tue, habitantes ſolos terram in ſaltu: iuxta dies antiquos. Uidebunt gentes, et confundentur, ſuper omni fortitudine ſua. Quoniam quis deus ſimilis tui? Qui aufers iniquitatem, et transfers peccatum reliquiarū hereditatis tue. Non immittet vltra furorem ſuum: quoniam volens miſericordiam eſt, et reuertetur, et miſerebitur noſtri. Deponet iniqtates noſtras, et proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Dabis veritatem Jacob, miſericordiam Abraham, quam iuraſti patribus noſtris, a diebus antiquis domine deus noſter.

PRO EXORCISTIS.

Paretur liber exorciſmorū, ſiue liber Pontificalis vel Miſſalis.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet cum mitra: et Exorciſte vocātur per Archidiaconum.

Accedant, qui ordinādi ſunt ad officium Exorciſtarum. Uocātur.

Et ipſi ſigillatim nominātur per notarium, vt prius dictum eſt. Quibus corā Pontifice cum candelis in manibꝰ genuflexis: legit mandatum interdicti, vt s. fol. 8.

Reuerendus in Chriſto pr̄. etc.

Quo facto, Pontifex admonet et inſtruit eos, dicens.

ADMONITIO AD EXORCISTAS.

Ordinādi fratres in officiū exorciſtarum debetis noſcere quid ſuſcipitis. Exorciſtam et enim oportet abijcere demones, et dicere populo, vt qui non communicat det locum, et aquā in miniſterio fundere. Accipitis itaque poteſtatem imponendi manū ſuper energumenos, et per impoſitionem veſtre manus, gratia ſpiritus ſancti, et verbis exorciſmi pelluntur ſpiritus immūdi a corporibus obſeſſis. Studete igitur, vt ſicut a corporibus aliorum demones expellitis: ita a mentibus et corporibus veſtris oēm immunditiam et nequitiam eijciatis, ne illis ſuccūbatis, quos ab alijs veſtro mini- Exorciſtarum officium.

miniſterio effugatis. Diſcite per officium veſtruꝫ vitijs imperare, ne in moribus veſtris aliqd ſui iuris inimicus valeat vēdicare. Tūc etenim recte in aliis demonibus imperabitis: cum prius in vobis eoꝝ multimodā nequitiā ſuperatis. Quod vobis dn̄s agere concedat: ꝑ ſpiritum ſuum ſanctum.

Poſt hec Pontifex accipiens, et tenēs in manibus librum, in quo exorciſmi ſcripti ſunt, vel Pontificalem, ſeu Miſſalem: ⁊ eis illum oſtendens, dicit:



EXORCISMALE TRADIT,

Et hoc actu ipri/mit chara/cter huius ordinis.

ACcipite ⁊ cōmēdate memorię, ⁊ habete poteſtatē imponēdi man⁹ ſuꝑ energumenos, ſiue baptizatos, ſiue cathecumenos,

Et mox cuilibet appropinquāti ſibi ⁊ manu dextera tāgēti tradit ſucceſſiue librum ipſum. Poſtea vero oībus deuote genuflexis: Pontifex cum mitra ſtans, dicit.

Cū mitra

DEum patrem omnipotentem fratres chariſſimi ſupplices deprecemur: vt hos famulos ſuos: bene✠dicere dignetur in officium Exorciſtarum, vt ſint ſpirituales Imperatores ad abijciendos demones de corporibus obſeſſis cum omni nequitia eoꝝ multiformi, Per vnigenituꝫ filium ſuum dn̄m noſtruꝫ Jeſum chriſtū: qui ſecum viuit ⁊ regnat deus in vnitate ſpūs ſancti: Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Tum conuerſus ad altare depoſita mitra, dicit, Oremus. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Et mox conuerſus ad ordinandos genuflexos, dicit,

Sine mi/tra.

DOmine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus, bene✠dicere dignare hos famulos tuos in officium exorciſtarum: vt per impoſitionem manuum ſuarum ⁊ oris officium: poteſtatem ⁊ imperium habeant ſpirituū immūdorum nequitiam per verbū Chriſti filij tui dn̄i noſtri coercendi, atq; probabiles ſint medici eccleſię tuę, gratia curationum virtuteq; cęleſti cōfirmati, Per eundem dn̄m noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuū: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſancti deus: per oīa ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen.

Poſt hec ſuggerēte Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua. ¶ Pontifex ad altare cōuerſus in cornu epiſtolę dicit. Graduale.

COnuertere domine aliquantulum, ⁊ deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis a generatione ⁊ progenie. Tum dicit. Oremus. Flectam⁹ ge. ℟. Leuate. Oro.

PReſta queſum⁹ dn̄e, ſic nos ab epulis carnalibus abſtinere: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus, Per dn̄m noſtrū

Jeſum

Digitized by Google

Jeſum Chriſtum filium tuū: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Prophetia quarta.

Lectio Zacharię prophetę. ca. 8.

In diebus illis. Factum eſt verbum dñi ad me dicens, Hęc dicit dñs exercituum. Sicut cogitaui vt affligerem vos cum ad iracundiam me prouocaſſent patres veſtri, & nō ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis, vt benefaciam Jeruſalem et domui iuda. Nolite timere. Hęc ſunt ergo verba quę facietis. Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo. Veritatē & iudiciū pacis iudicate in portis veſtris, & vnuſquiſq; malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentū mendax ne diligatis. Oīa enim hęc ſunt, quę odi dicit dñs. Et factū eſt verbum dñi exercituū ad me dicens. Hęc dicit dñs exercituū. Jeiuniū quarti, & ieiuniū quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiuniū decimi, erit domui iuda in gaudiū et lętitiam, & in ſolēnitates pclaras. Veritatem tantum & pacem diligite. Dicit dominus exercituum.

PRO ACOLYTIS.

Parentur candelabrum cum cereo extincto, & vrceolus vacu⁹, ſeu ampulla ꝓ vino pro ſacramento.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: et ibi ſedet cum mitra. Acolyti vero vocantur per Archidiaconum.

Accedant, qui ordinādi ſunt ad officium Acolytorum. Vocātur.

Et mox nominant per notariū, vt ſupra, quibus corā Pōtifice cū candelis in manib⁹ genuflexis: legit mādatū interdicti: vtſ. fo. 8.

Reuerendus in Chriſto pr. &c.

Quo facto, Pōtifex ſedēs cū mitra, admonet & iſtruit eos, dicēs,

ADMONITIO AD ACOLYTOS

Suſcepturi chariſſimi acolytorum officium: penſate, qđ ſuſcipitis. Acolytū etenim oportet ceroferariū ferre, luminaria eccleſię accendere: vinū & aquam ad euchariſtiam, ſeu ad miniſterium ſanguinis Chriſti miniſtrare. Studete igitur ſuſceptum officium digne implere. Non enim deo placere poteritis, ſi lucem deo manibus pręferentes, operibus tenebrarum iſeruiatis: & per hoc alijs exempla perfidię prębeatis. Sed ſicut veritas dicit. Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificēt patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Et ſicut apoſtol⁹ Paulus ait. Jn medio natiōis prauę atq; peruerſę poſiti: lucete ſicut luminaria in mūdo, verbum vitę continentes. Sint ergo lumbi veſtri pręcincti, & lucernę ardētes in manibus veſtris: vt filij lucis ſitis, abijciatis opera tenebrarū, & induamini arma lucis. Fuiſtis enim aliquando tenebrę: nunc aūt lux in domino: vt filij lucis ambulate. Quę ſit vero iſta lux, quę tanto- Acolytoꝝ officium.

pere

Digitized by Google

pere eluceat: apoſtolus ipſe demonſtrat ſubdẽs. Fructus enim lucis eſt, in omni bonitate, iuſtitia, ⁊ veritate. Eſtote igitur ſolliciti in omni iuſtitia, bonitate, ⁊ veritate: vt ⁊ vos ⁊ alios, ⁊ dei eccleſiã illuminetis. Tũc etenim in dei ſacrificio digne vinũ ſuggeretis ⁊ aquã: ſi vos ipſi deo ſacrificium per caſtam vitam, ⁊ bona opera oblati fueritis. Quod vobis dñs cõcedat per miſericordiam ſuã.

Poſt hec Pontifex accipit, ⁊ tradit cuilibet candelabrum cũ candela extincta, quod ſinguli ſucceſſiue manu dextera tangant cõmuniter oĩbus dicente Pontifice.



CANDELABRVM TRADIT.

Accipite ceroferarium cum cereo, ⁊ ſciatis vos ad accendenda eccleſię luminaria mancipatos, in nomine domini.

Tunc accipit, et tradit eis vrceolum vacuum, quem ſimiliter omnes tangere debent: ſucceſſiue dicens communiter omnibus.

VRCEOLVM TRADIT.

Accipite vrceolum ad ſuggerendum vinum ⁊ aquam in euchariſtiam ſanguinis chriſti: in nomine domini. Poſtea eis genuflexis ꝑmanẽtibus: Pontifex ſtãs cũ mitra verſus ad eos, dicit.

Deum patrem oĩpotentem fratres chariſſimi ſupplicIter deprecemur: vt hos famulos ſuos bene ✠ dicere dignetur in ordine acolytorum: quatenus lumen viſibile manibus preferẽtes, lumen quoq; ſpirituale moribus prębeant: adiuuante domino noſtro Jeſu Chriſto: qui cum eo et ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat de⁹: per omnia ſecula ſeculorum. Cũ mitra

Tum Pontifex ad altare ſe ꝯuertens: depoſita mitra ſtans, dicit.

Oremus. Flectam⁹ ge. ℟. Leua.

Et mox conuerſus Pontifex ad ordinandos genuflexos, dicit.

Domine ſancte, pater omnipotẽs, ęterne deus, qui per Jeſum chriſtum filium tuum dominum nr̃m, ⁊ apoſtolos eius in hunc mundum lumen claritatis tuę miſiſti: quiq; vt mortis noſtrę antiquũ aboleres chirographũ, glorioſiſſimę illum crucis vexillo affigi, atq; ſanguinem ⁊ aquam ex latere illius ꝑ ſalute generis humani effluere voluiſti: bene ✠ dicere ⁊ ſcti ✠ ficare dignare hos famulos tuos in officium acolytorum: vt ad accendendũ lumen eccleſię tuę, ⁊ ad ſuggerendum vinum ⁊ aquam ad conficiendum ſanguinem Chriſti filij tui, in offerenda euchariſtia ſanctis altaribus tuis fideliter subminiſtrent. Accende domine mentes eorum, ⁊ corda ad amorem gratię tuę, vt illumi- Sine mitra.

illuminati vultu ſplendoris tui, fideliter tibi in tua ſancta eccleſia deſeruiant, Per eundem Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

Alia benedictio. Oremus.

Domine ſancte, pater omnipotens, eterne deus, qui ad Moyſen ⁊ Aaron locutus es, vt accenderentur lucerne in tabernaculo teſtimonij: bene✠dicere, ⁊ ſancti✠ficare dignare hos famulos tuos, vt ſint Acolyti in eccleſia tua, Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Alia benedictio. Oremus.

Omnipotens ſempiterne deus, fons lucis, et origo bonitatis: qui per Jeſum Chriſtum filium tuum lumen verū, mundū illuminaſti, eiuſq; paſſionis myſterio redemiſti: bene✠dicere dignare hos famulos tuos, quos in officio acolytoꝝ conſecramus: poſcentes clementiam tuam: vt eorum mentes et lumine ſcientie tue illuſtres, et pietatis tue rore irriges: vt ita acceptum miniſterium te auxiliante peragant, ꝙ ad eternam remuneratiōe peruenire mereantur, Per eundem Chriſtum dñm nřm. ℟. Amen.

Poſt hec ſuggerēte Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

Pontifex ad altare conuerſus i cornu epiſtole, dicit. Graduale.

Dirigatur oratio mea ſicut incēſum in conſpectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuum mearū ſacrificium veſpertinū.

Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Ut nobis domine tribuis ſolenne tibi deferre ieiunium: ſic nobis queſumus indulgentie preſta ſubſidium, Per dominum noſtrum Jeſum chriſtum filium tuum: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorū. ℟. Amē.

Prophetia quinta.

Lectio Danielis prophete. ca. 3.

In diebus illis. Angelus domini deſcendit cum Azaria ⁊ ſocijs eius in fornacem, ⁊ excuſſit flammam ignis de fornace, ⁊ fecit medium fornacis quaſi vētum roris flantem. Flamma autē diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem, ⁊ incendit, quos reperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis, qui eam incendebant. Illos autem nō tetigit omnino ignis, neq; contriſtauit, nec quicq; moleſtie intulit. Tūc hi tres, quaſi ex vno ore laudabant ⁊ glorificabant, ⁊ benedicebant deum in fornace dicentes.

PRO SVBDIACONIS.

Parentur calix vacuus cum patena ſuperpoſita, vrceoli cum vino et aqua: bacile cum manutergio, ⁊ liber Epiſtolarum.

Pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante mediū altaris poſitum: ⁊ ibi ſedet cum mitra: ⁊ Archidiaconus verſus ad ordinandos, dicit.

Accedant qui ordinādi ſunt Subdiaconi. Vocātur.

Et notarius vnumquẽq; illorũ vocat dicens. **Iohãnes Philippi ad titulũ talis eccleſię. Petrus Michaelis ad titulum patrimonij ſui. Frater Paulus Iacobi profeſſus ordinis. N. ad titulum paupertatis.** Et ſic de alijs: & quilibet vocatus dicit. **Adſum dñe.** Et accedit verſus Epiſcopum.

Qualiter debet eſſe parat⁹ ſubdiaconus.

Debet autem quilibet ordinandorum in Subdiaconũ indutus eſſe amictu: non tamen ſuper caput, alba & cingulo, habere manipulum in manu ſiniſtra, tunicellã ſuper brachio ſiniſtro, & cãdelam in manu dextra. Omnibus aũt in Subdiaconos ordinandis, cõpetenti ſpatio coram Pontifice ſtantibus: Pontifex cum mitra ſedens admonet eos, dicens.

ADMONITIO AD SVBDIACONOS.

Fratres dilectiſſimi, ad ſacrum Subdiaconatus ordinem promouendi: iterum atque iterum conſiderare debetis attente, quod onus hodie vltro appẽtitis. Hactenus enim liberi eſtis, licetq; vobis pro arbitrio ad ſecularia vota tranſire: quod ſi hũc ordinẽ ſuſceperitis, amplius non licebit a ꝓpoſito reſilire, ſed deo cui ſeruire regnare eſt, perpetuo famulari, et caſtitatem illo adiuuante ſeruare oportebit, atq; in eccleſię miniſterio ſemp eſſe mancipatos. Proinde dum tempus eſt cogitate: et ſi in ſancto propoſito perſeuerare placet: in nomine domini huc accedite.

Illis tunc accedentibus, & coram Pontifice genuflexis: legit mandatum interdicti: vt ſupra, fol. 8. **Reuerendus in Chriſto pr. &c.** Quo facto Archidiaconus vocat cęteros ordinandos, dicens.

Legitur mãdatum.

Accedant qui ordinãdi ſunt Diaconi, & Preſbyteri.

Diaconi & pſbyteri vocãtur.

Quibus accedẽtibus Archidiacon⁹ ordinat eos: vz. Diaconandos paratos amictu, alba, cingulo, & manipulo, ſtolam in manu ſiniſtra, & dalmaticã ſuper brachiũ ſiniſtrum, & cãdelam in manu dextra tenentes, cõtra cornu epiſtolę altaris, faciebus altari verſis.

Quomodo parati diaconi.

Et Preſbyterandos paratos amictu, alba, cingulo, manipulo, ſtola in modum Diaconi, caſulã ſiue planetam ſuper brachium ſiniſtrum, & panniculum, ſiue mappulam albam in ſiniſtra, & candelam in manu dextra tenẽtes: contra faciem Põtificis, ac medium altaris: faciebus ſimiliter altari verſis. Quibus ſic ordinatis: Pontifex mitrã in capite tenens: accumbit ibidem ſuper faldiſtorium, & omnes ordinandi in locis ſuis ſuper tapetia proſternuntur ad terram: miniſtri vero, et alij aſtantes genuflectunt. Et Pontifex incipit Litaniam: miniſtris & Capellanis reſpondentibus.

Quomodo parati pſbyteri.

Cũ mitra genuflexus.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cęlis de⁹: miſerere nobis.

Fili

Digitized by Google

Fili redemptor mundi deus: miſerere nobis.
Spiritus ſancte deus: miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus deus: miſerere nobis.
Sancta Maria: ora pro nobis.
Sancta dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines: orate ꝑ nobis
Omnes ſancti angeli ⁊ archangeli: orate pro nobis.
Sancte Johānes baptiſta: ora.
Omnes ſancti patriarchę ⁊ prophetę: orate.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Andrea ora.
Sancte Jacobe ora.
Sancte Johannes ora.
Sancte Luca ora.
Sancte Marce ora.
Omnes ſancti apoſtoli et euangeliſtę: orate pro nobis.
Oēs ſancti diſcipuli dñi: orate.
Oēs ſancti Innocentes: orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Uincenti ora.
Sancti Fabiane ⁊ Sebaſtiane: orate pro nobis.
Omnes ſancti martyres: orate.
Sancte Sylueſter ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Ambroſi ora.
Sancte Auguſtine ora.
Sancte Hieronyme ora.
Sancte Martine ora.
Sancte Nicolae ora.
Omnes ſancti Pōtifices ⁊ confeſſores: orate.
Omnes ſancti Doctores: orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Bernarde ora.
Sancte Antoni ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Franciſce ora.
Omnes ſancti Monachi, ⁊ Eremitę: orate.
Omnes ſancti Sacerdotes et Leuitę: orate.
Sācta Maria Magdalena ora.
Sancta Agatha ora.
Sancta Lucia ora.
Sancta Cecilia ora.
Sancta Catharina ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Margarita ora.
Omnes ſanctę Uirgines et Uiduę: orate.
Oēs ſancti ⁊ ſanctę dei: orate.
Propitiꝰ eſto: parce nobis dñe.
Ab omni malo: libera nos dñe.
Ab ira, ⁊ odio, ⁊ omni mala voluntate: libera.
Ab inſidijs diaboli: libera.
A fulgure ⁊ tempeſtate: libera.
A morte perpetua: libera.
Per myſterium ſanctę incarnationis tuę: libera.
Per aduentum tuum: libera.
Per natiuitatem tuam: libera.
Per baptiſmum ⁊ ſanctum ieiunium tuum: libera.
Per crucē ⁊ paſſionem tuā: lib.
Per mortē ⁊ ſepulturā tuā: lib.

Per glorioſam reſurrectionem tuam: libera.
Per admirabilem aſcenſionem tuam. libera.
Per aduentum ſpiritus ſancti paracliti: libera.
In die iudicij: libera.
Peccatores: Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas: te rog.
Ut nobis indulgeas: te rog.
Ut pacem nobis dones: te rog.
Ut eccleſiam tuam regere, defendere, et cōſeruare digneris: te.
Ut dominum apoſtolicum, et omnes eccleſiaſticos ordines in ſancta religione cōſeruare digneris: te rogamus.
Ut noſmetipſos i tuo ſancto ſeruitio conſeruare digneris: te.
Ut regibus et principibus chriſtianis, pacem et veram concordiam largiri digneris: te rog.
Ut cunctum populum chriſtianum precioſo ſanguine tuo redēptū, cōſeruare digneris: te.
Ut mētes noſtras ad celeſtia deſideria erigas: te rog.
Ut animas noſtras et parentum noſtrorum, ab eterna damnatione eripias: te rog.
Ut omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas: te rog.
Ut omnibus fidelibus viuis, et defunctis vitam et requiē eternā concedere digneris: te ro.
Ut obſequium ſeruitutis noſtre tibi rationabile facias: te rog.
Surgit Pontifex cum mitra a accubitu, et ſe ad ordinandos vertens, et baculum paſtoralē in ſiniſtra manu tenens: ordinādis proſtratis manentibus, dicit.
Ut hos electos bene✠dicere digneris. Te rogamus audi nos.
Secundo dicit.
Ut hos electos bene✠dicere, et ſancti✠ficare digneris. Te rogamus audi nos. Tertio dicit.
Ut hos electos bene✠dicere, ſancti✠ficare, et cōſe✠crare digneris. Te rogamus audi nos.
Cum iterū ſuper faldiſtorium accūbit: perficienſqȝ Litaniā, dicit.
Ut nos exaudire digneris: te.
Fili dei: te rog.
Agnus dei, q tollis peccata mundi: parce nobis domine.
Agnus dei, q tollis peccata mundi: exaudi nos domine.
Agnus dei, q tollis peccata mundi: miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pontifex ab accubitu ſurgens cū mitra ſedet ſuper faldiſtoriū, ibi ante medium altaris: et Archidiaconus dicit alta voce.
Recedāt in partem qui ordinādi ſūt diaconi et pſbyteri.
Quibus ad aliquem locum idoneum vnde Pōtificem celebrantem videre poſſint trāſeuntibus: ad ordinationem Subdiaconorum, qui in Presbyterio remanſerunt proceditur.

Sub-

SVBDIACONI VOCANTVR.

Filiis namq; coram Pontifice per ordinem in modũ corone genuflexis: Pontifex eos inſtruit, et admonet dicens.

ADMONITIO.

Adepturi fratres chariſſimi officium Subdiaconatus: ſedulo attendite quale miniſterium vobis traditur. Subdiaconum enim oportet aquam ad miniſterium altaris preparare, Diacono miniſtrare, pallas altaris ⁊ corporalia abluere: calicem, ⁊ patenam in vſum ſacrificij eidem offerre. Oblationes, que veniunt in altari, panes propoſitionis vocantur. De ipſis oblationibꝰ tantum debet poni in altari, quantũ poſſit populo ſufficere, ne aliqd putredinis i ſacrario remaneat. Palle, que ſunt in ſubſtratorio altaris, in alio vaſe debent lauari; ⁊ in alio corporales palle. Ubi autem corporales palle lote fuerint: nullum aliud linteamen debet lauari, ipſaq; lotionis aqua in baptiſterium debet mergi. Studete itaq;, vt iſta viſibilia miniſteria, q̃ diximus: nitide, et diligentiſſime complentes: inuiſibilia horum exemplo perficiatis. Altare quidem ſancte eccleſie ipſe eſt Chriſtus teſte Johanne, qui in Apocalypſi ſua: altare aureũ ſe vidiſſe perhibet ſtare ante thronum: in quo, ⁊ per quem oblationes fidelium deo patri conſecrantur. Cuius altaris palle ⁊ corporalia, ſunt membra Chriſti, ſcilicet fideles dei, quibus dominus quaſi veſtimentis precioſis circundatur, vt ait pſalmiſta. Dominus regnauit decorẽ indutus eſt. Beatus quoque Johannes in Apocalypſi vidit filium hominis precinctũ zona aurea: ideſt ſanctorum caterua. Si itaq; humana fragilitate contingat in aliquo fideles maculari: prebenda eſt a vobis aqua celeſtis doctrine, qua purificati ad ornamentum altaris, ⁊ cultũ diuini ſacrificij redeant. Eſtote ergo tales, qui ſacrificijs diuinis, ⁊ eccleſie dei, hoc eſt corpori Chriſti, digne ſeruire valeatis in vera ⁊ catholica fide fundati: quoniam, vt ait apoſtolus: Omne qđ non eſt ex fide, peccatum eſt, ſchiſmaticum eſt, et extra vnitatem eccleſie eſt. Et ideo, ſi vſque nunc fuiſtis tardi ad eccleſiam: ámodo debetis eſſe aſſidui: ſi vſque nunc ſomnolenti, ámodo vigiles. Si vſq; nunc ebrioſi, ámodo ſobrij: Si vſque nunc inhoneſti, ámodo caſti. Quod ipſe vobis preſtare dignetur: qui viuit ⁊ regnat deus in ſecula ſeculorum.

Deinde Pontifex de manu miniſtri accipit, ⁊ tradit cuilibet ſucceſſiue calicem vacuum cum patena ſuperpoſita. Et Archidiaconus vrceolos cũ vino ⁊ aqua, ac bacile cum manutergio, que omnia ſigillatim ordinandi manibus tangunt: primo calicem; deinde alia: et iterum vt prius genuflectunt. Quo facto Pontifex dicit.

Subdiac. officium.



CALICEM ET PATENAM.

Videte cuiuſmodi miniſterium vobis traditur. Ideo vos admoneo: vt ita vos exhibeatis, quod Deo placere poſſitis.

Poſtea ſurgit Pontifex verſus ad populum, ſtans cum mitra, dicit.

Cū mitra Oremus Deum patrem ac dn̄m noſtrum fratres chariſſimi: vt ſuper hos ſeruos ſuos, quos ad Subdiaconatus officiū vocare dignatus eſt, infundat benedictionem ſuam et gratiam, vt in cōſpectu eius fideliter ſeruientes: prędeſtinata ſanctis pręmia conſequantur, adiuuante domino noſtro Jeſu chriſto: qui cū eo et ſpiritu ſctō viuit et regnat deus: per omnia ſecula ſeculorum.

Tū Pontifex depoſita mitra conuerſus ad altare, dicit. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Et mox Pōtifex verſus ad ordinādos genuflexos, dicit ſine mitra.

Sine mitra. Domine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus: bene✠dicere dignare hos famulos tuos, quos ad Subdiaconatus officium eligere dignatus es, vt eos in ſacrario tuo ſancto ſtrenuos ſolicitoſq; cęleſtis militię inſtituas excubitores: ſanctiſq; altaribus tuis fideliter ſumminiſtrēt, et requieſcat ſuper eos ſpūs ſapientię, et intellectus: ſpūs conſilij et fortitudinis: ſpiritus ſcientię et pietatis: et repleas eos ſpiritu timoris tui: et eos in miniſterio tuo confirmes: vt obedientes facto, atq; dicto parētes, tuam gratiam cōſequantur. Per dominū noſtrum Jeſum chriſtum filium tuum: qui tecū viuit et regnat in vnitate eiuſdē ſpūs ſancti deus: per oīa ſecula ſeculorum. ℟. Amē.

Tum Pontifex ſedens accepta mitra, amictum qui in collo ordinandorum iacet: imponit ſuper capūt ſingulis dicens.

AMICTVM SVPER CAPVT.

Accipe amictum, per quem deſignatur caſtigatio vocis: In noīe pr̄is, et filij, et ſpūs ſancti.

Tum immittit in ſiniſtro brachio manipulum cuilibet dicens.

MANIPVLVM MITTIT.

Accipe manipulum, per quē deſignantur fructus bonorum operum: In nomine patris, et filij, et ſpiritus ſancti.

Poſt hęc induit quēlibet tunica, et ſi tantum vnica ſit: immittit illā cuilibet ſolum vſq; ad ſcapulas, ac retrahens eam poſteriori totaliter induit, dicens cuilibet.

TVNICAM INDVIT.

Induat te dominꝰ veſtimento ſalutis, et tunica iuſtitię: In nomine patris, et filij, et ſpiritus ſancti.

Poſtea

Digitized by Google

Poſtea accipit et tradit oībus li-
brum epiſtolarū, manu dextera ip-
ſum ſimul tangentibus, dicens.

LIBRVM TRADIT.

Accipite librum epiſtolarū, et habete poteſtatem legēdi eas in eccleſia ſancta dei, tam pro viuis, quā pro defunctis: In nomine patris, et filij, et ſpirit⁹ ſancti.

Omnibus expeditis ſuggerente Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

Sine mitra. Tum Pontifex depoſita mitra ſurgit, et cōuerſus ad altare in cornu epiſtolę, dicit. Hymnuz.

Benedictus es dn̄e deus patrū noſtroꝝ. ℟. Et laudabilis, et glorioſus in ſcl'a. ℣. Et benedictū nomē glię tuę, qđ eſt ſanctū. ℟. Et laudabile, et glorioſum in ſcl'a. ℣. Benedictus es in tēplo ſctō glię tuę. ℟. Et laudabilis, et glorioſus in ſcl'a. ℣. Bn̄dictus es ſup thronū ſanctū regni tui. ℟. Et laudabilis, et glorioſus in ſcl'a. ℣. Bn̄dictus es ſup ſceptrū diuinitatiſ tuę. ℟. Et laudabilis, et glorioſus in ſcl'a. ℣. Bn̄dictus es, qui ſedes ſup cherubim intuēs abyſſos. ℟. Et laudabilis, et glorioſus in ſecula. ℣. Bn̄dictus es, q ambulas ſuper pennas ventoꝝ, et ſup vndas maris. ℟. Et laudabilis, et glorioſuſ in ſcl'a. ℣. Bn̄dicant te oēs angeli et ſcti tui. ℟. Et laudent te, et glorificent in ſcl'a. ℣. Bn̄dicant te cęli, terra, mare, et oīa quę ī eiſ ſunt. ℟. Et laudent te, et glorificēt in ſcl'a. ℣. Gloria patri, et filio, et ſpūi ſctō. ℟. Et laudabili, et glorioſo in ſcl'a. ℣. Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et in ſcl'a ſcloꝝ. Amē. ℟. Et laudabili, et glorioſo in ſecula. ℣. Bn̄dictuſ es dn̄e deuſ patrum nr̄oꝝ. ℟. Et laudabilis, et glioſus in ſeculum.

Pontifex oſculatur altare in medio, et verſus ad populū, dicit. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Et conuerſus ad altare dicit. Oremus. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flāmas ignium: concede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitioꝝ. Exaudi quęſumus domine ſupplicum preces, et deuoto tibi pectore famulantes, perpetua defenſione cuſtodi: vt nullis perſecutionib⁹ impediti, liberā ſeruitutem tuis ſemper exhibeam⁹ officijs, Per dn̄m noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuum: qui tecū viuit et regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti Deus: per oīa ſecula ſeculorū. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Acunctiſ noſ quęſumuſ dn̄e mentis et corporis defende periculis, et intercedēte glioſa virgine dei genitrice Maria, cū beatis apoſtolis tuis Petro et Paulo atq; beato. N. et omnibus ſanctis ſalutem nobis tribue benignus et pacē, vt deſtructis aduerſitatibus et erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Omnipotens ſempiterne deus, cuius ſpiritu totum corpus eccleſię ſanctificat et regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gratię tuę munere ab oībus tibi gradibus fideliter ſeruiatur, Per dominū noſtrum Jeſum Chriſtuz filium tuum: qui tecum viuit et regnat

in vnitate eiuſdem ſpūs ſcti deus: per oia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli, ad Hebreos. ca. 9.

Fratres. Tabernaculū enim factum eſt primum, in quo erant candelabra ⁊ menſa, ⁊ propoſitio panū, que dicitur ſancta. Poſt velamentum autem ſecundum tabernaculū, quod dicitur ſancta ſanctorum, aureū habens thuribulum, ⁊ arcam teſtamenti circūtectam ex omni parte auro: in qua vrna aurea habens manna, ⁊ virga Aaron, que fronduerat, ⁊ tabule teſtamēti, ſuper que erant cherubim glorie obūbrantia propitiatorium, de quibus nō eſt modo dicendum per ſingula. His vero ita compoſitis: in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes: In ſecūdo vero ſemel in anno, ſolus Pontifex non ſine ſanguine, quē offerret pro ſua, et populi ignorantia. Hoc ſignificante ſpiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum. Que parabola eſt temporis inſtantis, iuxta quam munera ⁊ hoſtie offeruntur, que non poſſunt iuxta cōſcientiam perfectum facere ſeruientem: ſolummodo in cibis et in potibus, ⁊ in varijs baptiſmatibus ⁊ iuſtitijs carnis, vſque ad tempus correctionis impoſitis. Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, peramplius ⁊ perfectius tabernaculū non manu factum, ideſt nō huius creationis, neq; per ſanguinē hircoꝝ aut vitulorū, ſed per propriū ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, eterna redemptione inuēta.

PRO DIACONIS:

Paretur liber euangeliorum.

Pontifex accipit mitrā accedit ad faldiſtorium ante medium altaris: et ibi ſedet. Promouendi vero ad ordinem Diaconatus, per Archidiaconum vocantur.

Accedant, qui ordinādi ſunt ad Diaconatum. Vocantur.

Et mox ſigillatim nominantur per notariū: nulla tamen de titulo facta mētione. Eis igitur amictu, alba, cingulo, ⁊ manipulo paratis, ac ſtolam in ſiniſtra, et candelam in dextera manibꝰ, et dalmaticaſ ſuper brachium ſiniſtrū tenentibus, et in modum corone in preſbyterio coram Pontifice diſpoſitis, ⁊ genuflexis: Legitur mandatum interdicti: vt ſ. fol. 8.

Reuerendus in Chriſto pr̄. ⁊c.

Quo facto, Archidiaconus offerens illos Pontifici, dicit.

Reuerende pater, poſtulat ſancta mater eccleſia catholica: vt hos preſentes Subdiaconos, ad onus diaconij ordinetis. Preſentat diaconandos.

Pontifex interrogat dicens.

Scis illos dignos eſſe?

Reſpondet Archidiaconus.

Quantum humana fragilitas noſſe ſinit, ⁊ ſcio ⁊ teſtificor ipſos dignos eſſe ad huiꝰ onus officij.

Et

Digitized by Google

Et Pontifex dicit. Deo gratias. Et cum mitra ſedens clero annunciat dicens.

Cū mitra

Auxiliante domino deo ſaluatore noſtro Ieſu chriſto, eligimus hos pręſentes Subdiaconos, ad ordinem Diaconij. Si quis habet aliquid contra illos, pro deo, ꝛ propter deum cum fiducia exeat, ꝛ dicat. Veruntamen memor ſit conditionis ſuę.

Et facta aliquali mora, conuertens ſermonem ſuū ad ordinandos Pontifex inſtruit, et admonet eos, dicens.

ADMONITIO.

Prouehendi dilectiſſimi filij ad Leuiticum ordinem, cogitate magnopere, ad quantum gradum eccleſię aſcenditis. Diaconum enim oportet miniſtrare ad altare, baptizare, ꝛ prędicare.

Diaconi officium.

Sane in veteri lege ex duodecim vna tribus Leui electa eſt, quę ſpeciali deuotione tabernaculo Dei, eiuſq; ſacrificijs ritu perpetuo deſeruiret.

Num. 6.

Tantaque dignitas ipſi conceſſa eſt, quod nullus niſi ex eius ſtirpe ad diuinum illum cultum atque officium miniſtraturus aſſurgeret: adeo vt grandi quodam priuilegio hęreditatis, ex tribu domini eſſe mereret et dici. Quorum hodie chariſſimi filij, et nomen, et officium tenetis, qui in miniſterium tabernaculi teſtimonij, id eſt eccleſię dei, eligimini in Leuitico officio, quę ſemper in procinctu poſita: inceſſabili pugna contra inimicos dimicat. Vnde ait apoſtolus. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem ꝛ ſanguinem, ſed aduerſus principes, ꝛ poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum: contra ſpiritualia nequitię tela in cęleſtibus.

Ephes. 6.

Quam eccleſiam Dei veluti tabernaculū portare, ꝛ munire debetis ornatu ſancto, prędicatu diuino, exēplo perfecto. Leui quippe interpretatur additus, ſiue aſſumptus. Et vos filij, q ab hęreditate paterna nomen accipitis: eſtote aſſumpti a carnalibus deſiderijs: a terrenis concupiſcentijs, quę militant aduerſus animam. Eſtote nitidi, mundi, puri, caſti, ſicut decet miniſtros Chriſti, ꝛ diſpenſatores myſteriorum Dei, vt digne addamini ad numerum eccleſiaſtici gradus, vt hęreditas, ꝛ tribus amabilis domini eſſe mereamini.

Quales Diaconi

1. Pet. 3.

Et quia cōminiſtri, et cooperatores eſtis corporis ꝛ ſanguinis domini: eſtote ab omni illecebra carnis alieni, ſicut ait ſcriptura. Mundamini, qui fertis vaſa domini.

Iſa. 52.

Cogitate beatum Stephanum merito pręcipuę caſtitatis, ab apoſtolis ad officium iſtud electum.

Act. 7.

Curate, vt quibus euangeliū ore annunciatis, viuis operibus exponatis, vt de vobis dicatur. Beati pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.

Ephes. 6.

Habete pedes veſtros calciatos, ſanctorum exemplis in pręparatione euangelij pacis. Quod vobis dominus concedat per gratiam ſuam.

Nota

Digitized by Google

¶ Nota ꝙ hic leguntur Litanię. ſuper diaconandos, ſi non ſint factę ordinationes Subdiaconoꝝ: quas require ſupra in ordinatione Subdiaconorum. folio. 137. et eundem modum ſeruabis. Deinde Pontifex ſedẽs cum mitra, intelligibili voce alloquitur populum dicens ordinandis genuflexis manentibus.

Cũ mitra ſedet.

Ommune votum cõmunis oratio proſequatur: vt hi, q totius eccleſię prece ad diaconatus miniſterium pręparãtur, Leuiticę benedictionis ordine clareſcant, & ſpirituali conuerſatione pręfulgentes, gratia ſanctificationis eluceſcant: pręſtante domino noſtro Jeſu Chriſto: qui cum patre et ſpiritu ſctõ viuit et regnat Deus in ſecula ſeculorum.

Surgit cũ mitra.

Deĩde ſurgẽs cũ mitra Põtifex, ſtãs verſus ad ordinandoſ, dicit.

Remus dilectiſſimi Deum patrem omnipotentem: vt ſuper hos famulos ſuos, quos ad ſacrum ordinem Diaconatus aſſumere dignatus eſt: benedictionis ſuę gratiam clementer effundat, eiſque conſecrationis indultę propitius dona conſeruet, & preces noſtras clementer exaudiat, vt quę noſtro gerenda ſunt miniſterio, ſuo benigno ꝓſequatur auxilio, et quos ſacris myſterijs exequendis, pro noſtra intelligentia credimus offerendos, ſibi faciat eſſe gratos, & ſua benedictione ſanctificet, & confirmet: vt prędeſtinata ſanctis ꝑmia conſequantur, Per vnigenitum filium ſuum dominũ noſtrum Jeſum Chriſtum: qui cum eo & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus, Deinde depoſita mitra extenſis manibus ante pectus, dicit.

Deponit mitrã.

Er omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.

Ere dignũ & iuſtum eſt: ęquum et ſalutare. Nos tibi ſemper et vbiqꝫ gratias agere, domine ſancte, pater omnipotẽs, ęterne deꝰ. Honorum dator, ordinumqꝫ diſtributor, atqꝫ officiorum diſpoſitor, qui in te manẽs innouas omnia, & cuncta diſponiſ, per verbũ, virtutem, ſapientiamqꝫ tuam Jeſum Chriſtum filium tuũ dominum noſtrum, ſempiterna prouidentia pręparans: & ſingulis quibuſqꝫ temporibus, aptanda diſpenſas. Cuius corpus eccleſiam videlicet tuam, cęleſtium gratiarum varietate diſtinctã, ſuorũqꝫ connexam diſtinctione membrorum, per legem mirabilẽ totius compaginis vnitam: in augmentũ templi tui creſcere dilatariqꝫ largiris, ſacri muneris ſeruitutẽ, trinis gradibus miniſtrorum nomini tuo militare conſtituenſ: electis ab initio Leui filijs, qui i myſticis operationibus domus tuę fidelibus excubijs permanẽtes, hęreditatẽ benedictioniſ ęternę

ſorte

Digitized by Google

ſorte perpetua poſſiderent. Su-
per hos quoqꝫ famulos tuos que-
ſumus domine placatus intéde,
quos tuis ſacris altaribus ſerui-
turos in officium Diaconat⁹ ſup
pliciter dedicamus. Et nos qui-
dé tanq̃ homines diuini ſenſus,
⁊ ſumme rationis ignari: horum
vitam quantum poſſumus exiſti-
mamus. Te autem domine, que
nobis ſunt ignota non tranſeũt;
te occulta non fallunt. Tu cogni-
tor ſecretorum, ⁊ ſcrutator es cor-
dium: Tu hor vitam celeſti pote-
ris examinare iudicio, quo ſemp
preuales, ⁊ admiſſa purgare: ⁊ ea,
que ſunt agenda concedere.

Hic ſolus Pontifex manum
dexteram extendens ponit ſuper
caput cuilibet ordinando, et nul-
lus alius, quia non ad ſacerdo-
tium, ſed ad miniſterium conſe-
crantur, dicens ſingulis.

MANVS IMPONIT.

Accipe ſpũm ſanctum, ad ro
bur, ⁊ ad reſiſtendũ diabolo
⁊ tétationibus eius: In noie dñi.

Poſtea proſequitur extenſam te
nens manum dexteram, vſqꝫ
ad finem Prefationis.

Emitte in eos queſumus do
mine ſpiritũ ſanctum, quo
ĩ opus miniſterij tui fideliter exe-
quédi: ſeptiformis gratie tue mu
nere roborétur. Abundet in eis
totius forma virtutis: authoritas,
modeſtia, pudor conſtans, inno-
centie puritas, ⁊ ſpiritualis obſer
uátia diſcipline. In moribus eo-
rum precepta tua fulgeant, ⁊ ſue
caſtitatis exemplo imitationem
ſancta plebs acquirat: ⁊ bonum
cóſcientie teſtimonium preferen-
tes, in chriſto firmi ⁊ ſtabiles per-
ſeuérent: dignisqꝫ ſucceſſibus de
iferiori gradu per gratiam tuam
potiora cápere mereantur. Per
eundem dominum noſtrum Je-
ſum Chriſtum filium tuũ: qui te-
cum viuit ⁊ regnat ĩ vnitate eiuſ-
dem ſpiritus ſancti deus: per om
nia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Poſt hec Pontifex ſedens cum
mitra, cuilibet ordinando ante ſe
genuflexo, ſtolá quá ĩ manu ſingu
li habét: imponit ſucceſſiue ſup
humerum ſiniſtrũ, dicés ſingulis.

STOLAM PONIT.

Accipe ſtolam ✠ candidam
de manu Dei, imple miniſte-
rium tuum: potens enim eſt dñs,
vt augeat tibi gratiã ſuam: Qui
viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorũ.

Faciens ſuper quemlibet eorum
ſignum crucis, et miniſtri refle-
ctent capita ſtole, et alligent ſub
brachio dextro.

¶ Poſt hec Pontifex dalmati-
cam accipiens, induit ea quemli-
bet ſucceſſiue vſqꝫ ad humeros:
mox eam retrahendo vſque ad
vltimum, qué ea totaliter induit:
⁊ hoc ſi vna tantũ ſit dalmatica.
Si vero quilibet ſuá habet: tunc
ſingulos ſua totaliter induit, di-
cens cuilibet.

DALMATICAM INDVIT.

Induat te domin⁹ veſtimen-
to ſalutis, ⁊ circũdet te ſem-
p indumento letitie. In noie dñi.

Po-

Poſtremo Pontifex tenens librum euangeliorum, tradit illum communiter omnibus coram ſe genuflexis, ⁊ manu dextra ſimul ipſum tangentibus, dicens.



LIBRVM TRADIT.

ACcipite poteſtatem legendi euangelium in eccleſia Dei, tam pro viuis, quam pro defunctis: In nomine domini.

Quo facto, Pontifex deponit mitram, ſurgit, ⁊ ad altare conuerſus, dicit. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate. Et vertens ſe ad ordinatos, ſtans dicit.

Sine mitra.

EXaudi dñe preces noſtras, ⁊ ſuper hos famulos tuos ſpiritũ tuę bene✠dictionis infunde: vt cęleſti munere ditati, et tuę maieſtatis gratiã poſſint acquirere, ⁊ bene viuẽdi alijs exemplũ prębere, Per Chriſtum dominũ noſtrum. ℞. Amen. Oremus.

DOmine ſancte, pater ſpei, fidei, gratię, ⁊ profectuum remunerator, qui in cęleſtibus ⁊ terrenis, angelorũ miniſterijs vbiq; diſpoſitis, per omnia elementa, voluntatis tuę diffundis effectũ: hos quoq; famulos tuos ſpirituali dignare illuſtrare effectu: vt tuis obſequijs expediti, ſanctiſ altaribus tuis miniſtraturi, puri accreſcant, ⁊ indulgentia tua puriores, eo gradu, quo apoſtoli tui i ſeptenario numero, beatũ Stephanum ducem ac pręuium ſpiritu ſancto authore elegerunt, digni exiſtant, ac virtutibus vniuerſis, quib⁹ tibi ſeruire oportet inſtructi, tibi complaceant, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. ℞. Amen.

Tum ſuggerente Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua.

¶ Pontifex cõuerſus ad altare, in cornu epiſtolę dicit primũ verſum tractus. Trac. Laudate dñm oẽs gentes, ⁊ collaudate eum oẽs populi.

PRO PRESBYTERIS.

POntifex accipit mitrã, accedit ad faldiſtorium ante medium altaris poſitum: ⁊ ibi ſedet, ⁊ procedit ad ordinationem Preſbyterorũ. Pro quibus ordinandis parentur oleum cathecumenorum. Calix cum vino ⁊ aqua. Patena, ⁊ hoſtia deſuper poſita. Medulla panis, ⁊ bacile cum buccali pro manibus abluẽdis, quas ſinguli ad ſuas mappulas extergunt. Deinde Archidiaconus vocat ordinandos voce intelligibili, dicens.

Que paranda.

ACcedant, qui ordinãdi ſunt ad ordinez Preſbyteratus.

Et mox nominatim legũtur per notarium, prout ſupra dictuz eſt: nulla

nulla tamen de titulo facta mentione. Tūc illi more diaconorum parati amictu, alba, cinctorio, ſtola, ⁊ manipulo, tenenteſ planetas ſuper brachia complicatas, et in manibus candelas ac mappulas albas pro ligandis manibus, ad ordinatorem accedunt, et coram eo ſe in modū coronę diſponunt.



Omnibus ergo ordine diſpoſitis ⁊ genuflexis: legitur mandatum interdicti: vt ſupra. fol. 8.

Preſentat ordinādos.

Reuerendus in Chrīo pater, ⁊c.

Quo lecto, Archidiacon⁹ preſentat ordinandos Pontifici, dicēs.

Reuerende pater, poſtulat ſancta mater eccleſia catholica, vt hos preſentes Diaconos, ad onus Preſbyterij ordinetis.

Et Pontifex interrogat, dicens.

Scis illos dignos eſſe?

Reſpondet Archidiaconus.

Quantum humana fragilitas noſſe ſinit: ⁊ ſcio, ⁊ teſtificor ipſos dignos eſſe ad huius on⁹ officij.

Pontifex dicit. Deo gratias.

Tum annuntiat clero ⁊ populo, iuxta ſtatutum Carthaginenſis cōcilij: ſedens cū mitra, ⁊ dicens.

Cū mitra

Quoniā dilectiſſimi fratres, rectori nauis, et nauigio deferendis, eadē eſt vel ſecuritatis ratio, vel communis timoris, par eorum debet eſſe ſententia, quoꝝ cauſa cōmuniſ exiſtit. Neqꝫ enim fuit fruſtra a patribus inſtitutū: vt de electione illorum, qui ad regimen altaris adhibēdi ſunt, conſulatur ⁊ populus, quia ⁊ de vita ⁊ conuerſatione pſentandi, quod nonnunqꝫ ignoratur a pluribuſ, ſcitur a paucis: et neceſſe eſt vt facilius ei quis obedientiam exhibeat ordinato, cui aſſenſum prębuerit ordinando. Horum ſiquidem diaconorum in preſbyteros auxiliante domino ordinandorū conuerſatio, quantum mihi videtur probata ⁊ deo placita exiſtit, et digna (vt arbitror) eccleſiaſtici honoris augmento. Sed ne vnū fortaſſe vel paucos aut decipiat aſſenſio, vel fallat affectio: ſententia eſt expetenda multorū. Itaqꝫ quid de eorum actibus, aut moribuſ noueritis, qd de merito ſentiatis, libera voce pandatis: ⁊ hiſ teſtimoniū ſacerdotij magis pro merito, qꝫ affectione aliqua tribuatis. Si quis igitur habet aliqd cōtra illos, pro deo ⁊ propter deū cum fiducia exeat ⁊ dicat. Verūtamē memor ſit cōditioniſ ſuę.

Poſtea Pontifex facta aliquali mora, conuertenſ ſermonē ſuum ad ordinandos, inſtruit, ⁊ admonet eos, dicens.

ADMONITIO.

Conſecrandi fratres chariſſimi in Preſbyteratus officium: illud digne ſuſcipere, atque ſuſce-

ſuſceptũ laudabiliter exequi ſtudeatis. Sacerdotẽ etenim oportet offerre, benedicere, pręeſſe, prędicare, et baptizare, cum magno quippe timore ad tantũ gradum aſcendendum eſt, atq; prouidendum: vt cęleſti ſapientia, probi mores, et diuturna iuſtitię obſeruatio, ad id electos cõmendet. Unde dñs pcipiẽs Moyſi, vt ſeptuaginta viros de vniuerſo iſrael in adiutoriũ ſuum eligeret, quibus ſpũs ſancti dona diuideret, ſuggeſſit, quos tu noſti, q ſenes populi ſunt. Uos ſiqdem, i ſeptuaginta viris ⁊ ſenibus ſignati eſtis: ſi p ſpũm ſeptiformem decalogum legis cuſtodientes: probi ⁊ maturi in ſciẽtia ſimiliter, ⁊ opere eritis. Sub eodẽ quoq; myſterio, ⁊ eãdem figura, in nouo teſtamento dñs ſeptuagintaduos elegit, atq; binos ante ſe in prędicationẽ miſit, vt doceret vbo ſimul, ⁊ facto, miniſtros eccleſię ſuę, fide, ⁊ opere debere eſſe perfectos, ſeu geminę dilectionis, dei ſcilicet et proximi virtute fundatos. Tales itaq; eſſe ſtudeatis, vt in adiutoriũ Moyſi ⁊ duodecim aplorum, epiſcoporum, videlicet catholicorũ, qui p Moyſen ⁊ apoſtolos figurant: digne p gratiã dei eligi valeatis. Hac certe mira varietate eccleſia ſancta circũdatur, ornatur, ⁊ regitur, cũ alij in ea Pontifices, alij minoris ordinis Sacerdotes, Diaconi, ⁊ Subdiaconi diuerſorũ ordinũ viri conſecrantur: ⁊ ex multis, ⁊ alternę dignitatis membris, vnũ corpus Chriſti efficitur.

Sacerdo. officium.

Itaq; dilectiſſimi fratres, quos ad noſtrum adiutorium, fratrum noſtrorum arbitrium cõſecrandos elegit: ſeruate in moribus veſtris caſtę ⁊ ſanctę vitę integritatem. Agnoſcite, qđ agitis. Imitamini, q tractatis: quatenus mortis dñicę myſterium celebrãtes, mortificare mẽbra veſtra a vitijs ⁊ cõcupiſcentijs oĩbus pcuretis. Sit doctrina veſtra ſpũalis medicina populo dei. Sit odor vitę vię, delectamentũ eccleſię chriſti, vt pdicatione atq; exẽplo ędificetis domũ, ideſt familiã dei: quatenus, nec nos de veſtra prouectione, neq; vos de tãti officij ſuſceptione, dãnari a dño, ſed remunerari potius mereamur. Quod ipſe vobis cõcedat per gratiam ſuã. ℟. Amẽ.

¶ Nota q hic leguntur Litanię ſup preſbyterandos ſi non ſint factę ordinationes ſubdiaconorũ vel diaconorum: quas reqre ſupra i ordinatione Subdiaconi. f. 137. ⁊ eundem modum ſeruabis.



VTRANQVE MANVM SVPER CAPVT.

POſt hęc ſurgunt omnes et preſbyterãdis coram Pontifice

tifice binis & binis ſucceſſiue genuflectentibus: Pontifex ſtans ibidem ante faldiſtorium cum mitra, & nulla oratione præmiſſa, imponit ſimul vtranq; manum ſuper caput cuiuſlibet ordinandi ſucceſſiue nihil dicens. Idem faciũt poſt eum omnes ſacerdotes ibidẽ præſentes. Quo facto tam Pontifex, quam ſacerdotes tenent manus dexteras extenſas ſuper illos. Et Pontifex ſtans cum mitra, dicit.

OReмus dilectiſſimi deũ patrem omnipotentẽ, vt ſuper hos famulos ſuos, quos ad presbyterij munus elegit, cœleſtia dona multiplicet: et quod eius dignatione ſuſcipiunt, ipſius conſequantur auxilio, Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Pontifex depoſita mitra conuerſus ad altare, dicit. Oremus. Flectamus genua. Et miniſtri. Leuate. Et mox verſus ad ordinandos, dicit.

EXaudi nos quęſumus domine deus noſter: et ſuper hos famulos tuos benedictionẽ ſancti ſpiritus, et gratię ſacerdotalis infunde virtutem: vt quos tuę pietatis aſpectibus offerimus conſecrãdos, perpetua muneris tui largitate proſequaris; Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat i vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus,

Cum extenſis manibus ante pectus; dicit.

PEr omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro. ℟. Dignum et iuſtum eſt.

VEre dignũ & iuſtum eſt: ęquum & ſalutare, Nos tibi ſemp & vbiq; gratias agere: dñe ſancte, pr̃ omnipotens, ęterne deus: honorum dator, & diſtributor oĩum dignitatum: p quem proficiũt vniuerſa: per quẽ cuncta firmantur, amplificatis ſemper in melius rationabilis naturę incrementis, per ordinẽ congrua ratione diſpoſitũ. Vnde et Sacerdotales gradus, atq; officia Leuitarũ, ſacramentis myſticis inſtituta creuerũt: vt cũ Pontifices ſummos regẽdis populis pręfeciſſes, ad eorũ ſocietatis, & operis adiumentũ, ſequentis ordinis viros, & ſecũdę dignitatis eligeres. Sic & in erẽmo per ſeptuaginta virorum prudẽtum mentes: Moyſi ſpũm propagaſti, quibus ille adiutoribus vſus, in populo innumerabiles multitudines facile gubernaret. Sic & in Eleazaro, et Ithamar filijs Aaron paternę plenitudinis abundantiã tranſfudiſti: vt ad hoſtias ſalutares, et frequentioris officij ſacramentum, miniſterium ſufficeret ſacerdotum. Hac prouidentia domine apoſtolis filij tui doctores fidei comites addidiſti, quibus illi orbem totum ſecundis prędicationibus impleuerũt.

Qua

Quapropter īfirmitati quoque noſtrę domine quęſumꝰ hęc adiumenta largire: qui quanto fragiliores ſumus, tanto his pluribus indigemus. Da quęſumus omnipotens Deus in hos famulos tuos Presbyterij dignitatē: innoua in viſceribus eorum ſpiritum ſanctitatis, et acceptum a te Deus: ſecundi meriti munuſ obtineant: cenſuramque morum exemplo ſuę conuerſationis inſinuent. Sint prouidi cooperatores ordinis noſtri, eluceat in eis totius forma iuſtitię, vt bonam rationem diſpenſationis ſibi creditę reddituri, ęternę beatitudinis pręmia conſequantur, Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Pontifex ſedet accepta mitra, et reflectit orarium, ſiue ſtolam ab humero ſiniſtro cuiuſlibet, capiens partem quę retro pendet, et imponens ſuper humerum dextrum, aptat eam ante pectus in modum crucis, ſingulis dicens.

STOLAM APTAT.

ACcipe iugum Domini: iugum enim eius ſuaue eſt, et onus eius leue.

Poſtea imponit cuilibet ſucceſſiue caſulam vſque ad ſcapulas, quam quilibet teneat ſuper humeros complicatam, a parte anteriori deorſum dependentem, ſingulis dicens.

CASVLAM PONIT.

ACcipe veſtem ſacerdotaleꝫ, per quam charitas intelligitur: potens eſt enim dominuſ augere tibi charitatem, ꝛ opus perfectum. ℟. Deo gratias.

Surgit Pont. ſine mitra, ꝛ dicit.

DEus ſanctificationuꝫ oium author, cuius vera cōſecratio: plenaqꝫ bn̄dictio eſt. Tu dn̄e ſuper hos famulos tuos, quos Presbyterij honore dedicamus, munus tuę bene ✠ dictionis infunde, vt grauitate actuum, ꝛ cenſura viuendi probēt ſe eſſe ſeniores, his inſtituti diſciplinis, quaſ Tito ꝛ Timotheo Paulus expoſuit: vt ī lege tua die ac nocte omniqꝫ tempore meditantes, quod legerint credant, qđ crediderint doceāt, quod docuerint imitenť: iuſtitiam, conſtantiam, miſericordiam, fortitudinem, cęteraſqꝫ virtutes in ſe oſtendant: exēplo prębeant, admonitione confirment, ac purum ꝛ imaculatum miniſterii ſui donum cuſtodiant, ꝛ in obſequium plebis tuę panē ꝛ vinuꝫ in corpus ꝛ ſanguineꝫ filij tui immaculata benedictione transformentꝛ iuiolabili charitate, in virum perfectum, ꝛ in menſurā ętatis plenitudiniſ Chriſti: in die iuſti, ꝛ ęterni iudicij, conſcientia pura, fide plena, ſpiritu ſancto pleni perſoluāt, Per eundem dn̄m noſtrum Jeſum chriſtū filium tuuꝫ: qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate eiuſdeꝫ ſpiritus ſancti deus, per oia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amē. Sine mitra.

Tunc

Tunc Pontifex ad altare conuerſus, flexis genibus, incipit Hymnum.

Sine mitra. **Veni creator ſpiritus: mentes tuorum viſita, imple ſuperna gratia, quę tu creaſti pectora.**

Surgit Pontifex ſedet in faldiſtorio cum mitra, & dum proſequitur hymnum, extrahuntur ei anuli, & chirothecę, & reponũtur ſibi anuli, & imponitur ei gremiale, ſiue mappula ſuper gremium. Et ſinguli ordinati coram eo genuflectunt.

Qui paraclitus diceris: donum dei altiſſimi: fons viuus, ignis, charitas, & ſpiritalis vnctio.

Tu ſeptiformis munere: dextrę Dei tu digitus: tu rite promiſſum patris, ſermone ditans guttura.

Accende lumen ſenſibus: infunde amorem cordibus, infirma noſtri corporis: virtute firmans perpeti.

Hoſtem repellas longius: pacemque dones protinus: ductore ſic te preuio: vitemus omne noxium.

Per te ſciamus da patrem: noſcamus atque filium: te vtriuſque ſpiritum, credamus omni tempore.

Gloria patri domino: natoque qui a mortuis: ſurrexit ac paraclito, in ſeculorum ſecula. Amen.

Pontifex cum oleo cathecumenorum vngit vnicuique ambas manus ſimul iunctas, in modum crucis, producendo cum pollice ſuo dextro, in dictum oleum intincto, duas lineas: videlicet a pollice dextrę manus, vſque ad indicem ſiniſtrum, & a pollice ſiniſtro, vſque ad indicem dextrum, vngendo mox totaliter palmas, dũ quemlibet vngit dicens.

MANVS VNGIT.

Conſecrare, & ſanctificare digneris domine manus iſtas, per iſtam vnctionem, et noſtram bene ✠ dictionem.

Pontifex producit manu dextra ſignum crucis ſuper manus illius, quem ordinat et proſequitur.

Ut quęcunque benedixerint benedicantur, et quęcunque conſecrauerint conſecrentur, et ſanctificẽtur: in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti. Et quilibet ordinandus reſpondet. **Amen.**

Tunc Pontifex claudit ſeu iungit manus cuilibet ſucceſſiue: quas ſic conſecratas aliquis miniſtrorum Pontificis albo panniculo lineo ſimul: videlicet dexteram ſuper ſiniſtrã alligat: & mox vnuſquiſque ad ordinem ſuum redit, et ſic clauſas et alligatas manus tenet. Omnium manibus vnctis, et conſecratis: Pontifex manus lauat, et tergit: tũ tradit cuilibet ſucceſſiue **calicem** cum vino et aqua, **et patenam** ſuperpoſitam cum hoſtia, et ipſi illa accipiunt inter indices et medios digitos, ac cuppam calicis et patenam ſimul tãgunt, Pontifice, ſingulis dicente.

Claudit manus.

Miniſter ligat.

Lauat manus.



CALICEM CVM VINO.

Accipe poteſtatem offerẽdi ſacrificium deo, miſſaſq; celebrare, tam pro viuis, quam pro defunctis: in nomine domini.

Lauãt manus.

His peractis Põtifex lauat manus cum medulla panis: ſimiliter & ordinati Sacerdotes lauãt manus ſuas cum medulla panis, et aqua bene mundant, ac extergũt mappulis illis, quibus erant ligatę, et aqua ablutionis huiuſmodi proiicitur in ſacrarium.

Sine mitra.

¶ Pontifex manibus lotis deponit mitram, ſurgit, et amouetur faldiſtorium, et ad altare conuerſus in cornu epiſtolę dicit vltimum verſum tractus. ℣.

Qm̃ cõfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas dñi manet in ęternum.

Tum Capellanus aſſiſtens portat librum ad cornu euangelii, et Pontifex ſtans ante medium altaris, iũctis manib⁹ dicit ſecrete.

Munda cor meũ ac labia mea omnipotens Deus, qui labia Iſaię prophetę calculo mundaſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare mundare: vt ſanctum euãgelium tuum digne valeam nuntiare, Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Deinde dicit eodem modo ſtanſ.

Dominus ſit in corde meo, et in labiis meis, vt digne & competenter annuntiem euangelium ſuũ.

Et verſus ad cornu euãgelii iunctis manibus dicit intelligibili voce. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Signat ſe in fronte, ore, & pectore, dicens. Sequentia ſcti euãg. ſm Lucam. ℟. Gloria tibi domine. Luc. 13.

In illo tempore. Dicebat Ieſus turbis ſimilitudinẽ hãc. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, et venit quęrens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineę. Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quęrens fructum in ficulnea hac, et non inuenio. Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? At ille reſpondens dixit illi. Domine, dimitte illam, et hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, et mittam ſtercora. Et ſi quidem fecerit fructum: ſin autẽ in futurum ſuccides eam. Erat autem docens in ſynagoga eorum ſabbathis. Et ecce mulier, quę habebat ſpiritum infirmitatis annis decem et octo, et erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quam cum videret Ieſus, vocauit ad ſe, et ait illi. Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, et confeſtim erecta eſt: et glorificabat Deum. Reſpondens Archiſynagogus indignãs

quia

Digitized by Google

quia Sabbatho curaſſet Jeſus dicebat turbę. Sex dies ſunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, et curamini, et non in die ſabbathi. Reſpõdens autem ad illum Jeſus dixit. Hypócritę, vnuſquiſq; veſtrũ ſabbatho non ſoluit bouem ſuum aut aſinũ a pſepio, ⁊ ducit adaquare? Hanc autẽ filiam Abrahę quam alligauit ſathanas: ecce decem et octo annis, non oportuit ſolui a vinculo iſto die ſabbathi? Et cuȝ hęc diceret: erubeſcebant omnes aduerſarij eius. Et omnis populus gaudebat, in vniuerſis, quę glorioſe fiebant ab eo.

Pontifex deoſculatur textũ euãgelij ⁊ altare, ac verſus ad populum dicit. **Dñs vobiſcũ.** ℟. **Et cũ ſpũ tuo.** Et iterum verſus ad altare, dicit. **Oremus.** Offerto.

Domine deus ſalutis męę, in die clamaui ⁊ nocte coram te: intret oratio mea in conſpectu tuo domine.

CANDELAS OFFERVNT.

Ponitur faldiſtorium ante medium altaris, ⁊ Pontifex accepta mitra ibi ſedet: ⁊ oẽs ordinati accedunt bini ⁊ bini, ⁊ coram eo genuflexi, offerunt illi ſingulos cereos ſiue ſingulas candelas, ⁊ oſculãtur eius manum: primo Preſbyteri, tum diaconi, ſucceſſiue alij ſuo ordine. Accepto ſingulorum offertorio, extrahuntur anuli Pontifici, et lauat manus, quibus abſterſis, reaſſumit anulos, ⁊ ſurgit, ac tollitur faldiſtorium et mitra.

¶ Interim Preſbyteri ordinati, retro Pontificem, vel hinc, et inde, vbi magis commodum erit in terra genuflexi, habeãt libros Miſſales coram ſe, ſuper ſcabellis, ſeu bancis ordinatis, vbi commode dicere poſſint cum Pontifice ſecretas, ⁊ omnia alia de miſſa: prout dicit Pontifex. Qui tamen bene aduertat, ꝙ ſecretas moroſe dicat: ⁊ aliquantulum alte: ita, vt ordinati ſacerdotes poſſint ſecum omnia dicere, ⁊ pręſertim verba conſecrationis, quę dici debent eodem momento per ordinatos, quo dicuntur ꝑ Pontificem. Demum Pontifex verſus ad altare offert patenaȝ cum hoſtia, ⁊ alijs particulis pro numero ordinatorum, dicens.

Miſſales teneant.

Moroſe dicat ſecretas.

PATENAM OFFERT.

Suſcipe ſancte, pater omnipotens, ęterne Deus, hanc immaculatam hoſtiam, quaȝ ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo viuo ⁊ vero: pro innumerabilibus peccatis ⁊ offenſionibus, et negligentijs meis, et pro omnibus circunſtãtibus: ſed ⁊ pro omnibus fidelibus chriſtianis, viuis atq; defunctis: vt mihi et illis proficiat ad ſalutem in vitam ęternam. Amen. Quando mittit aquam in calicem, dicit.

Deus, qui humanę ſubſtantię dignitatem mirabiliter condidiſti, ⁊ mirabilius reformaſti: da nobis per huius aquę ⁊ vini myſteriuȝ, eius diuinitatis eſſe conſortes: qui humanitatis no-

ſtrę fieri dignatus eſt particeps Jeſus chꝛiſtus filius tuus dominus noſter: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſancti deus, Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amē.

Dum offert calicem, dicit.

Offerimus tibi domine calicem ſalutaris, tuam depꝛecantes clementiā: vt in conſpectu diuinę maieſtatis tuę, pꝛo noſtra, ⁊ pꝛo totius mundi ſalute, cū odore ſuauitatis aſcendat. Amen.

Deinde dicit orationem.

In ſpiritu humilitatis, et in animo cōtrito ſuſcipiamur a te domine: et ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi domine deus.

Sequitur oratio ſuper hoſtiam, ⁊ calicem cum ſigno crucis.

Veni ſanctificatoꝛ oīpotens ęterne deꝰ: ⁊ bñ ✠ dic hoc ſacrificiū tuo ſctō nomini ꝑparatū.

Pontifex accepta mitra accedit ad coꝛnu epiſtolę: ſtans lauat manus, dicens.

Cū mitra

Lauabo inter innocētes manus meas, ⁊ circundabo altare tuum domine.

Ut audiam vocem laudis tuę: et enarrem vniuerſa mirabilia tua.

Domine dilexi decoꝛem domus tuę ⁊ locum habitationis gloꝛię tuę.

Ne perdas cum impijs deus animam meam: ⁊ cum viris ſanguinum vitam meam.

In quoꝛum manibus iniquitates ſunt: dextera eoꝛum repleta eſt muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me et miſerere mei.

Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicam te domine.

Gloꝛia pā, ⁊ filio: ⁊ ſpūi ſancto.

Sicut erat in pꝛincipio, ⁊ nunc, ⁊ ſemper: ⁊ in ſecula ſclōꝝ. Amen.

Pontifex depoſita mitra inclinat ſe ante medium altaris, ⁊ dicit hanc orationem. Oratio.

Sine mitra.

Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationē, quam tibi offerimus, ob memoꝛiam paſſionis, reſurrectionis, ⁊ aſcenſionis Jeſu Chꝛiſti domini noſtri, ⁊ in honoꝛe beatę Marię ſemper virginis, et beati Johannis Baptiſtę, et ſanctoꝛum apoſtoloꝛum Petri ⁊ Pauli, ⁊ iſtoꝝ ⁊ omnium ſanctorum, vt illis pꝛoficiat ad honoꝛē: nobis autem ad ſalutem, et illi pꝛo nobis intercedere dignētur in cęlis: quoꝛum memoꝛiam facimus in terris. Per Chꝛiſtum dominum noſtrum. Amen.

Erigens ſe deoſculatur altare, ⁊ vertens ſe ad populum, dicat.

Orate fratres, vt meum ac veſtrum ſacrificiuꝫ acceptabile fiat apud deum patrem omnipotentem.

Circunſtantes reſpondeāt.

Suſcipiat dominus ſacrificium de manibus tuis, ad laudem, et gloꝛiam nominis ſui, ad vtilitatē quoque noſtram, totiuſque eccleſię ſuę ſanctę. Amen.

Deinde Pontifex iterum ad altare conuerſus: extēſis manibus ante pectꝰ, dicit ſecretas. Secre.

Oō

Digitized by Google

Concede queſumus omnipotens deus, vt oculis tuę maieſtatis munus oblatū, ⁊ gratiam nobis pię deuotionis obtineat, ⁊ effectum beatę perennitatis acquirat. Huius quęſum⁹ domine operare myſterijs: vt hęc munera dignis tibi mentibuſ offeramus, Per dominum noſtruȝ Jeſum Chriſtum filium tuū: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: Per omnia ſecula ſeculorum. Amē. Secreta.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutē: a cunctiſ nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in pręſenti, et gloriam in futuro. Da famulis tuis domine indulgentiam peccatorum, conſolationem vitę, gubernationem perpetuam: vt tibi ſeruientes, ad tuam iugiter miſericordiaȝ peruenire mereantur, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecuȝ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus,

Deinde intelligibili voce dicit prefationem manibus extenſis.

Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro. ℟. Dignum et iuſtum eſt.

Vere dignū ⁊ iuſtum eſt: ęquum ⁊ ſalutare: nos tibi ſemp̄ ⁊ vbiq; gratias agere: Domine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus, Per Chriſtum dn̄m noſtrum. Per quem maieſtatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremunt poteſtates. Cęli cęlorumq; virtutes ac beata ſeraphim, ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus ⁊ noſtraſ voces, vt admitti iubeas deprecamur, ſupplici confeſſione dicētes. Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus deus ſabaoth. Pleni ſunt cęli ⁊ terra gloria tua, Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine domini, Hoſanna in excelſis.



Digitized by Google











Inclinatus Pontifex coram altari iunctis manibus ſequentem dicit canonem.



Te igit clementiſſime pater, per Jeſuz Chriſtum filium tuum dominum noſtrum, ſupplices rogamus ac petimus, *Hic oſculatur altare: deinde erectis manibus dicit.* vti accepta habeas ꝛ benedicas, *Hic ter ſignet, tam ſuper hoſtiã, q̄ȝ ſuper calicem.* Hęc ✠ dona, hęc ✠ munera, hęc ✠ ſctã ſacrificia illibata: in primis, quę tibi offerimꝰ pro eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, ꝛ regere digneris: toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo Papa noſtro. *N.* ꝛ me indigno ſeruo tuo, ꝛ omnibus orthodoxis, atque catholicę ꝛ apoſtolicę fidei cultoribus.











Commemoratio pro viuis.

Memento domine famulorꝫ famularumqꝫ tuarum N. ⁊ omnium circunſtātium, quorum tibi fides cognita eſt ⁊ nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis: pro ſe, ſuiſqꝫ omnibus, pro redemptione animaruꝫ ſuarū, pro ſpe ſalutis ⁊ incolumitatis ſuę: tibiqꝫ reddūt vota ſua, ęterno deo viuo ⁊ vero. Actio.

Communicantes et memoriam venerantes: In primis glorioſę ſemperqꝫ virginis Marię, genitricis dei, ⁊ dn̄i noſtri Jeſu chriſti. Sed ⁊ beatorꝫ apoſtolorꝫ ac martyrum tuorꝫ Petri ⁊ Pauli, Andreę, Jacobi, Johānis, Thomę, Jacobi, Philippi, Bartholomęi, Matthęi, Simonis, ⁊ Thadęi, Lini, Cleti, Clemētis, Sixti, Cornelij, Cipriani, Laurentij, Chriſogoni, Johannis, et Pauli, Coſmę ⁊ Damiani: ⁊ omnium ſanctorum tuorum, quoruꝫ meritis precibuſqꝫ concedas: vt in oībus protectionis tuę muniamur auxilio, Per eundē Chriſtū dn̄m nr̄m. Amen. Infra actionē.

Hanc igitur oblationē ſeruitutis nr̄ę, ſed ⁊ cunctę familię tuę, quęſumꝰ dn̄e vt placatus accipias: dieſqꝫ noſtros in tua pace diſponas, atqꝫ ab ęterna dānatione nos eripi, ⁊ in electorꝫ tuorū iubeas grege numerari, Per Chriſtum dn̄m nr̄m. Amē. Oro.

Quam oblationem tu Deus in omnibus quęſumus.

Hic ſignet ter tam ſup hoſtiā, q̄ ſup calicē dicēs. bene ✠ dictam, aſcri ✠ ptā, ra ✠ tā, rationabilē, acceptabilēqꝫ facere digneris, vt nobis Hic ſup hoſtiam ſemel ſignet, ⁊ ſup calicem ſemel dicens. Cor ✠ pus, ⁊ ſan ✠ guis fiat dilectiſſimi filij tui domini noſtri ieſu Chriſti. Hic accipit hoſtiam in manibus, et eleuatis ſurſum oculis benedicit eam, dicens.

Qui pridie q̄ pateret, accepit panē in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: ⁊ eleuatis oculis in cęlum, ad te Deum patrem ſuum omnipotētem, tibi gratias agēs, bene ✠ dixit, fregit, deditqꝫ diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ manducate ex hoc omnes.

Hoc eſt eniꝫ corpus meum.

Hic corpꝰ chr̄i leuat, adeo vt a circūſtantibꝰ poſſit videri. Et depoſita hoſtia, calicem manibus accipiēs, gratiaꝫ agēs bn̄dicit, dicēs.

Simili modo poſtquam cęnatum eſt, accipiens et hunc pręclarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: Item tibi gratias agēs: bene ✠ dixit, deditqꝫ diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes.

Hic eſt eniꝫ calix ſanguinis mei: noui et ęterni teſtamēti: myſteriuꝫ fidei: qui pro

vobis

Digitized by Google

vobis et pro multis effundetur in remiſſionem peccatorū.

Hęc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.

Hic deponit calicē, deinde dicit.

Unde et memores domine nos ſerui tui, ſed ⁊ plebs tua ſancta, Chriſti filij tui domini noſtri, tam beatę paſſionis, nec non et ab inferis reſurrectionis: ſed ⁊ in cęlos glorioſę Aſcenſionis, offerimus pręclarę maieſtati tuę de tuis donis ac datis.

Hic ter ſignet ſuper corpus ⁊ ſanguinem, et deinde ſuper corpus ſemel: ⁊ itidem ſuper ſanguinem dicens. Hoſtiā ✠ purā, hoſtiam ✠ ſanctā, hoſtiam ✠ imaculatā, panem ✠ ſanctum vitę ęternę, et calicem ✠ ſalutis perpetuę.

Supra quę propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, et accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, ⁊ ſacrificium patriarchę noſtri Abrahę, et qđ tibi obtulit ſummus Sacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum ſacrificium immaculatā hoſtiam.

Hic inclinet ſe ⁊ dicat.

Supplices te rogamus omnipotens deus, iube hęc perferri per manus ſancti angeli tui, in ſublime altare tuum, in conſpectu diuinę maieſtatis tuę.

Hic erigit ſe, ⁊ oſculato altari, dicit. vt quotquot ex hac altaris participatiōe, ſacroſctūm filij tui

Hic ſuper hoſtiam, et deinde ſuper calicem ſignet, dicens. Cor ✠ p⁹ ⁊ ſan ✠ guinē ſumpſerim⁹,

Hic ſe ipſum ſignet, dicēs. omni bene ✠ dictione cęleſti, et gratia repleamur, Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis.

Memento etiam domine famulorū famularumqꝫ tuarum. N. qui nos pręceſſerūt cum ſigno fidei, ⁊ dormiunt in ſomno pacis: ipſis domine et omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij lucis ⁊ pacis, vt indulgeas deprecamur, Per eundem Chriſtum dñm noſtrum. Amen.

Hic percutiat pectus ſuum aliquantulum altius, dicens.

Nobis quoqꝫ peccatoribus famulis tuis, de multitudine miſerationum tuarum ſperantibus, partem aliquam ⁊ ſocietatē donare digneris, cū tuis ſanctis apoſtolis ⁊ martyribus, cum Johāne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anaſtaſia. Et oībus ſanctis tuis, intra quorum nos conſortium, non ęſtimator meriti, ſed venię, quęſum⁹ largitor admitte, Per chriſtum dominū noſtrum.

Per quem hęc omnia domine ſemper bona creas.

Hic ſignet ter tam ſuper hoſtiā quā ſuper calicem, dicens. ſancti ✠ ficas, viui ✠ ficas, bene ✠ dicis, ⁊

pręſtas

Digitized by Google

preſtas nobis. Hic diſcooperiat calicem, ⁊ accepta hoſtia, ter cum ea ſignet ſuper ſanguinē, dicens.
Per ip ✠ ſum, ⁊ cum ip ✠ ſo, ⁊ in ip ✠ ſo. Hic cum ipſa hoſtia bis inter ſe, et calicem ſignet dicens. eſt tibi deo patri omni ✠ potēti, in vnitate ſpūs ✠ ſancti oīs honor ⁊ gloria. Hic cū dextera manu hoſtiam tenens: calicē deinde erigat cum vtraqȝ manu, dicens.
Per omnia ſecula ſeculoruȝ. ℟. Amen. Hic reponit hoſtiā, ⁊ calicē ipſum cooperit, dicēs.
Oremus. Preceptis ſalutaribus moniti, ⁊ diuina inſtitutione formati, audemus dicere.
Pater noſter, qui es in cęlis: ſanctificetur nomē tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat volūtas tua: ſicut in cęlo ⁊ in terra. Panē noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. Amē. Deinde dicit.
Libera nos quęſum⁹ domine ab omnibus malis, pręteritis, pręſentibus, ⁊ futuris, ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa ſemper virgine dei genitrice Maria, ⁊ beatis apoſtolis tuis Petro et Paulo, atqȝ Andrea, ⁊ omnibus ſanctis: da propitius pacē in diebus nr̄is, vt ope miſericordię tuę adiuti, ⁊ a peccato ſimus ſemꝑ liberi, ⁊ ab oī ꝑturbatione ſecuri. Hic accipit patenam dextera manu, ⁊ cū ea ſe ſignat: ⁊ eādem ſub mittens hoſtię, ponit hoſtiam in patena, ⁊ diſcooperto calice reuerenter, hoſtiam per mediū ſuper calicem frangit, dicēs. Per eundem dominum noſtrum Jeſum chriſtum filium tuū. Et mediam partem quam dextera tenet, ponit in patena. Et de illa, quam tenet in ſiniſtra, frāgit particulam, et medię parti, quę eſt in patena adiungit, dicēs. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Reliquam vero partem dextera ſuper calicē tenēs Pontifex: calice deīde parū eleuato, dic.
Per omnia ſecula ſeculoruȝ. ℟. Amen. Hic depoſito calice, ter cum particula illa ſignat ſuper calicem tantum, dicens.
Pax ✠ dn̄i, ſit ✠ ſemper vobiſ ✠ cum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
Hic ponit particulam hoſtię in ſanguine, dicens.
Fiat cōmixtio ⁊ conſecratio corporis ⁊ ſanguinis dn̄i noſtri Jeſu chr̄i, accipiētibus nobis in vitā ęternā. Amē. Deinde dicit.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.
Agnus dei, q tollis peccata mundi: dona nobis pacem.
Hic inclinat ſe ante corpus Domini, dicens.
Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti apoſtolis tuis: paceȝ meam do vobis, pacem relinquo vobis, ne reſpicias peccata mea, ſed fidem eccleſię tuę: eamqȝ ſecundum

eundum voluntatem tuam pacificare, ꝛ coadunare dignare. Qui viuis ꝛ regnas deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Pontifex oſculatur altare, et dat primo ex ſingulis ordinatis cuiuſlibet ordinis ad eū ſucceſſiue accedenti: ꝛ altare prius ad dextrā Pontificis deoſculāti, pacē dicēs.

Pax tecum. Cui ille reſpondet. Et cum ſpiritu tuo. Et quilibet illorum dat ſequenti ſui ordinis ſecum ordinato: ꝛ ille alteri, et ſic vſque ad vltimum continuat. Si autem ordinatorū paruus ſit numerus, Pōtifex poterit dare pacem ſingulis. Quibus peractis Pontifex iterum inclinatus ante corpus Christi, dicit.

Domine Jeſu Chriſte fili dei viui, qui ex volūtate patris cooperante ſpiritu ſancto: ꝑ mortem tuam mundum viuificaſti, libera me per hoc ſacrum corpus ꝛ ſanguinem tuū ab omnibꝰ iniquitatibus meis, ꝛ vniuerſis malis, ꝛ fac me tuis ſemper inhęrere mandatis, ꝛ a te nunꝗ̄ ſeparari permittas. Qui cum eodem deo patre, ꝛ ſpiritu ſancto, viuis ꝛ regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

Perceptio corporis tui domine Jeſu Chriſte, qđ ego indignus ſumere pſumo, non mihi proueniat in iudicium et cōdemnationē, ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamentum mentis ꝛ corporis, et ad medelam percipiendam, Qui viuis ꝛ regnas cū deo patre in vnitate ſpūs ſancti deus, Per oīa ſecula ſeculorum.

Hic accipit patenam cum corpore Chriſti, ꝛ cū maxima reuerentia ꝛ humilitate, dicit.

Panem cęleſtem accipiam, ꝛ nomen domini inuocabo. Hic percutiat pectus ſuum, ter dicens.

Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, et ſanabitur anima mea.

Hic ſumat corpus reuerenter, ſignans ſe illo, dicens.

Corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

Hic poſtea ſi quid remanſerit in patenā, cum digito reponit in calicem: et cum reuerentia deinde accipit calicem ipſum, dicens.

Quid retribuā domino, pro omnibus quę retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, ꝛ nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum, et ab inimicis meis ſaluus ero.

Hic ſumat ſanguinem: ſignans ſe ipſo, dicens.

Sanguis domini noſtri Jeſu chriſti, cuſtodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

COMMVNICATVRI ACCEDANT.

Et priuſꝗ̄ digitos abluat, accedunt ad altare omnes ad ſacros ordines promoti. Primo Presbyteri, deinde Diaconi, tandē Subdiaconi, quibus ordinate diſpoſitis ꝛ genuflexis, Pontifex facta reuerentia ſacramēto, ꝛ aliquantulum

tulum verſus cornu euangelij, ſe retrahens, ad eos ſe conuertit, & ſinguli ex Diaconis et Subdiaconis, dicunt ſubmiſſa voce.

Confiteor deo omnipotenti. &c.

Et Pontifex ſtās capite detecto, verſus ad illos, dicit intelligibili voce.

Sine mitra.

Miſereatur veſtri omnipotens deus, & dimiſſis omnibus peccatis veſtris, pducat vos ad vitam eternam. R. Amen.

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſioné peccatorum veſtrorum, tribuat vobis omnipotens & miſericors dominus. R. Amé.

Et manu dextra ſignū crucis ſuper eos communiter producit.

¶ Presbyteri ante communionem non dicunt confeſſioné, neqꝫ datur eis abſolutio, quia concelebrāt Pontifici: propterea ſi nō ſunt alij ordinati, cōfeſſio, & abſolutio predicte omittuntur. Tum accedunt ad ſupremum gradum altaris bini & bini. Pontifex vero verſus ad altare facit reuerentiam ſacramento, & ponit plures hoſtias conſecratas ſuper patenam, quarū ori cuiuſlibet communicandi ſupponit: & ſingulos cōmunicat, cuilibet dicens.

Cuilibet dicit.

Corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat te, et perducat in vitam eternam.

Quilibet reſpondet. **Amen.**

Et priuſquā communionem ſumat, manum Pontificis hoſtiam tenentem oſculatur. Unus miniſtrorum Pontificis ſtat iuxta cornu epiſtole altaris: calicem habens, non illum cum quo Pontifex celebrauit, ſed alium cum vino, & mappulam mundam in manibus, ad quem ſinguli communicati accedunt, & ſe purificāt, os extergunt, & ad partem ſe locant. Omnibus communicatis Pontifex extergit patenam ſuper calicem ſuum, et ſuper eum digitos abluit: ſumit ablutionē, dicens.

Quod ore ſumpſimus domine, pura mente capiamus: & de munere temporali, fiat nobis remedium ſempiternū. Corpus tuū domine, quod ſumpſi, & ſanguis quem potaui, adhereat viſceribus meis: et preſta: vt in me non remaneat ſcelerum macula, quem pura et ſancta refecerunt ſacramenta, Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per oia ſcla ſeculorum.

Deinde accipit mitrā & lauat manus.

¶ Pōtifex lotis manibus mitra depoſita, ſtans in cornu epiſtole altaris, verſus ad illud, dicit infraſcriptum **Reſponſorium.**

Quando omittitur.

Quod quidē omittitur cum reliquis, que ſequuntur vſqꝫ ad cōmunionem excluſiue, ſi non ordinauit aliquē ad pſbyteratū. R.

Iam non dicā vos ſeruos ſed amicos meos, quia omnia cognouiſtis, q̄ operat' ſum in medio veſtri halab. Accipite ſpiritum ſanctum in vobis paraclitū, Ille eſt quem pater mittet vobis halab. V. Uos amici mei eſtis, ſi feceritis que ego precipio vobis. Accipite ſpiritum ſanctum in vobis paraclitum. V. Gloria patri, & filio & ſpiritui ſancto. Ille eſt

Digitized by Google

eſt quem pater mittet vobis halleluiah.

Dicto reſponſorio, Pontifex accepta mitra, vertit ſe ad ordinatos ſacerdotes, qui ante altare coram ipſo ſtantes, ſimul profitentur fidem, quam prędicaturi ſunt, dicentes

Credo in Deum patrē omnipotentem, creatorem cęli, & terrę. Et in Jeſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub pontio Pilato, crucifixus mortuus, & ſepultus. Deſcēdit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcēdit ad cęlos, ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Credo in ſpiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicam. Sanctorum communionē, Remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Et vitā ęternā. Amē.

Quo finito Pontifex cum mitra ſedens ſupra faldiſtoriū ante mediū altaris: imponit ambas manus ſuper capita ſingulorū, corā eo genuflectentiū, dicēs cuilibet.

MANVS SVPER CAPVT.

Accipe ſpiritum ſanctū, quorum remiſeris peccata remittuntur eis, et quorum retinueris retenta ſunt.

CASVLAM EXPLICAT.

Deinde explicās caſulam quam vnuſquiſque habet ſuper humeros complicatam: induit illa quēlibet ſingulis, dicens.

Stola innocētię induat te dñs.

Et mox vnuſquiſq; iterū ad Pontificem accedit, & genuflexus ponit manu; ſuas iunctas, inter manus Pontificis, dicētis cuilibet.

Promittis mihi & ſucceſſoribus meis reuerentiā & obedientiam? Et ille reſpondet.

Promitto, Si vero Pontifex non eſt ſuus diœceſanus, ſeu ordinarius dicit ſingulis cū manus eorū inter ſuas tenet, vt prefert.

Promittis Pontifici ordinario tuo pro tempore exiſtenti, reuerentiam et obedientiam?

Et ille reſpondet. **Promitto.**

Tum Pontifex tenens manus illius inter ſuas, oſculatur vnumquēq; dicēs. **Pax domini ſit ſemper tecum.** Et ille rñdet. **Amen.** *Oſculans dicit.*

His expletis, & omnibus ad ordinem ſuū reuerſis, Pontifex ſedens cū mitra, dicit ad eos ſtātes;

Quia res quam tractaturi eſtis, ſatis periculoſa eſt fratres chariſſimi: moneo vos diligenter: vt honeſte totius miſſę ordinem, & hoſtię cōſecrationem & fractionem atq; cōmunionem, ab alijs iam doctis ſacerdotibus diſcatis, priuſquam ad celebrandum miſſam accedatis.

Poſt hęc Pontifex depoſita mitra ſurgit, & amoto faldiſtorio cōuertitur ad altare: & in cornu epiſtolę dicit communionem. *Depoſita mitra pſequitur miſſam.*

¶ Ordinati Sacerdotes retro Pontificem in locis ſuis genuflexi, perficiunt ſecrete cum Pontifice

ſice [illegible]m. **Communio.**

Menſe ſeptimo feſta celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios iſrael: cum educerem eos de terra egypti: ego dñs deus veſter. Pontifex oſculato altari in medio, ꝟſus ad populũ, dicit. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Et ꝯuerſus ad altare dicit. Oremus. Poſtcõmu.

Perficiant in nobis dñe quęſumus tua sacraméta, qđ cõtinent: vt quę nunc ſpe gerimus rerum veritate capiamꝰ. Quos tuis dñe reficis ſacramentis, continuis attolle benignus auxilijs, vt tuę redemptionis effectum, et myſterijs capiamus ⁊ moribus, Per dñm nr̃m Jeſum chꝛm filiũ tuum: qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſancti deus: per oia ſecula ſcloꝝ. ℟. Amé. Oremus.

Mundet ⁊ muniat nos quęſumus dñe diuini ſacramenti munus oblatum, ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato. N. ⁊ omnibus ſanctis a cunctis nos reddat et peruerſitatibus expiatos; et aduerſitatibus expeditos.

Libera quęſumus dñe a peccatis ⁊ hoſtibus tibi famulos ſupplicantes, vt in ſancta conuerſatione viuentes, nullis afficiantur aduerſis, Per dñm nr̃m Jeſum Chꝛiſtũ filium tuũ: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſcti deꝰ: p oia ſecula ſcloꝝ. ℟. Amen.

Et oſculato altari in medio, verſus ad populũ, dicit. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Et conuerſus ad altare, dicit. Benedicamꝰ dño. ℟. Deo grãs. Deide aliquãtulũ iclinatus, dicit.

Placeat tibi ſancta Trinitas obſequium ſeruitutis meę, ⁊ pręſta, vt ſacrificium, qđ oculis tuę maieſtatis indignus obtuli: tibi ſit acceptabile, mihiq; ⁊ omnibus pro quibus illud obtuli, ſit te miſerante propitiabile, Per Chꝛiſtum dominum nr̃m. Amé.

Quo dicto, Pontifex accepta mitra ⁊ baculo paſtorali, ꝟtit ſe ad ordinatos, ⁊ ſtãs hortat eos communiter ſub his verbis, dicens. Cũ mitra ⁊ baculo.

Fratres chariſſimi diligéter conſiderate ordiné per vos ſuſceptũ, ac onus humeris veſtris impoſitũ: ſtudete ſancte ⁊ religioſe viuere, oipotenti deo placere: vt gratiam ſuam poſſitis acquirere, quã ipſe vobis per ſuã miſericordiam concedere dignetur.

Singuli ad primã tonſurã, vel ad quatuor minores ordines ꝓmoti: dicite ſemel ſepté pſalmos penitétiales, cũ litanijs, verſiculis, ⁊ orationibus. Ad diaconatũ vel ſubdiaconatũ, nocturnum talis diei. Ad preſbyteratum vero ordinati, poſt primaȝ ſuã miſſam, in tribus imediate tunc ſequentibꝰ diebꝰ, tres alias miſſas: videlicet. Unam de ſpiritu ſancto. Aliã de btã Maria ſemp ỽgine. Tertiam ꝓ fidelibꝰ defunctis dicite: ⁊ oipotentem Deũ etiam pro me orate. Quod illi deuote ſuſcipiunt, ⁊ reſpondent ſe facturos. Poſtremo bene

benedicit eis genuflectentibus, verſus ad illos, dicens.

B Enedictio dei oīpotētis, pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs ✠ ſancti, deſcendat ſup vos, vt ſitis benedicti in ordine ſacerdotali, ⁊ offeratis placabiles hoſtias pro peccatis, atqꝫ offenſionibus populi, oīpotenti deo, cui eſt honor ⁊ gloria in ſecula ſcl̄oꝝ. ℟. Amē.

Tūm Pontifex cōuertens ſe ad altare, dicit. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Initiū ſancti euangelij ſecundum Johannem.

In principio erat verbum. ⁊c.

Signat altare et ſe, et reuertitur cum euangelium ipſum dicit, ad faldiſtoriū ſuū vbi exuitur ſacris veſtibus. Ordinati etiam ad preſbyteratuꝫ dicunt idē euangeliū, ⁊ in locis conuenientibus ſacras veſtes deponūt: ⁊ cum eis alij ordinati. Si vero Pontifex non ordinauit aliquem ad preſbyteratum, dicto per eum Placeat. ⁊c. accepta mitra dat benedictioneꝫ ſolitā, dicens Sit nomen dn̄i. ⁊c.

Tunc admonet ordinatos, vt ſupra dictum eſt: omittens partem preſbyteros concernentē: tū conuerſus ad altare, dicit. Dominus vobiſcum. Et alia vt ſupra.

¶ Poſt miſſam, finito euangelio ſancti Johannis: dum Pontifex exuitur ſacris veſtibus, dicit infraſcriptas gratiarum actiones. Antiphona.

TRium puerorum cantemus hymnum quem cantabant ſancti in camino ignis benedicentes dn̄m. Pſalꝰ.

BEnedicite omnia opera domini domino: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite angeli domini domino: benedicite cęli domino.

Benedicite aquę omnes, quę ſuper cęlos ſunt domino: benedicite omnes virtutes domini dn̄o.

Benedicite ſol, ⁊ luna domino: benedicite ſtellę cęli domino.

Benedicite imber ⁊ ros dn̄o: benedicite oīs ſpūs dei domino.

Benedicite ignis ⁊ ęſtus dn̄o: benedicite frigus ⁊ ęſtas domino.

Benedicite rores ⁊ pruina dn̄o: benedicite gelu ⁊ frigus dn̄o.

Benedicite glacies ⁊ niues dn̄o: benedicite noctes ⁊ dies dn̄o.

Bn̄dicite lux ⁊ tenebrę dn̄o: benedicite fulgura ⁊ nubes dn̄o.

Benedicat terra dominum: laudet ⁊ ſuperexaltet eum in ſecula.

Benedicite montes ⁊ colles domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra domino.

Benedicite fontes dn̄o: benedicite maria ⁊ flumina domino.

Bn̄dicite cęte ⁊ omnia quę mouentur in aquis dn̄o: benedicite omnes volucres cęli domino.

Benedicite oēs beſtię ⁊ pecora dn̄o: benedicite filij hoīum dn̄o.

Benedicat iſrael dn̄m: laudet et ſuperexaltet eum in ſecula.

Benedicite ſacerdotes domini dn̄o: benedicite ſerui dn̄i dn̄o.

Benedicite ſpiritus ⁊ animę iuſtorū domino: benedicite ſancti ⁊ humiles corde domino.

Bn̄dicite anania, azaria, miſael do-

domino: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicamus patrem ꝛ filium cum ſancto ſpiritu: laudemus et ſuperexaltemus eum in ſecula.

Benedictus es dñe i firmaméto celi: laudabilis ꝛ glorioſus ꝛ ſuperexaltatus in ſecula. Alius pſalm.

Laudate dominū in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutib⁹ eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tube: laudate eum in pſalterio ꝛ cithara.

Laudate eū i tympano ꝛ choro: laudate eū in chordis ꝛ organo.

Laudate euꝫ in cymbalis beneſonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.

Gloria patri ꝛ filio: ꝛ ſpūi ſctó.

Sicut erat in principio, ꝛ nūc, et ſemper, ꝛ in ſecula ſeculoꝝ. Amē.

Deinde repetitur Antiphona.

Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant ſancti in camino ignis benedicentes dominum.

Qua repetita Pontifex ſtans detecto capite verſus ad altare, ſi ſit prope illud dicit.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. ℟. Et ſancti tui benedicant tibi. ℣. Exultabunt ſancti in gloria. ℟. Letabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Non nobis domine non nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpū tuo. Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flāmas ignium: concede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitioꝝ.

Alia oratio.

Actiones noſtras queſum⁹ dñe aſpirādo preueni, ꝛ adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio ꝛ operatio a te ſemper incipiat, et per te cepta finiatur, Per chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Imprimendi conceſsio.

Imprimatur quia multum vtile & proficuum opus: prius tamen videatur á R. P. M. ſacri palatij Vir. Vic. &c.

Frater Petrus Paulus Grannarinus de Aretio Magiſter ſacri palatij, imprimatur.

INDEX MISSARVM, quę in hoc libro continentur.

Sabbatho quatuor temporum aduētus. fo. 9.
Sabbatho quatuor temporum quadrageſimæ. fol. 29.
Sabbatho ante dominicam paſſionis. 49
Feria quinta in cœna Domini. 79
Sabbathi ſancti Miſſa. 85
Sabbatho quatuor temporum poſt dominicam Pentecoſtes. 110
Sabbatho quatuor temporū Septēbris. 131

BREVE COMPENDIVM
DIVERSORVM CASVVM,

Tam collationem, quam executionem ordinum Eccleſiaſticorum impedientium. Ex quamplurimis ſacrorum Canonum aliorumq; doctorum locis: ad communem omnium claram intelligentiam & vtilitatem in vnum collectorum.

Per R. P. D. Hier. Machabæum Epiſcopum Caſtrenſem, & pontificiæ cappellæ Præfectum.

Digitized by Google

Digitized by Google

HIERONYMVS MACHABÆVS EPISCOPVS CASTRENSIS.

Candido Lectori.

QVàm ſit neceſſaria orthodoxæ fidei patribus, ſacrarum literarum peritia, Lector Candidiſsime, per comminantem Prophetæ vocem datur intelligi, dum dicitur. Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Oſeæ. c. 4. Ex quo facilè patet, eos qui per ignorantiam peccauerint, per ignorantiam eſſe perituros. ſiquidem à Domino ſciuntur, vel ignorantur, qui ea, quæ Dei ſunt, ſapiunt, vel ignorant. c. qui ea. diſt. 34. Vnde cum ſacri canones in ſacerdotibus, & multo magis in Epiſcopis tria coniunctim requirant, ætatis videlicet maturitatem, morum honeſtatem, & literarum ſcientiam. c. cum in cunctis. de elect. profectò ſi illa duo priora abſque tertio in Epiſcopo concurrant, meritò poteſt tanquàm indignus ab Epiſcopatu remoueri. c. fina. de ætat. & qual. cum non liceat Epiſcopo canones ignorare. c. nulli. diſtin. 38. ignominioſumque ſit ei, ſi tunc quærat ab alijs edoceri, cum ipſe alios docere debeat. d. c. nulli. non enim ſufficit prælatis bona conuerſatio, & morum honeſtas, niſi addatur ſcientia doctrinæ. c. qui eccleſiaſticis diſtinct. 26. Quamobrem ne deſit Epiſcopis ſacros ordines conferre volentibus materia vacandi ſtudijs, erroresque vitandi, qui fortaſſe, vel prælatorum negligentia, vel examinantium culpa, in eis conferendis committi poſſunt: atque etiam vt cautiores reddantur, & promotores, & promouendi ne craſſæ, & ſupinæ aut cuiuſlibet ignorantiæ generis poſsint accuſari: à qua nemo immunis redditur. gloſſ. c. ignorantia. diſtinct. 38. Si vel ipſi indignis conferant, vel ij qui promouendi ſunt, ſacros ordines indignè recipiant: cum ſacerdotum inſcitia nec excuſatione ſit digna, nec venia. c. ſi in laycis. diſtinct. 38. adnotationes ſubſequentes, per libros ſacrorum canonum diffuſas, ſummatim vnum in locum colligere decreui. Non equidem vt doctiores (veluti ſus Mineruam vt dicitur) inſtruere velim, aut legum profeſsionem mihi arrogem: Sed vt ij qui eam ob rem ad ipſos voluminum apices commodius recurrere volunt: hoc veluti, indice, longæ inquiſitionis laborem effugiant.

Vale.

Digitized by Google

SVMMARIORVM INDEX.

De tempore quo conferendi ſunt ſacri ordines. car.3
De loco vbi conferendi ſunt ſacri ordines. car.3
De perſona Epiſcopi ordinare volẽtis. car.3
De forma promotionis. car.3
De ordinatis ab eo quem conſtat Epiſcopum non fuiſſe. car.4
De Epiſcopo qui renuntiauit Epiſcopatui. car.4
De conditionibus ordinandorum. car.4
De examine faciendo. car.4
De ætate ordinandorum. car.5
De licentia danda ordinandis. car.5
De clerico peregrino, & ignoto. car.5
De titulo. car.6
De minoribus ordinibus. car.6
De ſacris ordinibus. car.6
De furtiuè ordinatis. car.6
De eo qui per ſaltum promouetur. car.6
De non ordinato miniſtrante. car.6
De illegitimis. car.6
De bigamis non ordinandis. car.6
De his qui matrimonium contrahere poſſunt. car.7
De obligatis ad ratiocinia. car.7
De corpore vitiatis. car.7
De publice pœnitentibus. car.8
De criminoſis. car.8
De homicidis. car.8
De apoſtatis. car.8
De infamibus. car.8
De furioſis. car.8
De furibus. car.8
De litigioſis. car.8
De neophitis. car.8
De non baptizatis. car.8
De ſeruis non ordinandis. car.9
De vſurarijs. car.9
De ſimoniacis. car.9
De hęreticis. car.9
De excommunicatis. car.10
De ordinibus eccleſiaſticis. car.10
Quales aſſumendi ſunt ad clerum. car.10
De Oſtiarijs. car.10
De lectoribus. car.10
De exorciſtis. car.10
De acolytis. car.11
De ſubdiaconis. car.11
De Diaconis. car.11
De præsbyteris. car.11
Quare vocatur ordo. car.12

Digitized by Google

SVMMARIA DIVERSORVM CASVVM PRO SACRIS ECCLESIASTICIS ORDINIBVS.

De tempore quo conferendi ſunt ſacri ordines.

TEmpora, quibus ordinationes ſacrorum ordinum fieri debent, ſunt hæc. Sabbata quatuorum temporum. Sabbatum ante Dominicam de paßione, & Sabbatum Sanctum.c.de eo.de temp. ord.vbi gl.ibi.ver.nota.& glo.verb.pertinere.c.literas.& Hoſt.in ſum.eo.tit.nu.3.verſi. Maiores.

Temporum interſtitia inter ordinem, & ordinem, ſecundum antiquos canones: vt.c.in ſingulis.diſtinct.77.hodie non ſeruantur. vnde laycus in Carniſpriuio: in feſto Reſurrectionis presbyter eſſe poteſt.clem.fin.in glo.verb.Obſeruantiam.de æta.& qual.& Hoſt.in ſum.de temp.ord.& qual.ord.nu.31.verſ.Hoc tamen.

In Sabbato ante Penthec.aut alijs feſtiuitatibus, ordinationes non ſunt faciendæ: etiam ſi conſuetudo contraria ſit: quæ dicenda eſt potius corruptela. Hoſtien.in ſum.de temp.ordi.& qual. ordi. numero 3. verſi.Maiores.

In Sabbato Sancto ſi ordinationes fiant: quia Miſſa eo die celebrari deberet poſt exordia noctis, quæ luceſcit in prima Sabbati (licet hoc non ſeruetur de vniuerſali conſuetudine) poſſunt tamen ordinationes fieri in mane diei Dominici: continuato ieiunio, tam ab ordinatore, quàm ab ordinandis.c. quod à patribus. vbi etiam,& gloſ. ibi per totum diſt.75.

Minores ordines conferri poſſunt Dominicis,& Feſtiuis diebus.Nec debet magnus numerus ordinari: ne videatur generalis ordinatio.c.de eo.de temp. ord.& gl.ibi.verb.aut duos.& Hoſt.in ſum.de tempo.ord.& qual.ord.nu.3.verſ. Quod ſi.

Epiſcopus, dum celebratur Miſſa conſecrationis ſuæ, ordines conferre non debet.c.quod ſicut.§.Epiſcopus.de elect.& elect.pot.

Solus Romanus Pontifex (qui ante hymnum angelicum conſecratur, & poſtmodum ipſe miſſarum ſolennia incipit, & perficit conſecratus) in die conſecrationis ſuæ, ualet ordines celebrare.c. quod ſicut.§. ſuper.de elect.& elect.pot.

Archiepiſcopus, ante receptum pallium, ordines conferre non debet.c.Quod ſicut.§.Epiſcopus. de electio.& elect.pot.

Epiſcopus extra tempora ordinans, priuatur poteſtate conferendi ordines, quos illicitè contulit gloſ. verb.Canonica.c.cum quidem de temp.ord.

Ordinati ad ſacros extra tempora, ſuſpenduntur ab ordine ſic ſuſcepto.c.cum quidam de temp.ord.recipiunt tamen caracterem, & poteſt cum eis diſpenſari.c.conſultationi eo. tit. caracterem recipiunt, ſed nudum, & inefficacem, & mortuum. Verum aliquando per Papam, aliquando per Prælatum diſcretum viuificari poteſt, & reddi executio. Hoſti.in ſum.de temp.& qual.ord.nu.34.

De loco vbi conferri debent ſacri ordines.

ORdinationes ſacrorum ordinum, tempore congruo, in eccleſia cathedrali, ſolenniter, et multis coràm aſtantibus fieri debent.c. ordinationes presbit. diſt.75. vbi etiam.& gloſ.ibi. licet Epiſcopi indiſtinctè ordines celebrent infra ſuã Diocæſim, vbicunque elegerint: licet ſine cauſa hoc facere non deberent.Hoſt.in ſum.de temp.& qual. ord.nu.34.verſ.ſunt etiam.

Non poteſt Epiſcopus ordines celebrare in aliena Diocæſi, ſine licentia proprij Epiſcopi, nec poteſt in ſua Diocæſi ordinare clericos alterius Diocæſis.tamen tenet ordinatio ſi fiat de facto: ſed ordinans eſt ſuſpenſus, & ordinatus non habet executionem ordinum.glo. verb.nota primo.c. ſi Epiſcopus. de præb. lib.6.& c.eos qui.cum glo.de temp. ord.d. lib.6.& c.illud quoq;.diſt.71.& c.Epiſcopus.7.q.j. & c.nullus Epiſcopum, cum ſeq.9.q.ij.

De perſona Epiſcopi ordinare volentis.

EPiſcopus qui ſcienter promouet indignum, depoſitionem meretur glo. verb. ordinationis.c.ſi qui Epiſcopi.j.q.j.et c.ſi qui Epiſcopi.25.q.ij.& glo.verb.ordine.c. qui eccleſiaſticis diſciplinis.diſt.36.

Epiſcopus plures clericos poteſt ſimul ordinare. gl.fi.c.Cum ſis.de conſ.eccl.vel alt.

Epiſcopus ordinans ante legitimam ætatem: ſuſpen=

Digitized by Google

ſpenditur à collatione ordinum . capitu. vel non . de tempor.ordin.

Licet tam promouens quàm promotus indebitè : debeat puniri: plus tamen punitur ordinans, quia debet eſſe prudentior, et quia tanquàm maior plus delinquit. Hoſt.in ſum.de temp. & qual.ord.num.34. verſ.ſed nunquid.& diſt.81.c.tantis Daniel.

Ordinans, et ordinatus magis delinquunt , quàm repræſentator : cum in poteſtate eorum ſit ordinem conferre, uel recipere: & ideo magis puniuntur. Sed repræſentator magis punitur alio reſpectu : quia ſuſpenditur ab executione omnium ordinum : ſed ordinans tantum à collatione ordinis, quem contulit : & ordinatus ab executione eiuſdem ordinis, & ſic puniuntur in eo, in quo deliquerunt. Hoſt.in ſum.de ſimon.nu.14.verſ.ſi quæras.

Epiſcopus promouendo non diſpenſat. gl. verb.diſpenſare.de æta.& qual.lib.6.

Præcipimus ne vnquàm illicitas ordinationes facias: nec bigamum , aut qui virginem non eſt ſortitus vxorem, aut ignorantem literas , vel qualibet parte corporis vitiatum, vel pœnitentiæ, vel Curiæ aut cuilibet conditioni obnoxium , ad ſacros ordines permittas accedere : ſed ſi quos huiuſmodi repereris non audeas promouere.c.præcipimus.diſt.34.

De forma promotionis.

ANnuæ ſuſpenſioni ſubiaceat, qui præter Canonum formam aliquem ordinat.c.nullus pœnitentem.diſt.55.in ſum.

Miſſa videtur eſſe de ſubſtantia conſecrationis hac ratione, quia conſecrationes Epiſcoporum, Eccleſiarum, et confectio Chriſmatis, debent fieri cum miſſa.de celeb.miſſ.c.te referente.& de conſe.diſt.j. ca. omnes baſilicæ. Et vno contextu ſine aliquo interuallo: & ille qui conſecrat debet miſſam celebrare : & ita officium illud totum continuum debet fieri ſine interpoſitione, vel mutatione aliqua perſonarum : niſi magna neceſſitas caſualiter ſuperueniret.7.q.1.c. nihil.& c.illud. quia ſic ordinauit Eccleſia Romana , & obſeruatur: & idem ſit , & obſeruatur in collatione ſacrorum ordinum. Ex hac conſideratione videtur quòd miſſa ſit de ſubſtantia conſecrationis, contrarium enim conſueuit dici & verum eſt , quòd miſſa non eſt de ſubſtantia conſecrationis : quia diuerſa ſunt conſecratio, & miſſa : ſed propter virtutem, & reuerentiam ſacramentorum, & ordinum, ſtatuit Eccleſia quòd quando talia celebrantur, ſemper cum Miſſa celebrentur: contra.eſt not.77.diſt.in ueteri.tamen ſi huiuſmodi ſolennitates non ſeruarentur, nihilominus ualerent conſecrationes, et ordinum collationes clericorum: ſed qui contrà facerent: punirentur ordinantes, et ordinati: quia contra ordinationem Eccleſiæ, & contra illud quod Eccleſia ſeruat fecerunt. Hæc omnia notata ſunt in gloſſ. verb.diuidatur.c.quod ſicut.de elect.& elect.pot.uide etiam & gloſſ.c. cum ſis.de conſ.ec.vel alt.& Hoſtien.in ſum.de temp.& qual.ord.nume.35.verſ.Vgo. & de ſacr.vnc.nume.7.verſ.ſed nunquid. & de ſim. nu.13.verſ.eſt tamen. & de auct. & vſu. pal.§.j. verſ.videtur ergo.

Sine clericorum conſilio, & Populi teſtimonio , nullum Epiſcopus ordinare præſumat.c. quando . in fin.diſt.24.cum.c.ſeq. & Hoſt.in ſum.de temp.& qual.ord.nu.34.verſ.ſunt etiam.

In ordinatione; & ordinantes, & ordinandi ieiunare debent.glo.verb.ieiunantes.c. reliqui diſtin. 67.& c.quod à patrib. diſt.75.& glo.verb.à ieiunis.c.ſacramenta.de conſ.diſt.j. & Hoſt.in ſum.de ſacra.vnct.nu.6.

Licet diebus Dominicis, & alijs præcipuis feſtiuitatibus, ſiue inter Paſcha , & Penthecoſten Genium flexio nequaquàm fieri debeat , niſi aliquis ex deuotione id velit facere in ſecreto. In conſecrationibus tamen Epiſcoporum , & clericorum ordinationibus: conſecrans & conſecratus tantum, genua flectere poſſunt: ſecundum quod conſecrationis modus requirit.c.quoniam.§.diebus.de ferijs.

Ordines debent gradatim conferri , vt clericus qui ad presbyteratum uult aſcendere, primùm Oſtiarius, deinde lector, poſtea exorciſta, inde Acolytus, deinde Subdiaconus , deinde Diaconus , & poſtea Presbyter, exinde ſi meretur Epiſcopus conſecretur. c.illud, nos.diſt.77.& c.ſi officia.diſt.59. Et qui aliter præmotus eſt, non habet adminiſtrationem. Hoſtien.in ſum. de cler. per. ſal. prom.numero 1.verſicu. Mihi.

In ordinibus conferendis : mos Apoſtolicæ ſedis ſeruandus eſt; hoc excepto , quòd inferiores vti poſſunt baculo paſtorali: quo tamen Romanus Pont.nõ vtitur. Hoſt.in ſum.de ſacra vnct.nu.14.

Epiſcopus tranſlatus ante receptionem pallij, non poteſt ordines conferre , infra decretam ſibi prouinciam. Hoſt.in ſum.de auct.& vſu. pal, nu.1. verſic.ſed nunquid.

Archiepiſcopus ſine pallio ſacros ordines conferre

ferre non debet. Hoſt. in ſum. de auct. et vſu. pal. §. j. nu. 1. & etiam eo. nu. verſ. videtur ergo.

Epiſcopi abſoluant ad cautelam ordinandos, publice in Eccleſia ab omni excōicationis vinculo: & cum eiſdem ab omni irregularitate diſpenſent, in quibus poſſunt, et debent ſecundum Deum, et Canones: Hoſt. in ſum. de ſcrut. in ordi. fac. nume. vlt. in fin. verſ. in ſumma.

Sacramentum ordinis, ideò magis diſcretè conferendum eſt, quàm alia ſacramenta: quia alia pro recipiente tantum, iſtud verò pro alijs confertur. Vnde debet conferri non ſolū ſine omni culpa, ſed etiam ſine omni infamia. gl. fi. c. ſi qui Epiſcopi. j. q. j.

Ordinatus extra formam Eccleſiæ: iterum debet ordinari: alias non. c. Daibertum. j. q. 7.

Latini à græcis, et Græci à latinis non debent promoueri, niſi ſeruata forma Eccleſiæ Romanæ. c. cum ſecundum. de temp. ord.

Si in ordinatione, vnum de ſubſtantialibus omittitur, non valet quod agitur; ſed totum eſt iterandum. Hoſt. in ſum. de ſacr. vnct. nu. 4. verſ. quid ſi. & nu. 7. verſ. patet.

Si in ordinatione Diaconi, Subdiaconi, vel presbyteri, fuerit aliquid omiſſum; non fiet iteratio: ſed ſtatutis temporibus ſupplebitur prætermiſſum. cap. j. de ſacr. non iter. & glo. c. presbyter. eo. tit.

Si aliquid fuerit omiſſum in collatione ordinum quod non ſit ſubſtantiale, ſed tantum ſolenne, non debet iterari; ſed debet cautè ſuppleri, quod incautè fuerat prætermiſſum. Hoſt. in ſum. de ſacra. vnct. nu. 7. verſicu. quædam verò ſolennia; & de cler. per. ſal. prom. nume. 4.

Reordinationes fieri non debent. c. non licet fieri. de conſ. diſt. 4.

Epiſcopus ordinem conferens, non poteſt ſuper ordinandum manum imponere: & interim alius orationem legere: quod ſi fecerit; ordinatus careat ordine, quem perverſe acquiſiuit. c. quorundam. diſt. 23. & Hoſt. in ſum. de ſacra. vnct. nume. 5. verſicu. item quòd unus.

De ordinatis ab eo quem conſtat Epiſcopum non fuiſſe.

Ordinati ab eis, quos conſtat Epiſcopos non fuiſſe: ſi ſint bonæ vitæ, & eruditi in miniſterio Chriſti, & in lege diuina, ſunt iterum ordinandi. c. presbyteri. diſt. 68.

De Epiſcopo qui renuntiauit Epiſcopatui.

Epiſcopus, qui renunciauit Epiſcopatui; ſi renuntiauit loco tantum Ciuitatis, poteſt inuitatus ab alio Epiſcopo ordines conferre ſicut prius. c. j. de ord. ab ep. qui ren. ep. hoc intellige in ſua Diocæſi quondam, et in extranea à Diocæſano rogatus. Hoſt. in ſum. de ord. ab ep. qui ren. ep. ſed ſi renuntiauit loco, & dignitati: non poteſt ordines conferre. Si verò quis à tali ordinetur ad minores, uel ignoranter ad ſacros, poteſt cum eo Epiſcopus ſuus diſpenſare; ſi verò ſcienter ad ſacros: non poteſt cum eo Epiſcopus diſpenſare. d. c. j. de ord. ab ep. qui renuntiauit epiſcopatui.

De conditionibus ordinandorum.

Tria reqriruntur circa eos qui ad ſacros promouentur, ætatis maturitas, morum grauitas, & literarum ſcientia. c. cum in cunctis. de elect.

Promouendus debet eſſe bonæ famæ, & opinionis, ita quòd in nullo vacillet eius opinio. glo. verb. conuerſatio. c. in Lateranenſi. de præb. & dig. & gl. verb. ordinandos. c. conſtitutus. de purg. can. quia eccleſia infamatur, cum ex promotione infamium dedecoratur. Hoſt. in ſum. de oblig. ad. ratioc. ord. vel. non. nu. 5. verſ. obligatus.

Nullus ordinetur clericus, niſi probatus fuerit, vel examine Epiſcoporum, vel populi teſtimonio. c. nullus diſt. 24.

Ad receptionem ordinum requiritur, vt ordinato non obſtet aliquod canonicum impedimentum. gloſſ. nota. in verb. nota finaliter. clement. fina. de ætat. & qual.

Qui de aliquo crimine accuſatur, vel denuntiatur, interim promoueri non poteſt. c. omnipotēs deus. de accuſatio. in ſum. donec de hoc inquiratur, uel inde ſe purgauerit. glo. ibi.

Dignitas & excellentia ordinis clericalis, turpibus, & infamibus committi non debet. Hoſtien. in ſum. de fil. presb. nu. 6. §. quæ eſt cauſa.

Contra conſcientiam nullus debet promoueri. gloſſ. verb. Nota. capitul. ad aures. De ætat. & qualita.

Cum aliquis non vult promoueri, nec neceſſitas, vel vtilitas eccleſiæ vrget, non eſt cogendus. gloſſ. verb. quæritur. c. j. diſt. 74.

Mulieri

Digitized by Google

Mulieri non ſunt ordines conferendi. Hoſtien. in ſum. de temp. & qual. ord. nu. 31. verſ. ſed & præter. & de big. non ord. nu. 6. verſ. ſed quare.

Homini illiterato non eſt danda tonſura. c. vlti. de temp. ord. lib. 6. & c. illiteratos. diſt. 36. & nimis inſufficiens deponendus eſt. Hoſt. in ſum. de temp. et qual. ord. nu. 2.

Tonſura non poteſt dari coniugato, niſi vt religionem intret. ca. fi. de temp. ord. lib. 6.

Medicus licite promouetur, ſi eum nõ remordet conſcientia. c. ad aures. de ætat. & qual. Ei enim non imputatur euentus mortalitatis; & tamen imperitia, eius culpæ annumeratur. gl. verb. A medicis. c. ſi quis à medicis. diſt. 55.

Minus idoneus in ſacerdotem promoueri, uel ad regimen animarum aſſumi non debet. ca. cum ſit. de æta. & qual. in ſum.

Qui receperint dignitatem, vel perſonatum, ſeu officium, vel aliud beneficium animarum curam habens annexam: ſi antea ſimile beneficium obtinebãt: illud (quo ipſo iure poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerint, vel per eos omni dolo, & fraude ceſſantibus, quo minus habeant ſteterit, priuati noſcuntur) abſque moræ diſpendio in ordinariorum manibus dimittere debeat pari modo: alioquin ex tunc ſint ipſo iure ſecundo priuati: & nedum ad ſacros ſuſcipiendos ordines inhabiles reputentur. in extrauagan. ca. execrabilis. §. qui verò. de præb.

In ſacerdote promouendo, eminens ſcientia exigitur, ſed competens toleratur. Quæ autem dicatur cõpetens determinare non poſſum: quia ſecundum varia loca, variæ regulæ tradendæ eſſent. Ideo arbitrio iudicis relinquendum. Arbitrabitur ergo iudex in omnibus: ſed in Canonico eminentem ſcientiam non requiret, Item ſcientia attendenda eſt reſpectu loci: quia licet habeat competentem ſcientiam in Agenſi Eccleſia non tamen in Toloſana. Ergo in maiori loco propter maiorem vtilitatem maior ſcientia requiritur: quia circa maiora, maius periculum vertitur. Hoſt. in ſum. de ætat. & qual. ord. præf. nu. 5. verſi. ſcientia & nu. 6.

Melius eſt habere paucos, & bonos ordinatos, quàm multos, & inutiles: qui graue onus ordinatori afferant. c. talem. diſt. 23.

De examine faciendo.

Minores ordines, & maiores, ſine examinatione conferẽdi non ſunt. c. ſi quis. diſ. 24. et gl. fi. ibi. et Hoſt. in ſum. de ſcrut. in ord. fac.

Per tres continuos dies ante ſabbatum ordinationum, qui promouendi ſunt, diligenter examinentur: & ſic ſabbato qui probati ſunt Epiſcopo repreſententur. c. quando in fi. diſt. 24. & Hoſt. in ſum. de ſcrut. in ord. fac. nu. 5. Nec debent rigidè, & amarè examinari, ſed cum quodam temperamento: vt non requiratur nimia perfectio. gloſſ. verb. inueſtigent. d. ca. quando.

Promotus ſine examinatione, debet deponi. ca. ſi qui ſine. diſ. 81. etiam ſi alias ſit idoneus. gl. verb. confeſſi in fi. c. ſi quis diſt. 24.

Præſentatio ordinandorum, & eorum examinatio, ad Archidiaconum pertinet. c. vt noſtrum. & c. ad hæc. verſ. in quadam. de off. Archidi.

Clerici collaterales Epiſcopi, debent probare, & examinare ordinandos; & ordinandi debent eſſe probati, populi teſtimonio. Quod ſi neutrum iſtorum interueniat: Epiſcopus non debet præſumere facere ordinationem. glo. verb. dictum. c. quando diſt. 24.

Circa promouendos, tria potiſſimum requirenda ſunt, ætas legitima, literatura ſufficiens; & morum honeſtas. Et ſi non fuerint in his tribus examinati; deponendi ſunt. gloſſ. verb. inueſtigent. cap. quando. diſtinct. 24.

Ordinandi ſubtiliter examinandi ſunt: & inquirendum eſt de natione in qua nati ſunt, ſcilicet an ſint de illa Diocæſi. & de natione ſcilicet: an legitimè nati: an ſint bonæ famæ: Quia in nullo debet eorum opinio vacillare: & an ſint criminoſi. gl. verb. ordinandos. c. conſtitutus. de purg. can.

Ignotus ſi ſine examinatione fuerit ordinatus: quamuis alias dignus; eſt tamen deponendus. Et fit hoc vel in odium illius qui ſine examinatione ordinatus eſt, vel in odium illius qui taliter ordinauit. Hoſt. in ſum. de ſcrut. in ord. fac. nu. 6. & gloſ. verb. confeſſi. c. vlt. diſt. 24.

Si examinator indignos præſentauerit. Epiſcopus tenetur de facto examinatoris. gl. verb. examinentur. c. ad hæc. de off. Arch.

Examinatio per alium facta non valet, niſi per ſuperiorem approbetur, & ipſemet Epiſcopus poteſt examinare, vel ſaltim examinationi intereſſe: quia puniretur, ſi indignum ordinaret. Et examinatus iterum examinatur: et etiam probatus reprobatur. Hoſtien. in ſum. de ſcrut. in ord. fac. nu. 1. & 3. verſ. cum quilibet. & verſ. ſi dicis.

Quilibet ordinandus tenetur prodere ordinatori, ſeu examinatori ſuo, crimen ſuum enorme, ſiue defe-

Digitized by Google

defectum ſuſceptionem ordinis impedientem: alias ordinatus debet deponi.glo. verb. confeſſi.c. ſi quis. diſt.24.& gl.verb.non prodidit.c.ex pœnitentibus diſt.50.& Hoſt.in ſum.de ſcrut.in ord.fac.num.6. per totum.

Quem Epiſcopus nouit ſufficientem,et idoneum, aut alias dignum ad ſuſcipiendum ordines, is non debet examinari.gl.c.nullus.diſt.24.& gl.verb. ignoto.c.de petro.diſt.47.& glo.verb.ſiue.in fi.c.ſi quis ſine.diſt.81.& Hoſt.in ſum.de ſcrut.in ord.fac.nu. 6.verſ.quod ſi.

De ætate ordinandorum.

Ordinatus ante legitimam ætatem: recipit caracterem,ſed ſuſpenditur executio ordinis vſque ad legitimam ætatem.c.uel non de temp.ord.

Minori ſeptem annorum non debet conferri tonſura.glo.verb.infanti.c.Nullus.de temp.ord.lib.6. & gl. verb.infantiæ.c.de his.diſt.28.& glo.verb. ſi ab infantia.c.in ſingulis.diſt.77. nec debet dari niſi compleuerit ſeptimum annum. Clem.fina. gloſſ.j. de ætat.& qual.

In decimo octauo anno ad Subdiaconatum, in uigeſimo ad Diaconatum, et vigeſimo quinto ad præſbyteratum poteſt quis libere promoueri.clem. fin.de ætat.& qual.& ſufficit quòd attingat annum ordini deputatum.vbi gloſſ.j.ibi.& gloſſ. verb. in decimo octauo.

De licentia danda ordinandis.

Clericus quantum ad facultatem recipiendi ordines, poteſt tres Epiſcopos habere, Epiſcopum domicilij,Epiſcopum originis, & Epiſcopum beneficij.c.cum nullus.de temp. ord. lib.6.& omnes iſti poſſunt ordinare, & dare licentiam recipiendi ordines ab extrario Epiſcopo; & ideò quilibet iſtorum poteſt dici proprius Epiſcopus, vbi glo.j.d.c.cum nullus. & ibi dicitur quis habere domicilium, ubi maiorem partem rerum ſuarum habet; alias ſola domus poſſeſſio, quæ in ciuitate alia comparatur,domicilium non facit.glo.verb. domicilium.d.c.cum nullus. licet ibi comparauerit domum non cauſa habitandi: ſolam enim habitationem comparare in aliena ciuitate: non facit domicilium.gloſſ. verb.ſi alterius.capit. vt Dominicis de paroch. & alien.paroch.

Epiſcopo in remotis agente: ipſius in ſpiritualibus Vicarius generalis, vel ſede vacante Capitulum, ſeu is ad quem tunc temporis adminiſtratio ſpiritualium noſcitur pertinere: dare poſſunt licentiam ordinandi.c. cum nullus.§. eos qui. de temp. ord. lib. 6. ſed hodie talibus Vicarijs datur ſuper hoc expreſſa poteſtas: ita quòd etiam Epiſcopis præſentibus tales licentiam concedunt.gloſſ.verb. Remotis.in fin.d.c. cum nullus. officialis autem Epiſcopi; eo ipſo quòd eſt officialis,regulariter non poteſt: niſi de hoc fieret expreſſa mentio in creatione officialis. gloſſ. j. d.c. cum nullus: nec talis licentia poteſt alij delegari, niſi ſit Epiſcopus is,cui delegatur: quia ea,quæ ordinis ſunt, ſiue dignitatis; minori ſe delegare non poteſt Epiſcopus. Hoſtien. in ſumma. de conſ. eccl. vel alt. numero.2.

Durante tempore ſuſpẽſionis Epiſcopi, à collatione ordinum,poſtquàm eius ſuſpẽſio fuerit manifeſta: poterunt ſubditi ſine eius licentia à vicinis Epiſcopis ordinari.c. eos qui.§.clericis.de temp.ord.li.6.Quod intellige præcedente debita examinatione, & ſcrutinio; & temporibus debitis.& modo debito, videlicet non furtiuè,vel per ſaltum,vel per plures ſacros eodem die,vel duobus continuato ieiunio.gl.fi. uerb. canonica.d.c.eos qui.

Inferiores Prælati, vt ſunt Abbates, Archipræsbyteri,uel Archidiaconi: non poſſunt dare licentiam ſubditis ſuis vt ab extraneo Epiſcopo ordinentur.c.cum nullus.§.inferiores.de temp.ord.lib.6.

Religioſus ſine licentia ſui Prælati promoueri non debet.c.ad aures.de temp.ord.& c.monachi uagantes.16.q.j.

Prior religioſus, habens prioratum in aliqua Diocæſi, dependentem à monaſterio Abbatis alterius Diocæſis; licet ſit manualis, & reuocabilis ad nutum Abbatis, poteſt cum ſuo ſocio ordines recipere ab Epiſcopo illius Diocæſis,in qua eſt prioratus: vel ab eodem habere literas commendatitias ad ordines, in caſu. in fin. capitu. cum nullus. de tempo. ord.lib.6.

Abbas ſi eſt præsbyter, & eſt benedictus, poteſt in ſuo monaſterio ordinem clericalem conferre. c. cum contingat. de ætat. & qual. poteſt etiam conferre ordinem Oſtiarij, & Lectoris, non autem Exorciſtæ, vel Acolyti faciendi ius habet, niſi habeat ex priuilegio, vt omnes minores ordines conferat.c.2.diſtin.68. vbi etiam & glo.ibi. verb. lectoris.

Epiſcopus non debet dare licentiam recipiendi ordines

Digitized by Google

ordines ab alio Epiſcopo: niſi conſtet ſibi quòd tales habeant titulum.glo.verb.nota vlterius.c.ſi Epiſcopus.de præb.lib.6.

Mandatum directum de certa perſona ordinanda ſimpliciter, videtur approbare illā perſonam tanquam habilem ad ordines.gl.uerb. nota finaliter.c.ſi Epiſcopus.de præb.lib.6.

Cum proprius Epiſcopus committit alteri Epiſcopo ordinationem certorum clericorum, & nominatorum: Epiſcopus, cui facta eſt commiſsio, non tenetur inquirere, an nominati ſint idonei, vel ne: ſed debet præſumere, quòd committens præſentauit ſibi idoneos. Et ſi tales ordinati reperiuntur ſine titulo, eſt imputandum committenti, & non ordinanti. gloſſ. verb.nota quòd cum.c.ſi Epiſcopus.de præb. lib.vj. & committens tenetur ordinatis prouidere de vitæ neceſſarijs, donec eis de competenti beneficio ſit prouiſum, & tranſit talis obligatio ad ſucceſſores.gl. uerb. ad præmiſſa.d.c.ſi Epiſcopus.

Ordinatus à non proprio Epiſcopo ſine licentia ſui Epiſcopi, executionem ordinum non habet, nec poteſt ad ſuperiores ordines aſcendere, niſi prius per proprium Epiſcopum fuerit cum eo diſpenſatum, iniuncta ſibi competenti pænitentia: dummodo idoneus, & probabilis uitæ fuerit, ac ſine prauitate aliqua ſit promotus.c.Lugdunenſis, & c.nullum, & c.Epiſcopum.9.q.2. & c.illud quoque.diſt.71. & c.ſi Epiſcopus.de præb.lib.6.

Ordinatus à Papa, ad ſuperiores ordines promoueri non debet ſine licentia Papæ: nec poteſt cogi ab Epiſcopo recipere ordines.c. cū in diſtrib. in ſum. & gloſſ.ibi. verb.indultum.de temp. ord. & Hoſt. in ſum.de temp.ord. & qual.ord.nu.33. verſ.cauendum. ſed non per hoc eximitur à iuriſditione ſui Epiſcopi.c.per tuas.de maio. & obed. & glo.verb.non habet.c.filium.1.q.1.

De mandato Papæ poteſt præsbyter criſmare in fronte: quia omnia ſacramenta quæ recipit præsbyter, ex delegatione Papæ conferre poteſt. Vnde diaconus poteſt conferre Diaconatum, & confirmare in fronte: ſed non poteſt ei Papa demandare, vt conferat ordinem, quem non habet: vel etiam vt conficiat corpus Chriſti: quia ſolis præsbyteris dictum eſt, hoc facite in meam commemorationem.gl. uerb.concedimus.c.peruenit.diſt.95. & glo.verb. irritum.c. manus, de conſ.diſt.5.

Archiepiſcopus non poteſt dare licentiam clerico Epiſcopi ſuffraganei ad recipiendum ordines ab alio Epiſcopo. Hoſtien. in ſum.de poſt. prælat. nu.6. verſic. Alij. Nec poteſt in Diocæſi ſui ſuffraganei ſine licentia ordinationem facere, niſi hoc habeat ex conſuetudine, aut priuilegio. Si tamen aliter quis ordinatus fuerit, ſine prauitate alia, & is qui ordinauit, geſsit in mentem quòd proprius prælatus ratum haberet, radificari poteſt à prælato proprio, & diſpenſatione obtenta, ordinum executionem habebit. Hoſtien.in ſum.de tempo.ord. & qual. ord. numero.5.verſic.vel de ſacris.in fin. & .9.quæſt.2.capit. Lugdunenſis.

Scolares, ſi de licentia prælatorum, cauſa ſtudiorum aliquò accedant, parrochiani erunt Epiſcopi, ad cuius eccleſiam deſcendunt, dum ibi erunt: & infra. Non tamen ipſos ſine ſpeciali licentia poterit ordinare. ratio hæc eſt: quia ſi ordines non recipit, nec ſibi, nec alij paratur præiudicium, & uoluntatis eſt ipſos recipere. nec hoc debet facere contra uoluntatē antiqui, & proprij prælati. Hoſt.in ſum.de parroch.et al.par.§.quis intelligatur parrochianus.uerſ.quid de ſcolaribus? per totum.

De clerico peregrino, & ignoto.

PEregrinus, & ignotus poteſt appellari, omnis qui non ſit de Epiſcopatu ordinantis, ſiue ſit clericus, ſiue laicus. quia talis recipi nō debet ab Epiſcopo alieno ad ordines, vel ad dignitates, uel eccleſiaſtica ſacramenta. Hoſ.in ſum. de cler.pereg.nu.1.

Clericus peregrinus, & ignotus, qui iurat ſe ordinatum, niſi aliter probet, in illo ordine non ſuſcipietur, nec ad ſuperiores promouebitur: præſertim antequam conuerſatio eius fuerit approbata. cap. inter quatuor. de cler.pereg. vbi etiam & gloſſ.verb. & conſecrentur. verſicu. item quare.c. præsbyteri. diſtinct.68. ſed ſi habet literas ſui Epiſcopi, & ſigillum notum ſit: admitti poteſt. Habens verò literas Domini Papæ commendatitias, ſeu teſtimoniales, vbique recipiendus eſt in ordine ſuo. Hoſtien. in ſum. de cler. pereg. numero 3. ſi verò tam clericus quàm ſigillum ignoti ſunt, non admittitur publicè, niſi habeat ſigillum quinque Epiſcoporum. Hoſtien.ibi.

Omnes qui in peregrinatione fuerint baptizati, eo quòd eorum minime ſit cognita vita, placuit ad clerum non eſſe promouendos in alienis prouincijs. c. fin.diſtin.98.

Digitized by Google

De titulo.

NOn licet Epiſcopo aliquem ordinare ſine titulo. Quod ſi fecerit, tenetur ei prouidere vnde viuere poſſit. c. Non liceat. & c. Epiſcopus & c. Cum ſecundum. De præb. & dign. & glo. c. ſi Epiſcopus de præb. lib. 6. Nec debet Epiſcopus dare licentiam recipiendi ordines ab alio Epiſcopo. niſi conſtet ſibi quod tales habeant titulum. gl. verb. Nota vlterius. d. c. Si Epiſcopus.

Ad titulum patrimonij poteſt quis promoueri. c. tuis quæſtionibus. & c. Epiſcopus. de præb. & dign. & ordinandus ad titulum patrimonij, debet expreſſe ordinari ad titulum patrimonij, alias habet actionem contra ordinantem. gl. verb. titulum. c. ſi Epiſcopus. de præb. & dig. lib. 6.

De minoribus ordinibus.

PSalmiſta ſeu Cantor, poteſt ſine licentia Epiſcopi à ſimplici presbytero ordinari: dicente ſibi; vide, vt quod ore cantas, corde credas: et quod corde credis, operibus comprobes. c. Pſalmiſta. diſtin. 23.

Per primam tonſuram clericalis ordo confertur, & tonſuratus clericus eſt. gl. uerb. Abbati. et uerb. ordo. c. cum contingat. de ætat. & qual. & gl. verb. tonſuram. c. nullus. de temp. ordin. libr. 6. & Hoſtien. in ſum. de Apoſt. & reit. bapt. nume. 4. verſicu. Quid ſi.

Omnes minores ordines poteſt aliquis ſimul recipere. c. de eo. de temp. ord. & gl. verb. not. c. cum H. lator. de eo. qui furt. ord. ſuſc. & Hoſt. in ſum. de temp. ord. & qual. ord. nu. 33. verſ. item conferendi. & gl. verb. tempore. c. ordinationes presbyt. leuitarumq; diſtinct. 75.

Cardinalis non Epiſcopus poteſt conferre minores ordines. vide Cardinalem Iacobatium. de conci. fac. 38. col. 1. B. vbi allegat Hoſtien. & Ioan. And. in c. j. de ſup. neg. præl. & dicit Lauden. in 20. & 21. q. tract. De Cardinalibus.

De ſacris ordinibus.

ORdines ſacri ſunt tres, Presbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatus cap. j. de vot. & vot. redempt. in extrauagan. com. vbi gloſſ. ibi verbo aliquem; & licet omnes ordines ſint ſacri, tamen iſti tres per excellentiam dicuntur ſacri. Quia magis participant de ſacramento corporis Chriſti; & transferunt ordinatos in ſortem Domini, vt non liceat amplius retrocedere. Abb. c. j. nu. 2. de cler. coniug.

Non debet quis ſuſcipere minores, & vnum ſacrum eodem die. glo. verb. nota. c. cum. H. lator. de eo qui furt. ord. ſuſ. & Hoſtien. in ſum. de temp. ordi. & qual. ordi. nume. 33. & de eo. qui. furt. ordi. recep. nume. 1. & 2.

Non poteſt quis eodem die ſuſcipere duos ſacros ordines; vel duobus diebus continuato ieiunio. c. literas. de tempo. ord. & gloſ. c. cum ſis. de conſ. eccl. vel alt. & Hoſtien. in ſum. de temp. ordi. & qual. ord. nu. 33. & de eo qui furt. ord. recep. nu. 1.

Epiſcopus non poteſt cui vnum ordinem contulit in ſabbato, alium eidem conferre die Dominico, etiam continuato ieiunio. c. literas. de temp. ord. & Hoſt. in ſum. de temp. ord. & qual. ord. nu. 34. verſ. ſed non excuſatur Epiſcopus et nu. 35.

Epiſcopus conferens eidem vno die plures ordines ſacros; etiam ſi de mandato Metropolitani hoc fecerit: ab ordinandi poteſtate ſuſpenditur. c. dilectus. de temp. ordi.

De furtiue ordinato.

ILle dicitur furtiue ordinatus: qui citra conſcientiam ſui Epiſcopi, & ſine examinatione promouetur; glo. verb. furtiuè. c. j. de eo qui furt. ord. ſuſcep. & Hoſtien. in ſum. eodem titu. numero 1.

Qui furtiue recipit ordinem, ſi contra ſic ſuſcipientes lata erat ſententia excommunicationis; ſine diſpenſatione Papæ in ſic ſuſcepto miniſtrare, vel ad ſuperiores aſcendere non poteſt; ſecus ſi excommunicatio non erat lata, quia Epiſcopus poteſt cum eo diſpenſare. Sed ſi ingreſſus fuerit religionem poterit cum eo diſpenſare Epiſcopus, & ad ſuperiores aſcendere: alio canonico impedimento ceſſante. c. j. de eo qui furt. ordi. ſuſcep. & Hoſtien. in ſum. eodem titu. numero 3.

Ordinatur quis furtiue quando quatuor minoribus ordinibus non contentus: vna, & eadem die Subdiaconatus ordinem recipit; vel cum duos ſacros ſimul recipit; vel cum gradu omiſſo ſaltum facit, in quibus caſibus, nec ſuperiori ſuo, obediens excuſatur; tamen ſuperior tanquàm maior plus delinquit, & ideò magis eſt puniendus. Hoſt. in ſum. de eo qui furt. ord. ſuſcep. nu. 1.

Digitized by Google

De eo qui per ſaltum ordinatur.

QVi per ſaltum ignoranter de Subdiacono fit presbyter, poſt peractam pœnitentiam, in Diaconum ordinetur; & poſtea poteſt ſecum Epiſcopus de miſericordia diſpenſare, vt in ordine ſacerdotis miniſtrare poſſit. de cler. per. ſalt. prom. c. vn. & c. ſolicitudo. diſt. 52. ſecus ſi ſcienter per ſaltem promotus, in ordine non gradatim recepto miniſtrauerit, quia non poteſt cum eo niſi per ſedem Apoſtolicam diſpenſari. Hoſt. in ſum. de cler. per ſalt. prom. nu. 4. verſ. ſi tamen.

Suſceptio vnius ordinis in ſtatu indebito facta: in alijs pœnam induci facit. gl. verb. nec ad ſuperiores, c. vn. de vot. & vot. redemp. in extrauag.

De non ord. miniſtrante.

CLericus miniſtrans in pertinentibus ad ordinem, quem non habet, deponendus eſt, et non eſt amplius ordinandus. de cle. non ord. min. c. j. in ſum.

Diaconus Miſſam celebrans, ad ſacerdotium non poteſt promoueri; et à Diaconatu ſuſpenditur ad tempus. c. ex literis. in ſum. de cle. non ord. min. quia non debet quis miniſtrare in maiori ordine, niſi habeat inferiores. gl. verb. not. de cler. per ſalt. prom. c. vn. & Hoſt. in ſum. de cle. non ord. mini.

De illegitimis.

EPiſcopus cum illegitimè nato poteſt diſpenſare vt promoueatur ad minores tantum: ex prærogatiua meritorũ. c. j. de fil. presbyterorum. li. 6. & Hoſt. in ſum. eod. tit. nu. 8. verſ. vel dic. ſed nota quòd Epiſcopus promouendo non diſpenſat. gl. verb. diſpenſare. de æta. & qual. lib. 6.

Cum illegitime nato: ſolus Papa diſpenſat, vt ad ſacros ordines promoueatur. c. j. §. ad ordines. de fil. presbyt. lib. 6.

Illegitimus non debet ordinari, niſi vt religioſus fiat. c. j. de fil. presb. quia ingreſſus monaſterij tollit irregularitatem prouenientem ex alterius delicto. glo. ibi. verb. ex hac. & cum tali Epiſcopus diſpenſat. Hoſt. in ſum. de fil. presb. nu. 8. verſ. ſed & ſi.

Illegitime nati poſtquàm ingreſſi ſunt religionem poſſunt promoueri ad ordines, ſine aliqua diſpenſatione, non autem ad honores. gl. fi. c. nimis. de fil. presby. & glo. verb. presbyterorum. diſt. 56.

Natus de uxore legitima, poſt continentiam, ſeu caſtitatem communi voluntate promiſſam, illegitimus eſt. & ad ſacros ordines promoueri non poteſt. glo. verb. not. c. literas. de fil. presb. & Hoſt. in ſum. eod. tit. nu. 5. verſ. in hoc.

Natus de damnato coitu, ſi poſtea pater ducit matrem in uxorem, ſi tempore cõceptionis talis erat mater, quæ haberi poterat in vxorem, talis filius promoueri poteſt. Hoſt. in ſum. de fil. presb. nu. 6. verſi. quid ſi natus. etiam ſi poſt natiuitatem, alter parentum alij nupſerit, quo mortuo, parentes matrimonialiter ſunt coniuncti: quia matrimonium ſubſequens legitimat prolem quo ad omnes actus legitimos. Hoſtien. ibi.

Filij presbyterorum græcorum: licitè promoueri poſſunt. Hoſt. in ſum. de fil. presb. nu. 5. verſ. qui filij.

Infamatus de defectu natalium, non debet promoueri, niſi prius ſe purget. c. accedens. de purg. can.

Filij filiorum presbyterorum legitimè nati: poſſunt promoueri ad omnes ordines, etiam ſacros. gloſſ. verb. filios. c. presbyter filios. diſt. 56.

Filius Epiſcopi legitime natus, poteſt promoueri ad ſacros ordines: niſi aliquod canonicum obſtet impedimentum. c. ad hoc. de fil. presb. & Hoſt. in ſum. eod. titu. nu. 1.

De bigamis.

BIgamus componitur à bis, & gamos, quod eſt mulier, vel vxor, & ſic dicitur bigamus qui duas habet, vel habuit vxores. glo. uerb. bigamus. c. vna tantum. diſt. 26. & Hoſt. in ſum. de big. non ord. nu. 7. §. vnde.

Bigamus in clerum eligi non poteſt. 31. q. j. c. quomodo. §. primus. & c. j. de big. non ord.

Bigamus poteſt dici verè, vel interpretatiuè. ille verè dicitur bigamus, qui diuerſis temporibus ſucceſſiuè habuit vxores duas. interpretatiuè verò ſecundum legem promotionis ille dicitur bigamus, qui caſtitatem promiſſam violat: itẽ qui contraxit cum vidua, vel corrupta: item qui vnam de facto, & alteram de iure habuit diuerſis temporibus: item ſi ſcienter cognouit vxorem adulteram. gloſ. verb. in bigamis. c. ſuper eo. de big. non ord. item ſi ancillam, uel aliquam de his quæ publicis mancipantur ſpectaculis. c. ſi quis viduam. diſt. 34.

Bigamus prohibetur promoueri, non propter crimen: ſed propter defectum ſacramenti: quia carnem ſuam diuiſit in plures, ab vnitate recedendo: et illud ſacramentũ amplius reſtitui non poteſt per aliquam

ſatiſ=

Digitized by Google

ſatiſfactionem, cum non ſit crimen, nec ille defectus ſacramenti poteſt purgari, nec baptiſmus tollit illam irregularitatem: propter quod videtur quòd Papa non poßit diſpenſare cũ Bigamo, propter eandem rationem: quia propter diſpenſationem Papæ non reſtituitur ſacramentum unitatis, cum nec poſſet: nã cum Deus cætera poßit, virginem tamen poſt ruinam ſuſcitare non poteſt. glo. verb. diſpenſare. verſ. et ideo. c. ſuper eo. de biga. non ord. ſed vbi de diſpenſatione agitur, & quæritur vtrum valeat, quantum ad ecclesiam militantem, quis dubitat de plenitudine poteſtatis? ſecundum quam Papa poteſt de iure ſupra ius? & quamuis defectum non poßit reddere, tamen patientem defectum poterit ordinare. Quia: hoc Papa non poteſt: ſic exponitur. i. non congruit ſuæ potentiæ. Hoſt. in ſum. de biga. non ord. §. vlt. & an cum bigamo. per totum. & licet Papa ab obſeruatione Canonum ſit ſolutus, decet tamen, quòd ſecundum eos viuat, ſuis priuilegijs ſemper ſaluis. idem de temp. ord. nu. 3. verſ. vel latinus.

Epiſcopi diſpenſare poſſunt cum bigamis vſq; ad minores ordines, quia tales non ſunt miniſtri, nec rectores nec habent officium prædicandi. Vnde de diuiſione non eſt timendum in talibus: ſecus de ſacris. Hoſtien. in ſum. de big. non ord. §. & an cum bigamo in fi. & glo. verb. inuenitur. c. quicunque pœnitens diſt. 50. & gl. verb. diſpenſare in fin. c. ſuper eo. de big. non ord. Sed nota quòd ordinati non gaudent aliquo priuilegio clericali: nec poſſunt etiam portare tonſuram. de big. lib. 6.

Quare virginitas in mulieribus requiratur potius quàm in viro, quære. de biga. c. debitum. in gloſſ. verb. cognitam. & Hoſt. in ſum. eo. ti. nu. 6. & poſt cellulam quintam. verſ. circa hoc multa.

Epiſcopus ſi ſcienter ordinauerit clericum qui viduam, aut repudiatam vxorem habuerit, aut ſecundam, ab Epiſcopatu ſuo ordinandi duntaxat poteſtate priuatur. c. ex pœnitentibus. diſt. 50. & c. ſuper eo. de big. non ord.

Curãdum eſt ne ad ſacros ordines quiſquàm, qui vxorem non duxerit uirginem, aſpiret. c. curandum diſtinct. 34.

Qui contraxit cum virgine, licet ab alio prius fuerit deſponſata; bigamus non eſt: et poteſt ad ſacerdotium promoueri. c. Valentino. diſtinct. 34. & c. debitum in fin. de biga. non ord. & Hoſtien. in ſum. eodem titu. nume. 3. & Mag. ſent. lib. 4. diſt. 27. N.

Qui duxit in vxorem quam ante deſponſationem corrupit, bigamus non eſt: omnia enim quæ præceſſerunt, per ſequens matrimonium legitimantur glo. verb. deſponſata. c. qualis. 30. quæſt. 5. & gloſſ. verb. Contraxerunt. in fin. de cler. con. libro. 6. & glo. verb. Diuiſit. c. debitum. de big. non ord.

Qui ante baptiſmum vnam habuit vxorem, & poſt baptiſmum aliam, bigamus eſt, & non poteſt ordinari. c. Acutius & c. vna tantum. diſtin. 26. & c. ſi quis poſt. diſtinct. 33. & c. Nunquid non 28. quæſt. 1.

Qui ante baptiſmum, ſeu poſt baptiſmum viduã duxit vxorem, bigamus eſt, nec poteſt promoueri. c. ſi quis viduam diſt. 34.

Ille qui habuit concubinam poſt vxorem, vel ante, bigamus non eſt, & promoueri poteſt. gl. verb. cognitam. c. debitum. de big. non ord.

De his qui matrimonium cont. poſſ.

Illi qui habent vxores, vel habere volunt, ad ſacros ordines promoueri non poſſunt. Nec debet quis ad ſacros promoueri. niſi caſtitatem fuerit profeſſus. c. Diaconus. diſt. 27. & c. nullum. & c. de his quos voluntas. diſt. 28. & c. ſi quis eorum. diſt. 32.

Nullus durante matrimonio, etiam non conſummato, aliquem de ſacris ordinibus præſumat ſuſcipere. Quod ſi fecerit, diſſoluto etiam matrimonio, nec in illo miniſtrare, nec ad ſuperiores aſcendere poterit: niſi aliquam de religionibus approbatis, ingrediatur, & eius regulam, expreſſe, vel tacite profiteatur. in extrauag. de vot. & vot. red. c. antiquæ. §. authoritate. & etiam in ſum.

Ordinatus ante legitimam ætatem, non poteſt cõtrahere cum ad legitimam ætatem peruenerit: quia ordo habet votum continentiæ annexum; ſecus ſi antequàm ordinaretur contradiceret, & nullo modo conſentiret: & ſi ſimpliciter coactus ordinatus fuiſſet, non recepiſſet caracterem. gloſſ. verb. diſcretionis. de cler. per. ſal. prom. & gloſſ. verb. Ad ſacros. j. q. j.

Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus poteſt contrahere matrimonium. gloſſ. verb. nota quòd cler. in min. c. vn. de cler. con. lib. 6. & gloſſ. verb. ad ſecularem. c. fin. diſt. 50. & gloſſ. verb. vtrum. c. j. de pœn. diſtin. j. & Hoſtien. in ſum. qui cler. vel vou. mat. cont. poſſ. nume. 1. Nec in vita ſua vxorem dimittere audeat. c. clericus ſi. De vit. & hon. cler.

Digitized by Google

cler.& mortua vxore, ſi reaſſumat tonſuram ipſo facto recuperat omnia priuilegia clericalia: dummodo fuerat vnica, & virgo. Abb. nu. 2. de vit. & hon. cler.

Clerici in minoribus ordinibus conſtituti, ſi ſunt extra votum, vel habitum monachalem: poſſunt vxorem ſortiri virginem. c. ſeriatim diſtinct. 32. ſi autem poſtea voluerint promoueri: debet hoc fieri de conſenſu vxoris, quæ poſtea nec maritis, nec alijs debet carnaliter copulari viuente marito., vel poſt mortem illius. gloſſ. j. in fin. d. c. ſeriatim. quæ ſit antiqua, & voueat continentiam. nam ſi eſſet iuuenis oportere, quòd intraret religionem. gl. verb. dictum. c. fin. de temp. ord. lib. 6. ſi autem vxorem acceperint viduam, vel repudiatam: non poſſunt promoueri. d. ca. ſeriatim. vbi etiam & gloſſ. j. in fin. c. de his. diſtinct. 28. & cap. Epiſcopus. diſtinct. 77. & ca. vxoratus. de conuerſ. coniug. & cap. ſanè. i. de cler. coniug.

Curandum eſt ne ad ſacros ordines quiſquàm, qui vxorem non duxerit uirginem, aſpiret. c. curandum diſtinct. 34.

Diaconus, uel Subdiaconus matrimonium de facto contrahentes, non poſſunt ad ſacerdotium promoueri: niſi prius ſeparentur, & abſolutionem obtineant, pœnitentiamq́ peregerint: & cum eis ab Epiſcopo ſuo diſpenſatum fuerit. c. j. vbi etiam & gloſſ. ibi. verb. Diſpenſatiuè. & capitu. ij. Qui cler. vel vouen.

Qui credit ſe contrahere cum virgine, & eſt corrupta, hic non poteſt promoueri. gloſſ. capit. Nemo. diſtinct. 32.

De obligatis ad ratiocinia.

Obligatus ratiocinijs non poteſt promoueri, niſi depoſito onere, & reddita ratione. c. vn. de oblig. ad ratioc. quia inter alia impedimenta, quibus aliquis ab ordinibus repellitur, connumeratur obligatio rationis reddendæ. Hoſt. in ſum. eodem titu. in princ. Quid verò ſint ratiocinia, & quis dicatur ad ea obligatus: vide ibi per totum.

De corpore uitiatis.

Nota quòd quidam ſunt corpore vitiati ſponte, quidam caſu: ſi ſponte diſtinguo: aut nulla iuſta cauſa interueniente, & tunc ordinandus repellitur, & iam ordinatus reijcitur. 55. diſtinct. c. qui partem, & c. ſi quis à medicis. & 33. diſtin. c. Maritum. aut iuſta cauſa interueniente, & tunc non prohibetur ab ordine, puta timore lepræ, uel aliqua conſimili cauſa, niſi generet deformitatem: quia tunc in omni caſu repellitur. 55. diſtinct. capitu. lator. & c. ſi euangelica. Si caſu in magnis membris, ſiue corpulentia, ſiue dignitate repellitur & deijcitur: ſi deformitatem generet. 55. diſtinct. c. ſi euangelica. in paruis vero membris non impedit ſi deformitas modica ſit, & ſine culpa ſua: ſi vero culpa ſua in talem modicam deformitatem incidit, de miſericordia etiam toleratur. gloſſ. verb. deformitatem. c. fin. de corp. vitiat.

Qui abſcidit ſe ex indignatione, & nulla cauſa ſuperueniente, vel iuſto, vel iniuſto timore ſuperatus, non poteſt promoueri. c. Maritum. diſtinct. 33. ſecus, ſi ſectus eſt ab incunabulis, vel à medicis, vel ab incurſione Barbarorum. capit. ex parte. de corpo. vitiat.

Ille cui erutus eſt oculus nō poteſt ad ſacerdotium promoueri. c. vlt. diſt. 55.

Cum illo, qui habet maculam in oculo poteſt diſpenſari, habita diſtinctione inter maculam, & maculam. Hoſtien. in ſum. de corp. vitiat. nu. 3. verſic. vtrum. in fin. & c. cum de tua. de corp. vitiat. ord. vel non.

Non debet promoueri in presbyterum, qui ſine baculo, non poteſt ſubſtentari in altari. gl. verb. cum baculo. c. nullus Epiſcopus. de conſ. diſt. j. & glo. ca. ſi. quis in infirmitate. diſt. 55.

Carens vngula Pollicis, dūmodo ſit fortis in pollice ad frangendum euchariſtiam, ubi aliud canonicum non obſiſtit, licitè ad ſacerdotium poteſt promoueri. c. fi. de corp. uitia. ſecus ſi totum digitum, uel pollicem perdidiſſet: quia non promoueretur. gl. uerb. deformitatem. d. c. fi. dum tamē non ſit deformitas magna; maximè ſi non amiſit aliquem de illis per quos. fit ſignum crucis. gl. fi. c. lator. diſt. 55.

Si aliquis in principalibus membris, ſcilicet in oculo, uel manu habet enorme vitium non promouetur; ſecus ſi modicum, & quod non generet ſcandalum. gl. verb. corpore. ij. verſi. ſi ergo. c. j. diſt. 55.

Deformitas eſt ſi habet maculam in oculo, vel ſi eſt gibboſus, vel tortus, vel ſi habet ſex digitos in manu, vel aliquid contra naturam. Hoſtien. in. ſum. de corp. vitiat. nume. 2. & nota quòd talia impedimenta inſpectioni oculorum ſuperioris ſubijci debent: quia in huiuſmodi ſegnius irritant

ani=

Digitized by Google

animum dimiſſa per aures: quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus. idem eod. ti. nume. 4. in fin. & gloſſ. verb. Deformitatem. c. presbyterum; de cler. ægrot. vel deb.

De publice pœnitentibus.

EPiſcopus ſcienter ſoléniter pœnitentem ordinans, ordinandi poteſtate priuatur. c. ex pœnitentibus diſt. 50.

Solenniter pœnitentes non ſunt ordinandi. c. j. de big. non ord. & c. quicunque pœnitens, & c. Placuit. diſtinct. 50. ad minores tamen ſi neceſſitas, aut vtilitas id poſtulet, poſſunt promoueri. d. c. Placuit. diſtin. 50.

Solenniter pœnitens dicitur, qui poſt baptiſma, aut pro homicidio, vel pro alio graui crimine publicam gerens pœnitentiam ſub cilicio, diuino altari fuerit reconciliatus. c. Placuit, vt pœnitens. verb. eum diſt. 50.

Is qui inuitus detruditur in monaſterium ad agẽdam pœnitentiam, dicitur ſolenniter pœnitens, nec poteſt promoueri. c. ſi ille qui vltrò. verb. ille ergo. diſtinct. 50.

Si quis per ignorantiam ordinatus fuerit, & poſtea conuincitur ſolennem pœnitentiam egiſſe: debet deponi. c. ſi ille qui vltro. diſt. 50.

Ideo ſolenniter pœnitentes non poſſunt promoueri: ne forte etiam de cæteris criminibus ſpe honoris eccleſiaſtici animus intumeſcens, ſuperbe ageret pœnitentiam: ſeueriſſime placuit, vt poſt actam pœnitentiam de damnabili crimine: nemo ſit clericus: vt deſperatione temporalis altitudinis, medicina maior, & verior eſſet humilitatis. c. vt conſtitueretur. diſtinct. 50.

Pro quo crimine imponatur ſolennis pœnitentia. vide. c. presbyter. 26. q. 6. & gl. verb. repreſentetur in fi. c. in capite. diſt. 50.

De criminoſis.

OMne delictum enorme, & notorium; impedit promotionem. Hoſt. in ſum. de temp. ord. & qual. ord. nu. 8. Quid verò ſit delictum enorme, vide ibi. per totum.

Non ſunt ordinandi qui ſeditionibus, vſuris, uel iniuriarum ſuarum vltioni vacant. c. ſeditionarios. diſtinct. 46.

Enorme delictum tenetur ordinandus prodere in ordinatione: graue autem poſt pœnitentiam (dummodo occultum ſit) non tenetur: multo minus leue. Hoſt. in ſum. de ſcrut. in ord. fac. nu. 6. verſ. dic.

Criminoſus occultus, ſi voluerit promoueri, non debet prohiberi: moneri tamen debet ne promoueatur: non autem eſt compellendus. c. ex tenore. de tempo. ord. ſecus in homicidio. gloſſ. verb. primum. in fi. c. fin. diſtinct. 25. & c. quæſitum. de temp. ord. & c. ex literarum. de Apoſt. & reit. bap. & Hoſtien. in ſum. de temp. ord. & qual. ord. nume. 8. verſic. ſi enorme. & ideo prælatus crimen occultum punire non debet: quia illud ſcit ut Deus, non vt iudex. glo. verb. nota. c. ex tue. de ſimon. & in iudiciali: latentia delicta vindictam non habent. Hoſt. in ſum. de cohab. cler. et mul. nu. 3. §. quam pœnam. et de temp. ord. nu. 8. verſ. ſi enorme.

Leue delictum, ſiue occultum, ſiue notorium; nec promotum deijcit, nec impedit promouendum. Hoſtien. in ſum. de temp. ord. & qual. ord. nume. 9. verſicu. Reſtat.

Qui fuit accuſator, vel aduocatus, aut iudex, aut teſtis, vel etiam notarius in cauſa ſanguinis, non poteſt promoueri. glo. verb. Ad ſacerdotium. c. Aliquantos. diſtinct. 51. & glo. verb. & minores. in fin. c. j. diſtin. 21.

Si quis in cauſa ſanguinis officium ſuum exercuit, vel miniſterium quis præſtiterit, tanquàm iudex, vel aduocatus, vel procurator Actoris, vel Rei, vel aſſertor, uel apparitor, ſiue præcipiendo, ſiue exequendo, ſiue ſcribendo, ſiue conficiendo, ſiue dictando, ſiue ſui corporalem exhibendo præſentiam, irregularitatem incurrit, nec promoueri poteſt. Hoſt. in ſum. de oblig. ad ratioc. ord. vel non. nu. 5. uerſ. quid de curialib.

De homicidis.

SI quis homicidium commiſerit poſt baptiſma, facto, præcepto, conſilio, vel defenſione, promoueri non poteſt. Et ſi irrepſerit, deponatur, & deiciatur, & in fine vitæ ſuæ tantummodo communionẽ laycam accipiat. c. ſi quis viduã diſt. 50. ſi verò ex neceſſitate ineuitabili: poteſt miniſtrare, ſeu celebrare in ordine iam ſuſcepto: ſed nõ debet promoueri ad ſuperiores ordines ſine diſpenſatione. gl. verb. priuentur. c. de his clericis. diſt. 50.

Pro occulto crimine nemo repellitur poſt pœnitẽtiam, niſi in homicidio. gl. uerb. primum. c. fi. diſt. 25. vnde homicida occultus, etiã poſt pœnitentiam non poteſt promoueri. c. fi. de temp. ord.

Clericus qui aſſumendo arma fuit in conflictu, vbi aliqui fuerunt occiſi, ſine eius facto, vel cõſilio,

Digitized by Google

ſi ingreſſus fuerit religionem,poterit cum eo diſpenſari,vt ad Subdiaconatum promoueatur,& non vltra,alias non.c.vlt.de cler.per cuſ.vbi etiam & gl. ibi per totum.

Miles qui ſæpe interfuit bellis, & per eum non ſtetit, quin aliquem interfecerit, licet non occiderit, non admittitur ad clerum nec debet promoueri.c.ſi quis poſt accept.diſt.51.vbi etiam & glo.ibi.

Clericus qui paganum occidit, ad ſacros ordines promoueri non poteſt.quia homicida eſt: & acquiſito etiam ordine carere debet.c.clericum. Diſtin. 50. & Hoſtien.in ſum.de homi.vol. vel caſ. nume. 7. verſi.ſi vero.

De apoſtatis.

Apoſtatæ ad clericatus officium admitti non debent.c.Placuit.Diſtinc.50. etiam poſt pœnitentiam. gl. verb. ex præmiſſis. verſi.vltimo ſubdit.c.j.diſt.50.

Omnis apoſtata infamis efficitur. gloſſ.c.ſi quis à vero.ij. quæſt. iiij. & infames ad ſacros ordines aſcendere non poſſunt. gloſſ. cap. infames. 6. q.j. & ſic non promouentur.glo.verb. Apoſtatæ. in fin.c.j. de temp.ord.lib.6.

De infamibus.

INfames ad ſacros ordines aſcendere non poſſunt.c.infames.6.q.j.Qui verò dicantur infames. vide ibi. & licet culpa per pœnitentiam tollatur,infamia non aboletur.ij.q. iij. c.Euphemium.& Hoſt.in ſum.de temp.ord. nu.8. verſi.Primi.

Qui in ſcæna luſit,clericus non ordinetur.c. Maritum.diſt.33.

De furioſis.

QVi in furiam aliquando verſus inſaniuit, vel afflictione diabolica vexatur, clericus non ordinetur. c. maritum. & c. communiter.diſt.33.

Clerici qui in adoleſcẽtia à dæmonibus cognoſcuntur obſeſſi ad ſuperiorem ſacri regiminis gradũ aſcendere non poſſunt.c. clerici.diſt.33. & ex hoc quòd dicit ſacri regiminis; uidetur quòd ad minores ordines bene poſſunt promoueri.gl.d.c.clerici.

De furibus.

FVr occultus poteſt poſt reſtitutionem, & poſt peractam pœnitentiam, aut congruã partem pœnitentiæ (dummodo alias idoneus ſit,nec ſuper hoc ſit nota, vel infamia manifeſta reſperſus) ad ſacros ordines promoueri. cap.fin. De furtis.

Infamatus de furto, non debet promoueri. gloſſ. verb.nota.c.fin.de furt. quia infamia facti, grauat opinionem, & à promotione repellit gloſſ. ibi. verb. infamia.

De litigioſis.

CLericus non debet eſſe litigioſus, & ſi talis fuerit, ordinari non debet. c.j. diſt.90. vbi etiam & glo.ibi.

De neophitis.

NEophitus ideſt nouiter ad fidem conuerſus, ordinari prohibetur; ne crederet quòd Chriſtiana religio plurimum eo indigeret. Momentanus enim ſacerdos,humilitatem neſcit, et perſonarum modos: et ſæpe in arrogantiam incidunt facti magiſtri qui diſcipuli eſſe non nouerunt. glo.j.c. j.diſt. 48. Et ideo hoc prohibitum eſt ab Apoſtolo: quia Neophiti conſueuerunt propter honores ſuperbire.Sed ſi humiles inueniantur,poſſunt ordinari:quia ceſſante cauſa,ceſſare debet effectus.glo.c. Neophitus.diſtin.61.

De non baptizato.

SI non baptizatus ordinetur, ordinis caracterem non recipit:ſed debet baptizari, et iterum ordinari.de presb. non bapt.c.j. & glo.c.cum Paulus.j.q.j.& glo.verb. Subdiaconus. c.ſollicitudo.diſt.52. Quia baptiſmus eſt ianua ſacramentorum ibi.et Hoſt.in ſum.de presb. non bapt.nu. 1.ſecus ſi crederetur baptizatus,puta,natus de Chriſtianis parentibus,& inter Chriſtianos fideliter conuerſatus.c.Veniens.de presb.non bapt.

Baptizati ab hereticis nõ ſeruata forma Eccleſiæ, reuertentes ad eccleſiam,et volentes ordinari, debẽt prius baptizari; & poſtea alio canonico impedimento ceſſante,ordinari.c.ſi quis confugerit. j.q.j.

Adultus doli capax,qui extra eccleſiam catholicam baptizatus eſt, aut rebaptizatus eſt; ad aliquem ordinem prorſus non admittatur.c. qui in qualibet.j.q.7.& c.qui bis.de conſ. diſt.4. vbi gloſſ.ibi. verb.ordinari.

Infantes qui ab hæreticis baptizantur, neque ſuo hoc fecerunt iudicio, cum ad Eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint reuerſi, poſſunt ad ſacri altaris miniſterium promoueri.c. Placuit.& c.ſequen. j.quæſt.iiij.

Si quis in ægritudine conſtitutus fuerit baptizatus,

Digitized by Google

tus presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius, voluntaria, ſed ex neceſsitate eſt: niſi forte poſtea ipſius ſtudium, aut hominum raritas exegerit. c.ſi quis.diſt.57.& hoc de adulto debet intelligi.glo. ibi.verb.ſi quis.

De ſeruis non ordinandis.

SEruilis conditio clericalem non capit honorem.Hoſt.in ſum.de ſer.non ord.

Seruus ante plenam manumiſsionem: non debet ordinari.de ſer.non ord. c.j. in ſum.ij. & ij.& eius libertatis carta ante ordinationem, debet in ambone publicè legi, & ſi nullus contradixerit,ordinetur.c.nulli.diſt.54.

Si vero aliquis ſeruus per obreptionem fuerit ordinatus,deponatur: & eiuſdem ſit conditionis cuius ipſe ante fuit. Sed non poteſt contrahere matrimonium:quia noluit quod facere potuit.gloſ.verb. ceciderit.verſic. item.d.c. nulli. quod limita ſecundum Hoſtien.in ſum.de ſer.non ord.nume.7. de ordinato ad minores ignorante domino, ordinatore, & præſentatore.Sed ſi ordinetur ſeruus domino ſciente, & contradicente, ſeruus remanet, & domino reſtituitur.gloſſ. verb. deponatur.cap. de ſeruorum. de ſer. non ordi.

Si ſeruus, ignorante domino ad ſacros fuerit promotus,& ordinator, vel præſentator defectum ſciebat,liber eſt:tamen is qui ſciuit tenetur dare domino duo mancipia æquiualentia, vel punitur aliqua canonica pœna.gloſſ.verb. deponatur. verſic. ſi vero c.de ſeruorum.de ſer. non ord. & Hoſtien. in ſum. eo.tit. nu.7.ſed ſi promotus fuerit ignorante domino, promotore,& præſentatore,poteſt redimere ſe præſtando domino ſeruum æquiualentem ſibi: alioquin deponitur,& domino redditur.ibi.

Natus ex legitimo matrimonio, tamen ex patre ſeruo, & matre libera, poteſt ad ſacerdotium promoueri.cap. dilectus. de ſer. non ord. ubi. etiam & gloſſ.ibi.

De vſurarijs.

AD ſacros ordines vſurarij promoueri non debent.c.de Petro.diſt.47.in ſum.

De ſimoniacis.

DAmnatur Epiſcopus qui per pecuniam ordinationem facit.c.ſi quis Epiſcopus per pecuniam.j.q.j.in ſum.

Epiſcopus ſimoniacus non habet executionem ordinum,vnde eam dare non poteſt.glo. verb. Miniſtret.c.per tuas literas intimaſti. de ſimon. & quantumcunque occultus ſit, etiam ſi ab ordinato ignoretur,ordinatus non conſequitur executionem: licet ſine culpa ordinati contingat. & hoc in deteſtationem criminis.gloſſ.verb.ſi qui.verſi. nos verò.c.ſi qui à ſimoniacis.j.q.j.& Hoſti. in ſum. de temp. ord. & qual.ord.nu.7.

Anathematis ſententia damnatur,qui ſimoniacè ordinatur.c.reperiuntur.in ſum.j.q.j.

Quicunque ſacros ordines vendunt, aut emunt, ſacerdotes eſſe non poſſunt.c.quicunque.j.q.j.

Epiſcopus pro ordine ab eo conferendo, vel miniſtri, vel notarij : nihil temporale exigere debent. cap.j.de ſimon.in ſum.& Hoſtien.in ſum. eodem titu.nume.6.

Solus Papa diſpenſat cum illis, qui ſcienter per ſimoniam ordinant,vel præſentant,vel ordinantur glo.verb.Nota.& verb.per ſedem.c.ſi quis ordinauerit.de ſimon.& c.cum deteſtabile.in extrauagan. com.de ſimon.

Si ordinatori aliquid donatum fuerit,non ex pacto,ſimoniacum non eſt.c. & ſi quæſtiones. de ſimo. & c.ſicut Epiſcopum.j.q.ij.& Hoſt. in ſum.de ſimon.nu.6.

Si ordinandus præſentatori ſuo aliquid dederit ex pacto,ſimoniacum eſt:non tamen deponitur,ſi eſt occultum : ſed debet ei ſecreta pœnitentia iniungi.c. ex tua.de ſimon.in ſum.

Qui dedit pecuniam, vt ordinaretur in Subdiaconum,vel Diaconum,uel ſacerdotem. hic non poſſunt Epiſcopi diſpenſare Hoſt.in ſum. de ſimo.nu.15. verſi.ſiquis ſimoniacus.

Non ſolum ſi pecunia accipiatur pro ordinatione committitur ſimonia,ſed ſi obſequium,vel fauor,ſiue humana gratia propter hoc accipiatur.c. ſunt nonnulli.& c. de ordinationibus. & c. quibuſdam.j.q. j.quia ſola voluntate committitur ſimonia. Hoſt. in ſum.da ſimo.nu.14.verſi.tu dic.

Simoniacum eſt aliquid exigere pro conſecrationibus Epiſcoporum, ordinationibus clericorum, & benedictionibus Abbatum; nec excuſat conſuetudo . capitulo ſicut pro certo . de ſimonia. in ſumma.

Si clericus vt promoueatur ad ſacros ordines ſine titulo : promiſit Epiſcopo, quòd eum pro tali promotione non inquietabit vt teneatur ei prouidere

de neceſsitatibus ad victum ſuum, & tali conditione promotus fuerit: vterque ſimoniacus eſt, & ſuſpenſus.gl.verb.ad præmiſſa.in fin.c.ſi Epiſcopus.de præb. lib.6. ſuſpenſus dico ſine præfinitione temporis à collatione, & executione ordinis ſic ſuſcepti, donec gratiam ſedis Apoſtolicæ mereantur. Hoſt.in ſum. de ſimon.nume.14.verſ.ſed Epiſcopus.

Ordinandi non habentes certum titulum, & ab alio petentes ſub promiſſione ad effectum, vt poſſint ordinari, ordinator per triennium ſuſpenditur à collatione ordinum: Præſentator per triennium ab executione ordinum: Ordinatus verò perpetuò eſt ſuſpenſus, niſi cum eo per ſedem Apoſtolicam fuerit diſpenſatum cap. ſi quis ordinauerit. de ſimon. vbi etiam & glo.ibi.

Qui accuſationem Epiſcopi ſui deſerunt, vt ab eo ſacros ordines ſuſcipiant, ſi promoti fuerint ſuſpendantur ab ordinibus ſic ſuſceptis.c.Euphemiũ.ij.q.3.

Qui ordinem ſcienter recipit per ſimoniam: non habet executionem, niſi cum eo per Papam diſpenſetur.glo.verb.nota.c.per tuas: & glo.fin.c.ſi quis ordinauerit.de ſimon. & c.quicunque.j.q.j.

Qui pecuniam accipiunt, ut ordinandis ſacros ordines non tribuant, infames ſunt.c. nullus Epiſcopus. j.q.j. & ſimoniaci ſunt.glo.ibi.verb.Dictum.

Cum illis qui ſimoniam commiſerunt, vel eis ſciẽtibus eſt commiſſa, Epiſcopi non poſſunt diſpenſare, ſed ſolus Papa.glo.verb.remanere.verſ. Cum illis. c.de ſimoniace.de ſimo. & cum eis non diſpenſatur, niſi renuntiauerint rei, quam ſimoniacè ſunt adepti. glo.verb.dicitur.c.conſtat multos. & glo.c. ordinationes.j.q.j.

Non debet quis ordinem recipere ab Epiſcopo quem credit ſimoniacum, ſed miniſtrare poteſt in illis quos prius ab iſto recepit. Sed nota quòd conſcientia erronea, & nimis ſcrupuloſa deponenda eſt: quia qui facit contra conſcientiam ædificat ad gehennam. c.per tuas literas intim.in ſum. & tex.vbi etiam et glo.ibi.verb.miniſtret.de ſimon.

Non poteſt aliquis recipere ordinem ab eo, quem ſcit ſimoniacum in ordine, & recipiendo ordines ab eo, non recipit executionem: cum ordinator non habeat exrcutionẽ, et potius debet pati excõmunicationem quàm recipere ordines ab ipſo. Si verò aliquis ignoranter etiam recipiat ordines à tali ſimoniaco in ordine, non recipit executionem, niſi cum eo diſpenſetur: quia ſi eam non habent, alijs dare non poſſunt.gl. verb.miniſtret.in fi.c.per tuas literas intim.de ſim.

Si quis eſt ordinatus à ſimoniaco etiam ignoranter executionem non recipit: cum ſimoniacus ſit ſuſpenſus ipſo iure.glo.verb.quondam.verſ. ſi quis ergo.c.ab excommunicatis.9.q.j.

Qui ordinatur à ſimoniaco, quem ignorabat eſſe ſimoniacum, ſimoniacus eſt, non reatu criminis, ſed propter ordinationem à ſimoniaco factam, & cum hoc miſericorditer diſpenſatur cap. ſtatuimus decretum.j.q.j.

Qui ſimoniacè ordinantur ipſis ignorantibus: ſimoniaci non ſunt, & cum eis poteſt Epiſcopus diſpenſare.c.de ſimoniace.de ſimon.vbi etiam & glo. ibi. verb.nota.dummodo ignorantia facti fuerit probabilis, non craſſa, vel ſupina alias Papa ſolus diſpenſare poſſet. Hoſtien. in ſum. nume.13. verſi. eſt tamen verum.

Hoc teneas pro certo, quòd ſi ego ſcio ſimoniacum eſſe aliquem, licet occultum, non debeo recipere ordines ab eo. & ſi vellet me cogere, potius debeo pati excommunicationem.glo. verb. probare per ſacr. verſi.hoc teneas.c.ſi qui à ſimoniacis.j.q.j.

De omnibus criminibus poteſt quis pœnitere, ordine retento: conuictus de ſimonia, per pœnitentiam non valet reparari, niſi renuntiet ordini, quem ſimoniacè acquiſiuit.gloſſ.in fin.c. ſi quis neque.j. q.j. & gloſſ. verb. in ordine. c. Requiritis.j.q.7. & glo. in uerb.dicitur.c.conſtat multos.j.q.j. & Hoſt.in ſum. de ſimon. nu.13.verſi. Quid ſi accuſator.

De hereticis.

EPiſcopus hæreticus licet habeat veritatem ſacramentorum: non tamen habet executionem eorum.glo.verb.ſecundum. verſ.dicit.c.ſecundum.diſt.19.

Si quis ab hæretico nominatim excommunicato, fuerit ordinatus, ignorans illum eſſe damnatum: eius ordinatio rata habebitur; ſed ſi eius ordinator non pro catholico, ſed damnatus habebatur: talis ordinatio non toleratur.c.ſi qui à ſimoniacis. & c. de cætero. vbi etiam & gloſſ.ibi.verb. & quod tunc.j.q.j. dicit tamen Hoſt.in ſum. quòd ſcientes, indigni ſunt diſpenſatione; ſed cum ignorantibus poteſt diſpenſari quo ad executionem, nec egẽt alia ordinatione; dummodo in forma eccleſiæ ordines conferantur. de ſciſmat.nu.4.verſi. ne dum. & verſi. ſed falſum. & verſi.ego dis.

Siue ſcienter, ſiue ignoranter ordinetur quis ab hæretico præciſo, & ſimoniaco; non debet cum eo diſpen=

ſpen=

Digitized by Google

ſpenſari.gl.verb.quondam.verſi.videtur.c.ab excommunicatis.9.q.j.

Ordinati ab hereticis & ſchiſmaticis ſcienter: ſuſpenſi ſunt ab executione ordinum; & cum eis ſolus Papa diſpenſat.c.j.&.ij. de ſchiſma.vbi etiam & glo.ibi.verb.poteſtatem.Hoſtien.tamen tenet quòd etiam ſi ignoranter quis ordinetur à tali, licet ſeruata forma Eccleſiæ, eſt tamen ſuſpenſus, & indiget diſpenſatione: dummodo ignorantia facti ſit probabilis, & non ſupina.& tum per diſcretum Prælatum poterit diſpenſari:quia ordinati ab hereticis diſpenſatiue admittuntur in ordinibus: Hoſtien. in ſum. de ſchiſmat.num.4.verſ.ego dis.

Clericus, qui ſcit Epiſcopum ſuum hereticum, uel ſchiſmaticum occultum, per ſententiam nō preciſum, aut ſuſpenſum, vel interdictum: ſi Epiſcopus voluerit ipſum compellere ad ordines, non debet promittere ſe ordinari ab eo: ſed potius permittere ſe excommunicari. Hoſtien.in ſum. de tempo. ordi. & qual. ord.nume.7.

Qui ab hæreſi redeunt, ſine ſpe promotionis, in ſuis ordinibus recipi poſſunt. c.ſi quis hæretice. j. q.j.in ſum.

Qui ab hæreſi ad eccleſiam redeunt, dummodo non ſint rebaptizati, ſi profiteantur in ſcriptis hæreſim ſuam, cum authore eius eſſe damnatam: poſſunt in ordine in quo inueniūtur permanere ex gratia: ſed ad ſuperiores non poſſunt promoueri.tex. & gl.c. Saluberrimum.j.q.7.

Si quis vim paſſus, & inuitus attractus, repugnāſq; ab hæreticis ordinatur, ſi communioni eorum non conſenſerit, ſed ſtatim ceſſante violentia ad eccleſiam redierit, poteſt promoueri. c. conſtat multos.j.quæſt.j.

Filij hæreticorum de hæreſi conuictorum, et nunquàm græmio Eccleſiæ reincorporatorum: vſque ad ſecundam lineam paternam, ad primam verò maternam, ſunt inhabiles ad beneficia Eccleſiaſtica ac dignitates etiam ſeculares.c.ſtatutum ſe.re. de hære. lib.6. Quia filius punitur pro delicto patris glo.verb. nota primo.d.c.ſtatutum. & vitium originis impedimentum præſtat ordinandis. Hoſtien. in ſum. de fil. presby.in princ.

De excommunicatis.

QVi ſcienter ordinem recipiunt ab excommunicato, ſunt ſuſpenſi: & cum eis non poteſt Epiſcopus diſpenſare. ſecus ſi ignoranter.c.cum clericis.de ord.ab ep.qui ren.ep. & Hoſt. in ſum.eo.tit.in fin.

Regularis excommunicatus: ſcienter ordinem recipiens: ſuſpenſus eſt ab executione ordinis.glo.verb. nota.verſicu. item regularis. c.cum illorum.de ſent.excommu.

Secularis excommunicatus per manuū iniectionem in clericum: ordinem ſcienter ſuſcipiens; imperpetuum deponitur.c.cum illorum. de ſent.excō. vbi glo.ibi.verb.nota.

Secularis excommunicatus per manuū iniectionem in clericum; non recolens factum: vel iuris ignarus; neſciens ſe exinde teneri; ſuſcipiens ordinem; cū eo nec Epiſcopus, nec Archiepiſcopus ſine ſpeciali mandato Papæ, poteſt diſpenſare.c.cum illorum.§.ſi fuerint.de ſent.excom.

De ordinibus eccleſiaſticis ex libro quarto ſenten. diſt.24.

PRo conſideratione ſacræ ordinationis ſciendum eſt quòd ſeptem ſunt ſpiritualium officiorum gradus, ſiue ordines: ſicut ex ſanctorum patrum dictis aperte traditur: & capitis noſtri ſcilicet Ieſu Chriſti exemplo monſtratur: qui omnium officia in ſemetipſo exhibuit, & corpori ſuo, quod eſt eccleſia, eoſdem ordines obſeruandos reliquit. Septem autem ſunt propter ſeptiformen gratiā ſancti ſpiritus: cuius qui non ſunt participes, ad gradus eccleſiaſticos indignè accedunt. Illi verò in quorum mentibus diffuſa eſt ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti, cum ad eccleſiaſticos ordines accedunt, in ipſa ſpiritualis gradus promotione, ampliorem gratiam percipere creduntur.

Quales aſſumendi ſunt ad clerum.

TAles autem ad miniſterium ſpirituale eligendi ſunt clerici, qui digne poſsint Dominica ſacramēta tractare. Melius eſt enim Domino ſacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſſint digne opus Dei exercere: quàm multos inutiles, qui ordinatori graue onus inducant. Tales enim decet eſſe miniſtros Chriſti, qui ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti ſint decori: ex quorum doctrina, & conuerſationis forma, eadem gratia in alijs transfundatur, ne cæleſtes margaritas ſpiritualium verborum, officiorumq; diuinorum ordines, vitæ pedibus conculcent. In ſacramento ergo ſeptiformis ſpiritus, ſeptem ſunt gradus eccleſiaſtici, ſcilicet, Oſtiarij, Lectores,

Digitized by Google

ctores, Exorciſtæ, Acoliti, Subdiaconi, Diaconi, Sacerdotes. Omnes tamen clerici vocantur, ideſt ſortiti. Corona enim ſignaculum eſt, quo ſignantur in partem ſortis miniſterij Domini. Corona regale decus ſignificat; & ſeruire Deo regnare eſt. Vnde miniſtri eccleſiæ reges eſſe debent, vt ſe, & alios regant: quibus Petrus ait. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium etc. Summitas capitis deſuper nudatur, ut eorum mens ad Dominum libera monſtretur, quæ reuelata facie gloriam Dei cõtempletur. Summitas enim capitis eſt eminentia mentis, denudatio capitis eſt reuelatio mentis: clericus enim ſecretorum Dei nõ ignarus eſſe debet. Tondentur etiam capilli vſque ad reuelationem ſenſuum, ſcilicet oculorum, & aurium, vt vitia in corde, & opere pullulantia: doceantur præcidenda: ne ad audiendum, & intelligendum verbum Dei, præpediatur mens, pro quo ſeruato, reddetur in excelſis corona. Tonſuræ autem eccleſiaſticæ vſus, à nazareis exortus videtur, qui prius crine ſeruato, deinde ob vitæ continentiã caput radebant, & capillos in igne ſacrificij ponebant. hinc vſus inoleuit, vt qui diuinis cultibus mancipantur, quaſi nazarei, ideſt ſancti crine poſito inueniantur. ſicut ad Ezechielem dicitur. Fili hominis ſume gladium acutum, & duc ſuper caput tuum, & barbam. In actibus etiam Apoſtolorum Priſcillam, & Aquilam hoc feciſſe legimus. Paulus quoque, & alij quidam diſcipuli Chriſti hoc fecerunt. recte ergo in quibuſlibet gradibus conſtituti clerici vocantur; quorum nomina, & rationes nominum Iſidorus exponens ait. Cleros, et clericos hinc appellatos eſſe credimus, quia Matthias electus eſt ſorte, quem primum per Apoſtolos legimus ordinatum: cleros enim græcè, latinè ſors, vel hereditas dicitur. Ideo ergo dicti ſunt clerici, quia de ſorte ſunt domini, vel quia Deum partem habent. Generaliter verò clerici nuncupati ſunt omnes, qui in eccleſia Dei ſeruiunt, quorum gradus, & nomina ſunt hæc Oſtiarius, lector &c.

De Oſtiarijs.

OStiarij idem, & ianitores ſunt, qui in veteri teſtamento electi ſunt ad cuſtodiam templi, vt non ingrederetur in illud immũdus. Dicti autem Oſtiarij, eo quòd præſint oſtijs templi. ipſi enim tenentes clauem, omnia intus; et extra cuſtodiunt, atque inter bonos, & malos habentes iudicium, dignos recipiunt, indignos reſpuunt. Vnde & eis cum ordinantur claues eccleſiæ dantur ab Epiſcopo. & dicitur eis. Sic agite tanquam rationem deo reddituri pro rebus, quæ clauibus iſtis recluduntur. Hoc officium Dominus in ſua perſona ſuſcepit, quando flagello de funiculis facto vendentes, & ementes eiecit de templo. Ipſe enim ſe oſtiarium ſignificans dicit. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.

De lectoribus.

SEcundus eſt gradus lectorum. lectores à legendo, ſicut pſalmiſtæ à pſalmis canendis vocati ſunt. Illi enim prædicant populis quid ſequantur, iſti cantant, vt excitent ad compunctionem animos audientium: licet quidam lectores ita miſerabiliter pronunciant, vt quoſdam ad luctum lamentationemq; compellant. Idem etiam pronuntiatores vocantur, qui porrò ante nunciant. quare tam erit clara eorum vox, vt etiam longe poſitorum aures adimpleant. Ad lectores autem pertinet lectiones pronunciare, & ea quæ prophetæ nunciauerunt populis prædicare: vt iam ex officio in eccleſia legant prophetias, & lectiones: vnde & ei uidente populo traditur ab Epiſcopo codex diuinarum lectionum, & dicitur ei. Accipe & eſto verbi Dei relator, habiturus ſi fideliter impleueris officium, partem cum his, qui bene verbum Dei miniſtrauerunt. Qui ad hunc gradum prouehitur, literarum ſcientia debet eſſe inſtructus; vt ſenſum verborum intelligat, vim accentuum ſciat, diſtinctè legat, ne confuſione prolationis intellectum auditoribus auferat. Attendant quid indicatiuè, quid interrogatiue ſit legendum, vbi ſit in oratione facienda diſtinctio. hæc enim malè ſeruata intellectum turbant, & alios ad riſum prouocant auribus, & cordi conſulere debet vox lectoris. hoc officium impleuit Chriſtus cum in medio ſeniorum librum Iſaiæ aperiens, diſtinctè ad intelligendum legit. Spiritus Domini ſuper me &c. Ex quo lectoribus datur intelligi, quare gratia ſpirituali clarere debent, qui alijs verbum Dei annunciãt. Hic ordo formam, & initium à prophetis accepiſſe videtur, quibus dicitur. Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam.

De exorciſtis.

TErtius eſt ordo exorciſtarum. Exorciſtæ autem ex græco in latinum adiurãtes, vel increpantes vocantur. Inuocant enim ſuper

per

per cathecumenos, & ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum nomen Domini adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Ad exorciſtam pertinet exorciſmos memoriter retinere, manusq́ ſuper energumenos, et cathecumenos in exorcizãdo imponere. Debet autem habere ſpiritum mundũ, qui ſpiritibus immundis imperat, & malignum expellere de corde ſuo, quem expellit de corpore alieno, ne medicina, quam alij facit, ſibi non proſit: & dicatur ei. Medice cura te ipſum. hi cum ordinantur accipiunt de manu Epiſcopi librum exorciſmorum, & dicitur eis. Accipite, & habetote poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos, uel cathecumenos. hoc officio vſus eſt Dominus, quando ſaliua ſua tetigit aures, & linguam, ſurdi, & muti, dicens. Effeta: quod eſt adaperire per hoc docens nos ſpiritualiter debere aperire aures præcordiorum hominum ad intelligendum, & ora ad confitendum, vt pulſo demone ſpiritus ſanctus vas ſuum recipiat, hoc etiam officio vſus eſt Chriſtus cum demoniacos multos ſãnauit. hic ordo à Salomone videtur deſcendiſſe, qui quẽdam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati ex obſeſſis corporibus pellebantur. huic officio mãcipati exorciſtæ vocati ſunt, de quibus Chriſtus in euangelio. Si ego in beelzebub eijcio dæmonia, filij veſtri, ſcilicet, exorciſtæ in quo eiciunt?

De Acolytis.

QV*arto loco ſuccedunt acolyti. Acolyti verò græcè, latinè ceroferarij dicuntur à deportandis cereis quando legendum eſt euãgelium, vel ſacrificium offerendum. tunc enim accenduntur luminaria, & deportantur ab eis; non ad effugandas aeris tenebras, cum ſol eo tempore rutilet, ſed ad ſignum leticiæ demonſtrandum: vt ſub typo luminis corporalis, illa lux oſtẽdatur de qua legitur. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. ad Acolytum pertinet præparatio luminarium in ſacrario. Ipſe cereum portat, ipſe vrceolum cum vino & aqua ſuggeſta: pro euchariſtia Subdiaconis præparat. ij cum ordinantur, cum edocti fuerint ab Epiſcopo qualiter in officio ſuo agere debeant, ab Archidiacono accipiunt candelabrum cum cereo, & vrceolum vacuum. hoc officium Dominus ſe habere teſtatur dicens. Ego ſum lux mundi qui ſequitur me non ambulat in tenebris. huius officij formam illi gerebant in veteri teſtamento, qui lucernas candelabri componebant, & accendebant igne celeſti, ad illuminandas tenebras aquilonares.*

De ſubdiaconis.

QV*intus eſt ordo Subdiaconum. græcè hypodiacones vocantur, quos nos Subdiaconos dicimus. Qui ideo ſic appellãtur, quia ſubiacent præceptis, & officijs leuitarum. oblationes enim in templo à fidelibus ſuſcipiunt, & leuiter ſuperponendas altaribus deferunt. hi apud hebreos nathinnei vocabantur ideſt in humilitate Domino ſeruientes. ad Subdiaconum pertinet calicem, & patenam ad altare Chriſti deferre, & leuitis tradere, eiſq́ miniſtrare. Vrceolum quoque & aquam, manile, & manutergium tenere, Epiſcopo, & presbyteris, et leuitis pro lauandis ante altare manibus aquã præbere. his lex continentiæ imponitur, quia altari propinquantes vaſa corporis, & ſanguinis Chriſti portant. Vnde illud implere debent. Mundamini qui fertis vaſa Domini. ad hos etiam pertinet tantum de oblationibus ponere in altari, quantum ſufficere poſſit Populo; nec non corporales, & pallas, & ſubſtratoria lauare. ij cum ordinantur accipiunt de manu Epiſcopi patenam & calicem vacuum: ab Archidiacono vero vrceolum cum aqua, manili, & manutergium: hoc officio vſus eſt Dominus quãdo Lintheo ſe præcinxit, & mittens aquã in Peluim pedes diſcipulorum lauit, & Lintheo terſit.*

De diaconis.

DI*aconorum ordo ſextum tenet locum, propter ſenarij perfectionem. hic ordo in veteri teſtamento à tribu leui nomen accepit, vel traxit: dicuntur enim & leuitæ. præcepit quippe Dominus Moyſi, ut prius ordinationem Aaron, et filiorum eius, prorſus tribus Leui ad diuini cultus myſteria ordinarentur, & conſecrarentur Domino: & ſeruirent pro Iſrael coram Aaron, & filijs eius in tabernaculo. ipſiq́ geſtarent arcam, & tabernaculum, & omnia vaſa eius, & in circuitu tabernaculi excubarent, & in trãſportando tabernaculo ipſi deponerent, rurſumq́ componerent. A viginti verò annis, & ſupra iuſſi ſunt ſeruire in tabernaculo, quàm regulam in nouo teſtamento ſancti patres conſtituerunt: quia hæc ætas ad ferenda onera eſt robuſta. Leuitæ ergo ex nomine autoris vocati ſunt: de Leui enim leuitæ exorti ſunt, à quibus in tẽplo miſtici ſacramenti myſteria explebãtur, hi græce Diacones*

tones latinè miniſtri dicuntur: quia ſicut in ſacerdote conſecratio, ita in Diacono miniſterij diſpenſatio habetur. ad Diaconum pertinet aſſiſtere ſacerdotibus, & miniſtrare in omnibus quæ aguntur in ſacramentis Chriſti, ſcilicet in baptiſmo, in chriſmate, in patena, & calice, Oblationes quoque inferre, & diſponere in altari. Componere etiam menſam Domini, & veſtire, crucem ferre, & prædicare euangelium, & Epiſtolam, ad populum. nam ſicut Lectoribus vetus teſtamentum, ita Diaconibus nouum prædicare præceptum eſt. Ad ipſum etiam pertinet officium precum, & recitatio cathecumenorum nominum. ipſe præmonet aures habere ad Dominum, ipſe donat pacem, & ipſe annunciat. Quod autē huic ordini à Moyſe ſtatutum eſt, hoc etiam in nouo teſtamento. repreſentatur; cum Diacono ſuper leuum humerum ſtola ponitur, & caſula in diebus ieiunij complicatur, quia quicquid laboris, & ſubſtinentiæ in hac uita toleratur, quaſi in leua portatur, donec in dextra ideſt in æternitate requies habeatur. hic ordo ab Apoſtolis celebratus eſt, quando, vt legitur in actibus Apoſtolorum ſeptem viros plenos ſpiritu ſancto ad hoc officium elegerunt: et oratione præmiſſa, manus eis impoſuerunt. Unde et conſuetudo moleuit, vt in omni matrice eccleſia ſeptem Diacones circa Chriſti aram, quaſi ſeptem columnæ aſſiſtant. Hi ſunt ſeptem angeli tuba canentes in Apocalypſi. qui quales eſſe debeant Apoſtolus docet Thimotheo ſcribens: hi cum ordinantur ſolus Epiſcopus eis manū imponit, quia ad miniſterium applicantur. ponit eis orarium, ideſt ſtolam ſuper leuum humerum, vt per hoc intelligant ſe accepiſſe iugum Domini ſuaue, quo ad ſiniſtram pertinentia diuino timori ſubijciāt. Accipiunt & textum euangelij, ut intelligant ſe eſſe precones euangelij Chriſti. hi autem antequàm ordinentur, probentur, vt docet Apoſtolus, & ſic miniſtrēt nullum crimen habentes. hoc officio vſus eſt Chriſtus, quando poſt cœnam ſacramentum carnis, et ſanguinis diſcipulis diſpenſauit, & quando Apoſtolos dormientes ad orationem excitauit dicens. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.

De Presbyteris.

Septimus eſt ordo presbyterorū. Presbyter græcè, ſenior interpretatur latinè. non modo pro ætate, vel decrepita ſenectute, ſed propter honorem, & dignitatem, quam acceperunt presbyteri nominantur, qui morum prudentia, et maturitate conuerſationis præcellere debent in populo: vnde ſcriptum eſt. Senectus venerabilis eſt, non diuturna, nec annorum numero computata. cani enim ſunt ſenſus hominum, et ætas ſenectutis, vita immaculata. ideo autem etiam presbyteri ſacerdotes uocātur: quia ſacra dant; qui licet ſint ſacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent ſicut Epiſcopi: quare ipſi nec criſmate frontem ſignāt, nec paraclitū dant, quod ſolis deberi Epiſcopis, lectio Actuum Apoſtolorum demonſtrat. Unde & apud veteres idem Epiſcopi, & presbyteri fuerunt, quia illud eſt nomen dignitatis, non ætatis. Sacerdos nomen habet compoſitum, ex græco, & latino, quod eſt ſacrum dans, ſiue ſacer dux: ſicut enim rex à regendo, ita ſacerdos à ſacrificando dictus eſt: conſecrat enim & ſanctificat corpus Chriſti. Antiſtes verò ſacerdos dictus eſt ab eo quòd ante ſtat: primus enim eſt in ordine eccleſiæ. Ad presbyterum autem pertinet ſacramentū corporis, & ſanguinis Domini in altari Dei conficere; orationes dicere, et dona Dei benedicere. qui cum ordinantur, iungantur eis manus, ut intelligant ſe accepiſſe gratiam conſecrandi; & charitatis opera debere extendere ad omnes. Accipiunt & ſtolā, quæ vtrunque tenet latus, quia debent eſſe muniti armis iuſtitiæ contra aduerſa, & proſpera. accipiunt etiam calicem cum vino, & patenam cum hoſtijs, vt per hoc ſciant ſe accepiſſe poteſtatem, placabiles Deo hoſtias offerendi. hic ordo à filijs Aaron ſumpſit initium. ſummos enim pontifices, & minores ſacerdotes inſtituit Deus per Moyſen, qui ex præcepto Dei Aaron in Summum Pontificem, filios verò eius unxit minores ſacerdotes. Chriſtus quoque duodecim elegit diſcipulos prius, quos, & Apoſtolos vocauit; quorum vicem gerunt in eccleſia minores pontifices, deinde alios lxx. & duos diſcipulos deſignauit, quorum vicem in eccleſia tenent presbyteri. Unus autem inter Apoſtolos princeps extitit Petrus: cuius Vicarius, & ſucceſſor eſt Pontifex ſummus. Unde dicitur Apoſtolicus, qui Papa vocatur ſcilicet Pater patrum. Qualis autem eligi debeat presbyter, Apoſtolus ſcribens Timotheo oſtendit, vbi nomine Epiſcopi presbyterum ſignificat. hoc autē officio vſus eſt Chriſtus cum ſe ipſum in ara crucis obtulit, idem ſacerdos & hoſtia, & quando poſt cœnam panem, & vinum in corpus ſuum, & ſanguinem commutauit. Ecce de ſeptem eccleſiæ gradibus breuiter elocuti, quid ad quenquam pertineat inſinuauimus. Cūq; omnes ſint ſpirituales, et ſacri, excellenter tamen canones,

Digitized by Google

nōnes, duos tantum ſacros ordines appellari cenſent, Diaconatus ſcilicet, & presbyteratus: quia hos ſolos primitiua eccleſia legitur habuiſſe, & de his ſolis præceptum Apoſtoli habemus. Apoſtoli enim in ſingulis ciuitatibus Epiſcopos, et presbyteros ordinauerunt. Leuitas etiam ab Apoſtolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos vero, & Acolytos procedente tempore Eccleſia ſibi conſtituit.

Quid ſit quod hic dicitur ordo.


SI autem quæritur quid ſit quod hic vocatur ordo? ſanè dici poteſt ſignaculum eſſe .i. ſacrum quoddam, quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato, & officium. Character ergo ſpiritualis vbi ſit promotio poteſtatis: ordo, vel gradus vocatur. & dicuntur hi ordines ſacramenta, quia in eorum perceptione res ſacra .i. gratia cōfertur, quàm figurant ea quæ ibi geruntur.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T, *AB.*

Miſſarum ſunt quaterniones, *Summariorum vero terniones.*



Venetijs impreſſum, in officina hæredum Lucæantonij Iunctæ.
Menſis Iunij. M D LXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EPISCOPVS

EDVENSIS

Google